Universidad de Deusto
Biblioteca

1514.

Impressum Vallisoleti.

LVCIJ MARINEI SIC. EPIST.Æ

Universidad de Deusto
Biblioteca

+ tacere Cum opus e clamas Cu ~~op~~ loq ~~op~~ obmutescis

Ad illuſtriſſimū principē Alfonſum Aragoneum Ferdinandi regis filium Cæſarauguſtæ & Valentiæ Archiepiſcopum Aragoniæq; præſidentē Lucii Marinei Siculi epiſtolarū familiariū libri decē & ſeptē. Orōnes quinq̄. de parcis liber un⁹. repetitio de uerbo fero & eius cōpoſitis liber unus: Carminū libri duo. Sūt ꝑterea ī principio operis carmina: q̄bus auctor iuxta crucē xp̄i cū uirgine mr̄e plorat & lamentaṫ. Sūt & orōnes duæ breues ad xp̄m ſaluatorē: & ad uirginē dei genitricē una: & angelica ſalutatio cū additionibus Siculi.

Admonendus eſt lector ꝙ in epiſtola quinti libri ad Cataldum Pariſium deeſt Antonius Calphurnius poeta celeberrimus: qui carmen Bucolicum ſcripſit ad æmulationem Vergilii. Item in eadem epiſtola ubi eſt Gaſpar & Melchior contendentes legendum eſt contendebant.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Es del coll°, R.l de Loyola ... Libreria

SOCIETATIS JESU. * BIBLIOTHECÆ COLLEGII LOIOLEN

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



IESVS NAZARENVS

MARIA DEIPARA



SICVLVS PLORANS

QVis ferus uſq; adeo ſæuaq; immanior omni
Tigride: ut orbatas uincat feritate leænas:
Qui tecum pia uirgo uetet conferre dolores
Et gemitus? poſſitq; genis tua uulnera ſiccis
Spectare: aut ſciſſis nõ exululare capillis?
Hunc pro corde quidẽ geſtare adamanta putandũ eſt
Pectore: uel triplex circum precordia ferrum.
En lacerum minui ſuſpectas uerbere natum:
Sanguinis & largos fundentem corpore fontes:
Affixumq; cruci noſtro pro crimine: aperto
Pectore: & immerito uinctum diademate crines:
Infœlixq; uides ſentes penetraſſe cerebrum.
Quod ſcelus o ſolymi gens immaniſſima tanto
Supplicio dignum eſt? meritis ita gratia tantis
Penditur? emeruit mortem quo crimine ſummus
Omnipotens? mundiq; pater rerumq; creator?
Quid potuit quid namq; polo ſpectaſſe ſub omni
Sæuius? heu ſatius potuit feciſſe ruinam
Orbis: q̃ tantum caderet ſine crimine corpus.
Quiſquis ades tantumq; nefas lachrimabile cernis
Mecum flere iuuet: matrem comitemur acerbis
Luctibus: & mœſtis plangamus pectora palmis.
Sed quæ cauſa necis? quis tanti funeris auctor
Addixit morti? Deus hanc cur ipſe figuram
Mortalem ſumpſit cur hãc moderator olympi
Induit? & noſtros uoluit tolerare labores?
Maiores ue pati? frigus ſentire famamq;?



Et potuit greſſus peregrina ad limina ferre
Sæpius atq; pati potuit deus ipſe repulſam.
Proh pietas: proh magnus amor: nos cauſa laborum
Tantorum ingrati: chriſto moriente ſalutem
Inuenit mortale genus: magna atria cœli
Ecce patent: quæ clauſa prius: quæ peruia nulli
Ante fuere uiro: uicit moriendo tenebras
Tartareas: uinctumq; premit modo cerberon: ante
Liber & immani terrebat cuncta boatu.
Proh pietas ſanctos tetro de carcere patres
Vt ſoluas & ab antiqua pie labe redemptos
Præſtes: proh pateris partes deus ipſe reorum.
Hec oculis hec mente tui tormenta magiſtri
Aſpice: quem faſtus rerumq; immenſa cupido
Occupat: & neſcis minimum perferre doloris.
Te quoq; qui laceras carpis cediſq; cruciq;
Affigis: miti deſpectat lumine: regnum
Promittit cœleſte tibi: modo cedis ab alto
Pectore pœniteat: tanta eſt clementia regis.
Nos quoq; qui lachrymis matrem comitamur in iſto
Funere: uult panſis manibus complectier: atq;
E cruce compellat: noſtram ſitit uſq; ſalutem:
Noſq; cupit uacuas cœli replere cathedras.

Siculi oratio ad chriſtum ſaluatorem.

CRiſti uitæ meæ recordatione gemens & delictorum meorum conſcientia cõflictatus & tremebundus ad te uenio dñe Ieſu xp̃e redẽptor meus & deus meus: ante maieſtatẽ tuã meas delaturus iniquitates & tuã clementiã deprecaturus. Obſecro te igitˀ rerũ conditor & humani generis redẽptor ut preces meas quãuis indignas & peccatorum meorum confeſſionem cum accuſatione clementer audias. Victus ab hoſtis inſidiis & pernicioſis humanæ fragilitatis uoluptatibus allectus peccaui domine confiteor: & diuinã tuam maieſtatem grauiter offendi. Magnus eſt domine confiteor numerus & multiplex genus errorũ meorum & mea grauiſſima culpa. Sed agnoſco confiteor doleo fleo & grauiter accuſo coram te domine peccatum meum: ideoq; miſericordiam tuam non deſpero. Nõ uis enim tu clementiſſime domine mortẽ peccatoris pœnitẽtiã agẽtis: es nãq; tu pius & mitis corde: & nõ clemẽs minus q̃ iuſtus: qui uocatus a peccatoribus licet indignis ꝓpitius ſemper ades. Eſt enĩ dñe tuus erga mortales amor immenſus: pietas admirabilis: & miſerationis incredibilis magnitudo. Ne me deſpicias igitˀ dñe creaturã tuã: ſed dimitte mihi delictũ meũ: non meis meritis: q̃ nulla ſunt: ſed tua dñe miſeratione: qua tuũ nomẽ inuocãtes exaudis & peccatores ad te redeũtes amplecteris. Ne me deſeras ergo te obſecro deus meus: ſed miſerere mei: mihiq; auxiliũ ſanctũ tuũ & miſericordiã ſupplicãti ueniã cõcede & remiſſionẽ peccatorũ meorũ in exitu uitæ meæ gratiam in præſenti & gloriam in futuro per omnia ſæcula Amen.

Alia oratio.

SCio me domine Ieſu xp̃e pro multitudine peccatorũ meorũ nõ eſſe dignum quem tu audias. Cuius animus nebuloſis uoluptatum illecebris obfuſus uix te in hunc diem cognouit. Sed cum tu redemptor noſter miſericors ſemper ſis ut in quacunq;

Universidad de Deusto Biblioteca



hora ingemuerit peccator iniuriarũ oblitus eum benigne audire digneris: te rogo & animo ſupplici abs te peto meorum peccatorũ obliuiſcaris. Quorum omnium tibi pater omnipotens dico meam culpam: & me poſthac in uiam rectam conuertas actus & cogitationes ad ſalutẽ æternam dirigas. Te etiã mater miſericordiæ uirgo Maria ſupplex inuoco precor & oro ne me uel puncto temporis deſeras. In qua poſt deũ tota mea ſpes eſt. Eia ergo mea aduocata me adiuua: leua me a fœdiſſimo cœno prouolutũ: & ne amplius recidam ab omnibus corporis & animi periculis me defende: & in hora mortis præſta te mihi præſentem: ut miſericordi tua præſentia lætus te duce perueniã ad gaudia paradiſi: ubi beati ſempiterno aeuo fruuntur.

## Alia Siculi oratio ad uirginẽ dei genitricem.

forma et ſpecies

O Sancta uirgo deipera: lux mundi: cœli decus & beatorũ regina. Salue uirgo ſingularis ſpecies diuini candoris oĩs uirtutis exẽplar pietatis imago & uirginitatis Idæa. Quã ſibi pater oĩpotẽs homo futurus & deus elegit ante ſæcula placidum tabernaculũ. Salue uirgo prudentiſſima: cuius deuota humilitas altos aſcendit in cœlos: unde merito luciferũ ſuperbia depulerat. O fructifera uirga Ieſſea: de qua flos exiuit ſuauis odoris & uitæ fructus æternæ. Te uirgo ſacratiſſima regis excelſi nuntius plenam ſalutat gratiæ: te ſponſam pater omnipotens: te matrem dei filius: te ſuum ſpiritus almus elegit habitaculum. Tu diua ſtellis illuſtrior: tu luna & ſole pulchrior: cuius decorum maximum cœtus miratur angelicus. Per te læti uirgo ſapiens antiqui patres obſcuro ſoluti carcere cœleſti fruũtur gloria. Tu uirgo ſine labe cœleſtis aulæ ianua: tu es porta paradiſi: tu uirgo ſtella maris: tu clemens nauigantibus portũ ſalutis indicas. O ſola ſpes mortalium: fautrix ad te clamantium: audi uirgo meas preces: & tua ſolita clementia da mihi uirgo te facilẽ: pelle noſtræ mentis tenebras & oculorum caliginem: frange cordis altam glaciem: da meis oculis fontẽ lachrymarum: ut dolens dies ac noctes defleã peccatum meum. Da mihi precor in ſancto propoſito conſtantiam: meq; ſub tuum præſidium confugientem protege. Adeſto mihi in hora mortis obſecro te domina mea ſpes mea ſalus mea: ut meos aduerſarios: qui me undiq; circunſtant: auxilio tuo ſuperem.

## Angelica ſalutatio cum additionibus Siculi.

Aue Maria: ſpes unica mortalium.
Gratia plena: cœleſti ſancti ſpiritus.
Dñs tecũ: miſſus in mundũ deſuper.
Bñdicta tu: quæ nobis deũ cõcilias.
In mulieribus: quarũ fuiſti ſpeculũ.
Et bñdictus fruct⁹: ſolus icõparabilis.
Ventris tui: capacis tanti muneris.
Ieſus: omnipotentis genitus.

Sancta Maria: mater eius & filia.
Ora pro nobis: uirgo patrẽ & filium.
Peccatoribus: indignis ſed ĩ te ſperãtibus.
O clemens ad te confugimus
Reis patro nam quam cognouimus:
Oſtende nobis filium
Fontem miſericordiæ
Quem ſiciẽtes quærimus.

# LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

## Lucius Marineus Siculus Alfonſo Aragoneo Ferdinandi regis filio Cæſarauguſtæ & Valẽtiæ Archiepiſcopo & Aragoniæ præſidẽti. S.

C Ontendũt a me nõnulli magne princeps: ut opera de parcis & ſero uerbo: quæ ut per Gaſparẽ Barrachinũ tibi cõmodarem olim tu mecũ egiſti: formis cudã & iam prodã in lucẽ. Opera: ut iidẽ ipſi allucinant: nõnulla lectione digna. Quorũ ego expectationem dũ murgor per quattuor annos & amplius ſimulatione defraudaui: ꝓpterea quod ego eo animo parcis excubui: ut prius deciderim parcius eſſe cũ illis agendũ. Accedit præterea ꝙ ab eo tẽpore: quo manũ extremã poſui cũ blattis & tineis rixãtibus parcis nimis indulgẽter peperci. Neq; enĩ ut par fuiſſet uel ſemel & trãſeũter eas reuiſi: & quod decuiſſet: ut hic adderẽ: illic detraherẽ: & utrobiq; obeliſco cõfoderẽ: nihil horũ feci. Atq; nõ ẽ multo alia rõ: ꝙ me cohibet quo minus magnatibus oĩbus in cõſimili re obſeqr: qui patris tui curiã cõſectant. Petũt enĩ a me oẽs uno ore & flagitãt cottidie: ut quas ego epl'as hactenus cõſcripſerim colligã congerã & redactas publicẽ. Et adducũt: ut perſuadeãt: ſtilo & caratheriſmo meo plano demiſſo & uſq; adeo uulgari: ut fluat ſine murmure ualde ſe delectari: qui ſi cudant figuris erit multo delectabilior. Quorum ego beneuolentiã & amorẽ & ſi nihil eſt magis in uotis quã obſequio meo & aucupari & demereri: hac una tñ in re dignitati meæ cõſulens ruſtice fortaſſis negaui me illis parere debere: ratus ꝙ ego nullis ꝗſitis argumentis: ſed ut negociũ & diuerſitas rerũ poſtulabat negligẽter a manuẽſi meo dictaſſem indigna eſſe: ꝙ proderẽt. Cæterũ quod oratione bella & ſermonibus blãdis impetrare nequiuerũt: procacitate pene horaria effecerũt parendũ ut fuerit. Iã enĩ pudebat pertinaciter denegare me iis: quorũ auctoritate nulla alia uictima cæſa crimen poſtergatæ dignitatis meæ fuiſſet apud oẽs æquo penſantes oĩa facillime purgandũ. Quoniam uero nihil uellem a me profectum quin idem conſilio & auctoritate tua ederetur: qua ueluti ſcuto tectus putarẽ me, poſſe protegere perhoneſte a cuiuſuis oris contortione: ſi cui noſtra minus placebuut: cõſilium fuit te prius cõſulere. Quod ſi tã in hoc quã in illo opere de parcis tu cenſor illuſtris decreueris habita ratione noſtræ dignitatis iis qui tãtopere noſtra flagitant eſſe omnino parendũ ſubſcribes uel. T. litteram more illius ſæculi ſuperioris Romani: ut quæ illis temporibus decreti in ſenatu auctoritatem faciebat: in noſtro opere ſtellata tua manu nos ab omni inuidia defendat uale.

## Alfonſus Aragoneus Antiſtes Cæſarauguſtanus Lucio Marineo Siculo Hiſtorico regio. S.

P Arce agis mi ſicule cũ parcis atq; ob hoc ipſum nimis parce neſcio an uerius dixerim indigne: ꝙ homo alioquin cãdidus & ſine labe inuideas parcarũ immortalitati: quæ tibi aſcriptitiæ indies famulantur liberius plus pluſq; nomini tuo cupiũt in perpetuũ. Hominẽ ſane indignũ tã ſupplicibus parcis ſi tecũ amplius tanq̃ in ergaſtulo cõtineas. An uereris ne cũ e domo egrediãtur iã liberæ & ueluti emãcipatæ: ut ſolent oĩa peruerſe agere: ſtatĩ tibi ingrate fila nequiter intercipiant? Nebũt crede mihi pro gratia referenda & pollicibus lõgioribus. Neq; enĩ cũ cõtuleris bñficiũ niſi quid magnis meritis adieceris cõtinuo male ſperare debes. Ergo age exeãt & appareãt in luce: modo epiſtolis beneficiũ eadẽ ſtatera pẽdas. Equũ enĩ eſt ut ꝙ unus genueris unice ames æqua indulgentia tractes & una: eadẽq; fætura edas tã multis flagitata & pluribus deſiderata uale ex Cæſarauguſta.

## Alfonſus Aragoneus Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus Lucio Marineo Siculo. S.

R Etulit nobis Gaſpar ſecretarius noſter ſe opuſcula quædam a te nuper ædita legiſſe Quæ omnia ſummis laudibus apud nos: duo tamen præcipue admiratus commẽdauit. Alterum: quo anthonium Portam diſcipulum tuum ita acriter de re litteraria

apud iudices defendis:ut is eloquentia & eruditione tua ſuum aduerſarium longe ſuperaue/
rit. Alterum:quo altius ab oratorum poetarūq; primordiis parcarum rationem repetis. Aſſe
rens utrumq; opus eſſe pulchrum:uarium:elegans:ſublime & cum magna tua laude compo
ſitum. Ego autem:qui tuum ſcribendi genus ſum ex pertus:non ſolū Gaſparis uerbis:cuius
iudicium me nulla unq̄ in re fefellit:fidem adhibui: uerumetiam incredibili deſiderio com
motus ſum uidendi lectitādiq; opuſcula ipſa. Nā ſi quæ in iuuēta peregiſti adeo facūda ſunt:
ut nihil amplius in eis deſiderari queat:quid in his ſperandum eſt: quæ improuecta ac pene
ſenili ætate conſcripſiſti? Quare ad te mittere decreui:qui tibi meas litteras reddidit ut ſcripta
tua ad nos afferat. Gratiſſimā igitur rem nobis feceris:ſi quāprimū ad nos cum opuſculis eū
reuerti curabis. Vale. Ex cæſarauguſta Idibus februariis Anno ſalutis noſtræ. M. cccc. Viii.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo Aragoneo Cæſarau
guſtæ Archiepiſcopo & Aragoniæ Præſidenti. S. P. D.

MAgnitudinē leticiæ:qua me tuæ amantiſſimæ litteræ Pridie nonas Aprilis extu
letūt:multo quidē facilius animo ſentire:quā uerbis ullis tibi ſignificare poſſum
excellentiſſime princeps:excedit eni omnē leticiæ modū. Tuā ſiquidē legens
epiſtolā:quæ me tibi generoſiſſimo uiro principiq; Magnanimo chariſſimū eſſe
plane declarauit:non letari quidem ſolum ſpiritum meū: Sed exultare quoq; nimio gaudio
ſentiebam. Eſt enim ſpeties humanæ fœlicitatis a magnis & bonis principibus amari:quo/
rum gratiā nemo ſine magna uirtute demeretur. Ego autem & ſi perbenignā & illuſtrē tuam
erga me uoluntatem & beniuolentiā ſingularē iam pridem multis ac magnis argumentis fa/
cile perſpexeram:nunc tamen tuis litteris perlectis mihi quidem oculis: non ſecus ac in ſpe/
culo formā:cernere contigit. Alacriorē præterea me fecerunt litteræ tuæ Præſul illuſtriſſime:
quoniam mihi plene ſignificare uiſæ ſunt:quā diligenter humanitatis ſtudia & litterarū ſacra
colas. Ex quo mihi quidem ſperare licet te unum noſtræ tempeſtatis ingeniis & eruditis homi
nibus adiumento magno & ornamento fore:dormientesq; muſas:quæ hactenus in hiſpania
triſtes in tenebris iacuerunt:excitaturū. Quāobrē non mihi ſolū exultanter gaudeo Princeps
ampliſſime: ſed ipſis etiam muſis & omnibus ingenioſis iuuenibus:quibus in tua uirtute nō
paruā ſpem futuri boni poſitam eſſe uideo: merito quidem plurimum gratulor. Sed de hoc
hactenus. Nunc autē ad epiſtolā tuā breuiter reſpondebo. Duos libellos a me nuper tumul/
tuarie compoſitos:quos ad te deferri iubes Antiſtes inſignis:ego quidem in ſcrinio:tanq̄ ſer
uos incognitos in ergaſtulis: concluſeram:donec eos poſt confectam de Ioannis Aragonū re
gis aui tui rebus geſtis hiſtoriam:quæ iam ad finem perducitur:recognoſcerem emēdaremq;.
Sunt enim proxima nimiaq; celeritate ſcribentis manus inculti:& ſicut animalium quorūdā
recentiores immaturiq; fœtus informes. Gaſpar enim ſecretorum tuorum comes fidiſſimus:
& ſi eſt homo magni iudicii: ſummo tamen amore:quo me præceptorem proſequitur im/
pulſus:tibiq; rem pergratā facere cupiens:noſtros fortaſſe libellos apud te plus æquo commē
dauit. Quos ego tamen ſi prius ad amplitudinem tuā mittendos putauiſſem:multo quidem
diligentius perfectiuſq; ſcripſiſſem. Nunc autē:quoniā id ſine mora fieri non poteſt:ne tibi:
cui me totū iampridē deſtinaui:labores & obſequiū aut denegare aut differre uidear:incultos
& tuum iudiciū formidātes ad te mitto. Te igitur obſecro princeps humaniſſime:ut eos iam
tuo illuſtriſſimo nomini dicatos recognoſcas quo excellēti tuo ingenio magnoq; iudicio di
ligenter emēdati tutius i lucē quādoq; proferri queāt. Quod autē cætera mea ſcripta: quæ iu
uenis olim nōdū bñ matura pcipitaui :nō ſine mea uel maxima laude tibi probari magnope
re ſcribis:& ingētis tibi grās ago:& mihi ipi plurimū gaudeo. Illa eni & ſi mihi hactenus ſemp
diſplicuiſſe uidebant:nūc tñ tuo cōprobata iudicio quā maxime placēt. Cæterū præter opu/
ſcula cōſecraui quoq; tibi circūſpectiſſime princeps paruū mearū uolumē epiſtolarū:quas ut
colligerē publicarēq; mecū perhumane ſæpius egiſti. Collegi nūc igit:ut i oibus amplitudini
tuæ uidear obſecutus : uerum publicare non auſim : niſi prius tuo iudicio comprobentur.



Quibus & aliorū nonnullas ad me ſcriptas inſerui:non ſolum quia mihi dignae uidebantur
ſed etiā quod i epiſtolis diuerſorū ingeniorū ſtilus:ut ciborū uarietas: delectare ſolet. Quapro
pter & opuſculis epiſtolas præponere placuit. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ferdinando
Aragoniae & utriuſq; Siciliae Regi. S.

SCriptores & uates egregios altiſſime Rex:ut ſatyrographus ait: anxietate carens
animus facit. Neceſſe eſt eni eos:qui perfectū aliquid & uera dignū laude nitūtur
efficere:omniū rerū deponere cogitationes:atq; uni tantū operi recte conficiēdo
tota mente diligenter incumbere. In una ſiquidē re unita ingenii uis & integer hu
manae mentis affectus longe potentior eſt:quā pluribus diſſolutus. Quod uel in artibus inge
nuis:uel in mechanicis officiis nobis intueri licet. Apud enim religioſos uiros & fidei noſtræ
chriſtianae myſteria tractātes illos diuinis i rebus celebrādis & habendis contionibus ſacrorū
peritiores quotidie cernimus:qui ſuis cellulis diuinis & ſacris rebus incumbētes cōtinentur:
nō autē eos:qui per urbē perā & ſacculū geſtātes uicatim ianuatimq; mendicāt. Et inter cerdo
nes etiā atq; ſutores ille calceos conficit elegātiores melioreſq;:qui calceis tantū conficiendis:
nō autē calceis ſimul & coturnis incūbit. Quare ſapienter quidē Cæſar octauianus poetā Ver/
giliū:cui maiorū ſuorū geſta ſcribenda tradiderat:ab omni ſtatim & quærendi uictus & rei fa
miliaris habēdæ cura leberauit. Qui cum ingenio & doctrina:rebus etiā neceſſariis habūdās &
ab omnibus animi & corporis curis ac perturbationibus liber:a frequentia quoq; hominū ni
miaq; cōſuetudine ſemotus:illud de Cæſaris & Eneæ laudibus opus pulcherrimum confecit:
quod i mille & quingētis fere ānis adæquare nemo potuit. Qui & ſi fuit uel ingenio uel omni
ſciētia præſtātiſſimus: nō tñ illa tuba & cōtinua ſublimiq; carminis maieſte hæroū pugnas &
arma ceciniſſet:ſi ei res familiares defuiſſent. Nā quis ingenio locus eſt:niſi cū ſe carmine tātū
uexāt pectora nrā duas nō admittētia curas? fieri eni nō poteſt:ut inquit Ariſtotiles:aut nō fa
cile fit:ut is agat res præclaras:cui facultates deſunt. Reſpice tu igit potentiſſime rex hiſtorigra
phū tuū Siculū & rebus adiuua neceſſariis:ut Ioānis tui patris Aragonū & Siculorū Regis inui
ctiſſimi res fortiſſime geſtæ:q̄ plurimæ ſunt & immortalitate digniſſimæ latinis litteris:ut par
eſt:in memoriā deducātur æternā. Vale.

Rex Ferdinandus Siculo dilectionē.

SIcule nota nobis eſt tua uirtus nota doctrina & boni mores:ut nrō bñficio te dignum
ſemper putauerimus. Nā præter eruditionē tuā ex qua nō nihil dignitati noſtræ acci
dere nō fortaſſe falſo exiſtimamus:qua & ſola rōne debemus tecū & libēter agere:ama
mus etiā i te:ut in aliis ſemper odimus uerſutiā nequā:ingenii & naturæ tuæ cādidā bonitatē:
ut rectū duxerimus ſcribēdis & patris rebus & nrīs ueridicū te præficere. Cæterū egeſtatē tuam
nec ſuſpicabamur quidē:& tu neq; clamaſti neq; nos reſpeximus. Leuabimus ergo te iſta āxie
tate:& mutue præſtabimus tibi officiū pro nrā cōſuetudine. Quod ſi in te Siculū noſtrū octa
uiani maiori orbe diuitis numerū i Vergilium ſuū nō cōpleuerimus:uolūtate tamē & amore
quo te amamus cōpēſabimus noſtræ gloriæ cōſulētes. Vale.

Lucius Marineus Siculus:Heliſabe Hiſpaniæ.
& Siciliæ Reginae Magnanimae. Salurem.

POſteaq̄ regiae tuae maieſtati regina excellētiſſima placuit:ut qui tibi ſacris in rebus &
diuinis officiis inſeruiūt:quiq; degūt apud te nobiles oēs adoleſcētes a me bonas ar/
tes atq; latinā linguā docerētur:ego honeſtae ſanctaeq; tuae uolūtati morē gerere:atq;
diſcipulis oibus pdeſſe plurimū cupiēs:ex grāmaticæ pceptis apud alios auctores alioqui do

Univerſidad de Deusto Biblioteca



ctiſſimos latius diffuſis: ea q̃ ad puerorũ eruditionẽ praecipue neceſſaria uidebãtur collegi:
quæ: ſi recte cõſiderent: nõ multũ quidẽ diſcrepãt ab his: q̃ per ludos litterarios exponunt. Hoc
ut facerẽ tua me primũ Maxima uirtus: deinde ratio quoqꝫ ipſa cõmouit. Animaduerterã enĩ
diſcipulos: quos mihi tãtopere comẽdaueras: oẽs fere & grãmatices primis rudimẽtis indige
re: & aliorũ grãmaticorũ diffuſa magnaqꝫ uolumina pertimere. Hos igit̃ ad guſtãdũ latinos li
bros ac ſuaues utileſqꝫ ſermones breuiori ac faciliori uia perducẽdos exiſtimaui. Hæc itaqꝫ ſcrí
pſi grammatices compẽdia: quibus ſiqua deſunt: ea in legẽdis auctoribus librisqꝫ latinis dicen
da ꝑtermiſi: unde alia rudimẽta oĩa collecta ſunt: Hoc autẽ munus ampliſſimo tuo nomini di
caui: quod & ſi tuo excellẽti ingenio & excelſo animo dignũ nõ uidebat̃: quia tñ multis nõ pa
rũ utilitatis eſſet allaturũ: tibi certe per gratũ fore mihi perſuaſi. Suſcipe igit̃ hos tui Siculi labo
res Regina circũſpectiſſima: ex quibus quicũqꝫ fructũ perceperint tibi oẽs acceptũ referant: cui
ob multas & ingẽtes uirtutes oĩa quidẽ iure quodã debẽtur. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioãni Ferdinãdi Hiſpaniæ & Siciliæ
Regis & Heliſabes Reginæ filio principi Magnanimo. S.

INcidi nuper Magnanime Princeps ĩ breues quaſdã illuſtriũ Romanorũ ep̃las. Quæ
propter uel ſentẽtiarũ grauitatẽ: uel elegãtiae uerborũqꝫ nitorẽ ex m̃tis ueterũ monu
mẽtis atqꝫ annalibus collectæ diligẽtiſſime fuerũt. Perlectæ mihi quidẽ dignæ uiſæ
ſunt quæ abs te ſummo principe legi debeãt. Romanorũ enĩ principũ & uerã eloquẽtiã: & ĩ
rebus agẽdis præliiſqꝫ gerẽdis ſummã ſciẽtiã atqꝫ uirtutẽ pleniſſime docẽt. Has itaqꝫ cũ aliis in
genii nr̃i laboribus impſſas ad te mitto Princeps ampliſſime. Nõ quod te ueterũ illorũ uel imi
tatione uel exẽplis indigere mihi perſuaſerim: Habes enĩ quos ĩ oĩ uirtute potes imitari tuos
uel altiſſimos parẽtes Hiſpaniæ Siciliæqꝫ chriſtianiſſimos principes: qui uirtutũ exẽplis & rerũ
geſtarũ glĩa cũctos quidẽ mortales & ueteres & nr̃i tẽporis lõge ſuperarũt: Sed quia ueterũ illu
ſtriũ: Romanorũ ꝑſertim: facta dictaqꝫ nõ ſine uoluptate ac delectatione legunt̃. Lege igit̃ illo
rũ primũ ep̃las clemẽtiſſime princeps: deinde carmina: quæ de tuæ fœlicis Hiſpaniæ laudibꝰ
ſcribere cœperã: plura ſcripturus: ſi meos tibi labores fore nõ ingratos ſignificabis. Vale xp̃ia
norũ oĩum ſpes certiſſima.

Ioannes Hiſpaniæ & Siciliæ Prin
ceps Lucio Marineo Siculo. S.

LEgimus Romanorũ epiſtolas: in quibus a iudicio tuo nõ diſſentimus. Sũt enĩ graues
elegantes & ingenioſæ: quæ uel orationis ornatu uel prudentiſſima breuitatẽ maxi
me placẽt & afficiũt. Sed tu Sicule nr̃ romanos & reliquos oẽs uiros doctos & eloquen
tes nõ æmularis modo: ſed etiã meo iudicio lõge ſuperas. Eras tu quidẽ fama uir magnus: ſed
ſcriptis multo maior nobis occurris. quibus nihil eſt elegãtius: nihil doctius: nihil dulcius: nĩ
hil utilius: quod nõ Salmãtica ſolũ Ciuitas: ubi multos annos ſtudioſam iuuẽtutẽ poetarũ &
oratorũ lectionibus excoluiſti: uerũ etiã uniuerſa fatetur Hiſpania. Nõ igit̃ immerito gratula
mur ſæculo nr̃o: habemus nr̃is tẽporibus quod admirari poſſimus: nec ingenia ſolũ ueterũ ſu
ſpicere debemus. Vale & carmẽ: quod de nr̃æ Hiſpaniæ laudibus es agreſſus proſeq̃re: quod ſi
feceris nobis q̃ gratiſſimũ fore nõ dubites. Vale.

Lucius Marineus Siculus Bernardo Rogio Sãdoualo Deniæ Mar
chioni Lermæ Comiti & Ferdinãdi regis Domus ꝑfecto maximo. S.

CVm mihi ſuperioribus diebus in regia dixiſſes te mecum colloqui uelle ualde mihi
ſum gauiſus exiſtimans me iam nactum: quam iãpridem uehemẽter optabã: occaſio
nem: ut qui meus erga tuã dignitatẽ animus eſſet tibi corã ſignificarẽ. Nunc autẽ qm̃
nõdum accerſiri me iubes: ſic enĩ mecũ conſtitueras: hac epiſtola te obſecro ne me mora longio



ri ſuſpenſum teneas. Quod ſi mihi iam ſeni magniſqꝫ rebus occupato laboris aliquid iniũge
re nolis: hoc te ſcire uelim: me dũ tua cauſa nihil facio multo magis laborare quã ſi ſaxũ ſiſiphi
uoluerẽ. Ergo uale & me ĩ eorũ numero eſſe tibi perſuade: qui tuo noĩ maxime fauẽt & oĩa cu
piũt. Iterũ bene Vale Regiæ dignitatis cultor máxime.

Lucius Marineus Siculus: Alfonſo Aragoneo Ferdinãdi Regis filio
& Cæſarauguſtæ mõtiſqꝫ Regalis Archiep̃o & Aragoniæ ꝑſidẽti. S.

SOphodes homo doctrina & ingenio magnus & unus eorũ: quos olim græcia celebra
uit: dicere ſæpe ſolebat ampliſſime princeps: Ex bonis parentibus nõ niſi bonos filios
procreari. Cuius ſententia & ſi mihi hactenus nõ ſatis probabilis uidebatur: qm̃ dege
nerãtes multos & aparẽtũ uirtute nobilitateqꝫ declinãtes indies obſcurios fieri plane uidebã:
nũc tñ tuarũ uirtutũ multis & magnis exẽplis cõprobatur omnino. Tu ſiquidẽ ſummis ortus
principibus: paternas oẽs & auitas uirtutes nõ æquas modo: Sed etiã excedis. Habes enĩ cæte
ras oẽs & corporis & animi uirtutes cũ auo tuo patreqꝫ cõmunes: præter unã illã: quã tibi ſoli
uendicaſti. Qua uiros litteris & moribus cultos: ĩ quibus & me: quamuis indignũ tua Humani
tate ſingulari numerare ſoles: non ſolũ laudas: diligis: & magnifacis: uerũ etiã mirifice iuuas:
amplecteris & extollis. Hæc eſt igitur tua ipſius uirtus: & non alterius. Propterea quod tantum
reliquos oẽs Hiſpaniae principes: litteris: ingenio: & eruditione praeſtas: quantum animi ma
gnitudine: & nobilitate generis antecedis. Bene uale & diu fœliciſſime uiuas eruditorum ſpes
unica & Hiſpaniae decus ampliſſimũ.

Siculus Alfonſo Aragoneo Prin
cipi Magnanimo fœlicitatem. S.

ALfonſus Caualeria: in cuius memoriã & honorẽ me: ut epitaphiũ cõderem humaniſſi
me rogaſti circũſpectiſſime princeps: nõ epitaphio quidẽ: Sed lõga dignus erat hiſto
ria. Fuit enĩ uir ille nõ ſolũ excellẽtis ingenii: Magni iudicii: & exquiſitiſſimæ doctri
næ uerũ etiã uirtutis eximiæ: prudentiæ ſingularis: & ſapientiſſimi cõſilii. Quo Ioannes Ara
gonum Rex auus tuus & Ferdinandus pater magnis in rebus: & oĩbus tam publicis q̃ priua
tis negociis uſi fuere. Vtebaris etiam tu libenter antiſtes inſignis: Qui cum bonis artibus & la
tinis litteris eſſes eleganter inſtitutus ſingulare hominis ingenium & magnas uirtutes multo
melius cognoſcebas. Cui quidem uel mortuo non parũ a Ferdinando Rege debetur: ĩ cuius
honore uixit ſemper & demum obiit. Cui & tota plurimũ debet Hiſpania: nec Sicilia minus:
cuius erat Alfonſus ille patronus egregius. Omnibus enim Siculis mirũ in modũ ſemper fauit:
eorumqꝫ negocia ſtudio magno & amore confecit. Me uero apud Ferdinandum Regem nõ
mõ cõmẽdabat diligẽter & extollebat: ſed etiã mirifice iuuabat. Quapropter cũ illius uirtutis &
honoris cauſa: tũ uero nutu pientiſſimæ tuæ uolũtatis accẽſus epitaphiũ libẽtiſſime ſcripſi. Vt
illi quod iure debebã perſoluerẽ: & tibi maxime Princeps: cui oĩa merito debeo: gratũ facerẽ:
uel epitaphio: ſi bonũ eſſet: uel ſi minus ꝓbaret̃: obſequio. Vale Generoſiſſime Antiſtes Siculi
ſola & certiſſima ſpes.

Lucius Marineus Siculus Sãchio Caualeriæ. S.

EPitaphiũ: quod a me pro tui pr̃is ſepulchro nup petiſti uir nobiliſſime iuxta uires in
genii cõpoſui. Cuius Alfonſus Aragoneus Cæſarauguſtanus antiſtes tibi dabit exem
plũ. Soleo enĩ quicquid ſcribo priuſq̃ ĩ lucẽ ueniat illius cẽſuræ ſubiicere. Nec appo
nẽdũ quidẽ ſepulchro tui pr̃is epitaphiũ cẽſeo: niſi ꝓbet̃ ab illo: Qui cũ de rebus aliis: tũ de poe
ticis uirtutibus optime ſentit & iudicat. Ego aũt iſtius epitaphii cõponẽdi ꝓuinciã ſæpe recuſa
ui: ut pote: qui tui pr̃is innumeras uirtutes & facta præclara non ignorabã. Nihil enĩ a doctiſſi
mis etiã poetis: ne dicã a Siculo: tã ſublime tã cultũ tam magnificũ ſcribi poteſt: quod Alfonſi

Universidad de Deusto
Biblioteca



Caualeriæ uiri pſtātiſſimi laudibus cōuenire queat. Feci tñ ego non quod patri tuo tibiqꝫ de
bebā. Sed quod potui. Nā quātū utriqꝫ debeo ſoluendo nō ſum. Vale.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo
Aragoneo Ferdinādi regis filio. S.

GAſpar Barrachinus amplitudinis tuæ Secretarius illuſtriſſime princeps tua mihi mā
data diligēter expoſuit. Vtinā hoc tēpore uolūtati tuæ morē gerere potuiſſem. Tua
enī iuſſa ſi mihi honeſte capeſſere liceret ad te quāprimū magnis itineribus cōtēderē.
Deus mihi teſtis eſt ꝗ labores meos oēs & obſequia pſtare tibi uni ſemp optauerim. Nā quid
mihi per immortalē deū fœlicius quid honoratius euenire unq̄ poſſet: ꝗ tibi ſpectato uiro ac
tāti principis filio rebuſqꝫ ſacris & diuinis cerimoniis deſtinato litteris & moribus elegātiſſimis
īſtituto inhærere? Quod ut faciā me uolūtas quidē uehemēter impellit: ratio uero prohibet.
Quapropter cū nec tibi nec mihi ſatiſſacere poſſim magno certe afficior dolore. Video enī me
capillata frōte ſalutaſſe fortunā: quā me & cognoſcētē & utraqꝫ manu capere percupidū neceſ
ſitas impedit uetatqꝫ. Seruio enī Ferdinādo regi pr̄i tuo: qui nuper Ioānis aui tui uitā & res ge
ſtas latinæ cōſcribēdas mihi demādauit: a quo ſi diſcederē pfecto cōtra officiū eſſet. Supereſt
igitur generoſiſſime princeps: ut & ego tibi qui ſponte me tuorū numero agregare uoluiſti im
mortales gr̄as agā: & tu mihi cuius mētē q̄ſi ſpeculo uides: ꝗ tua ē uirtus ignoſcas. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioāni Aragoneo
Adoleſcenti illuſtriſſimo fœlicitatem.

OMnes qui te uel aliq̄ familiaritate uel ſola pclaraqꝫ fama cognoſcūt excellētiſſime Io
annes inter illuſtres: quos ætas nr̄a protulit: adoleſcētes: unū te quidē oīum fœliciſſi
mū eſſe cōfirmāt: Vnū te ſummū domus Aragoneæ ſpecimē dicūt: Vnū demū te di
gnū ſummis honoribus exiſtimāt. Te fortunatū uocāt & nō immerito: ppterea quod Alfon
ſus Aragoneus tibi pater eſt: & Rex Ferdinādus auus: qui plurimū ſuis meritis & pclaris no
minibus atqꝫ rebus inclyte ſancteqꝫ geſtis inter homines pollēt: & omnifaria uirtute principes
oēs excellūt. Te maximū nois Aragonei decus appellāt: q̄m tibi præter oris admirabilē ſpeciē
& totius corporis excellētē pulchritudinem magnumqꝫ decorū cunctas etiā ingenii fœlicita
tes & dotes inſignes ſingularēqꝫ præſentiam benigna natura larga manu liberaliter tribuit. Te
magnis & ueris dignū laudibus exiſtimāt: quia moribus elegātiſſimis educatū: latinis litteris
excultū: & humanitate ſingulari mirabiliqꝫ modeſtia & uere regio decoro perornatū cunctos
ætatis tuæ primarios adoleſcentes lōge ſuperare cognoſcūt. De te: Crede mihi: loquūtur oēs
adoleſcens clariſſime: tuā fœlicitatē prædicāt: tuā formā admirātur: tuā dignitatē magnis lau
dibus efferūt. Te igitur & Alfonſi patris & Ferdinādi regis aui tui & totius Hiſpaniæ lumē pre
clarū magnūqꝫ decus eſſe ſibi perſuaſum habēt. Quare gratulor ego tibi mirūimmodū fœlici ſ
ſime Ioānes: & mihi nō parū gaudeo. Nā cū me præceptorē colas & libenter audias me quidē
in aliquā tuarū laudū partē receptū iri ſine dubio ſpero. Vale Muſarū & Siculi memor: ſiqui
dē ego de te uel abſente cogitare nō deſino: quē tanq̄ præſentē cōtinue mentis oculis aſpicio.
Iterū bn̄ uale. Luxano uiro tui nois & honoris ſtudioſiſſimo me iterum atqꝫ iterū comēdo: Ex
Cæſarauguſta ſexto Idus Nouēbris Anno. M. ccccc. Viii.

Lucius Marineus Siculus Rodorico Pemētello Bena
uēti Comitis filio uiro docto atqꝫ Magnifico. S. P. D.

AB hinc quinqueniū Rodorice uir inſignis quū tu pariſiis litteris operā dabas & gym
naſia illa florētiſſima ſtudioſe diligēterqꝫ colēs & illuſtrās cū aliis facultatibus: ut acce
pimus: etiā muſis ꝗ clara ingenia plurimū delectant incūbebas: ego patrē tuū comitē



uirū illū magnanimū & illuſtrē uidere & cognoſcere atqꝫ colere percupiēs Beneuētū ubi tum
ille erat me cōtuli. Illius enī ī Italia & ī Sicilia primū nomē ingēs & a multis famā celebratam
audierā: deinde uero cū ī Hiſpaniā ueniſſem: neminē quidē unq̄ inueni: qui mihi de eo non
uirtutes innumeras: nō laudes ingētes nō facta illuſtria: nō deniqꝫ mirabilia pdicauerit. Quæ
& ſi a pluribus accepimus: hæc eadē tñ certius ac ſæpius nobis expoſuit Ioānes cōchēſis Sacer
dos & doctrina & moribus integerrimus. Qui me ut beneuētum peterē: & ꝗ de tuo pr̄e illuſtri
& ſpectato uiro fama loq̄baṫ re ipa cognoſcerem monuit: Itaqꝫ nr̄i nunq̄ poenitebit obſequii.
Pater enī tuus: ut eſt ſuapte natura munificētiſſimus: me non modo honorifice benigneqꝫ ſu
ſcepit: Sed humanae quoqꝫ ac familiariter allocutus: ut cæteros ſolet: magnis muneribus affe
cit. Qua ī re cū eius corporis pſtātiā & excellētē formā tū uero animi magnitudinē ı e emen
ter admiratus ſum: quā quidē nunq̄ deſtiti pdicare. Huiuſmodi nāqꝫ uirtutes atqꝫ naturæ do
tes eo laudādæ ſunt magis: quo minus ubiqꝫ terrarū tēpeſtate nr̄a reperiunṫ. Cum itaqꝫ comes
magnanimus ſua liberalitate: qua pſtat oēs mortales: me ſibi nimiū feciſſet obnoxiū: ne im
memoris accepti muneris crimē incurrerē: opus de Hiſpanarū rerū laudibus ſcripſi: quod illi
us clariſſimo noī lōgiori pfatione dedicaui: ī quo quidē ædēdi feſtinatio mihi fuit odioſa: nā
me certe uel inuitū ad immaturi operis æditionē & multorū efflagitatio & Salmāticēſis acade
miæ ſenatus coegerunt. Rodoricus enī Mānricus Salmāticæ gymnaſii rector cæteriqꝫ magiſtra
tus: oēſqꝫ Salmāticæ æquites: ut opus nōdū maturū impſſoribus traderē & impreſſum quā
primū publice legerē iuſſerūt. Quāobrē & diligētius opus inſpicere: & comitis aduentū expe
ctare mihi integrū nō fuit. Hac igiṫ epl'a librū: qui ī lucē prodire nō audebat: & iniq̄ inuidorū
atqꝫ obtrectatorū cēſurā metuebat tibi cōmēdare decreui: ut & tuo patrocinio & ingenio ſingu
lari: & noīe comitis illuſtris ampliſſimo fræ tus ac tutus bonis oībus morē gerat. Et ſi qui erūt
qui ob inuidiā & ſui prauā generis originē nobis obeſſe ac detrahere conabūtur: puto nullos
futuros: illorū morſus & latratus inanes: & ſibi ipi nociturā rabiē cōtēnā. Opus ergo legendū
atqꝫ tuendū ſuſcipe uir illuſtris: quod ſi magnanimo & excellētiſſimo uiro pr̄i tuo tibiqꝫ non
ingratū fuiſſe perſpexero: me quidē ad maiora onera & lōgiores labores accingā. Opus enī de
pementallorū domo: de comitis laudibus: de nobilitate generis & origine: de rebus magnifi
ce geſtis ſcribere protinus incipiā. Vale uir inſignis.

Lucius Marineus Siculus Rodorico Manrico
Salmāticenſis gymnaſii Rectori clariſſimo. S.

CVm me ſæpius hortareris Rodorice rector illuſtris: ut librū: quē de Hiſpaniæ laudi
bus ſcripſerā: publicarē: & ſi res hoc minime poſtulabat: quia liber nuper cōpoſitus: &
uix dū abſolutus maturitatis tēpus expectabat: malui tñ tibi morē gerere: qui cum li
brū lectitaſſes nō modo pbaſti: ſed etiā carminibus elegātiſſimis extuliſti: ꝗ aliorū metuere cē
ſurā: dū ſolus ipe des nobis ueniā: ſi quid inueneris: quod tuas aures offendat: tēporis enī bre
uitate q̄dā: ꝗ dū opus ab impſſoribus tractabaṫ rapti cōponebā: recognoſcere nō potui. Vale
clariſſime & me ſicut ſoles Ama:

Lucius Marineus Siculus Illuſtriſſimo & ad modū reuerēdo dn̄o
Franciſco Ximenio Archiepiſcopo Tholetano & Hiſpaniæ Car
dinali uiroqꝫ Primario & Caſtellæ maximo Cācellario. Salutē.

OPeri: quod de laudibus Hiſpaniæ ſcripſerā: ſapientiſſime pr̄ q̄dā ſubnectore cogitaui.
Quæ olī mihi res hiſpanas ſummatī ſcribēti ſub ſilētio pterita fuere. Nō tñ illa uel ne
gligētia uel obliuione: ſed quod Hiſpanarū rerū & uirorū illuſtrium numerū: qui pe
ne erat īfinitus: cōpræhēdere nō potui. Nā quū Hiſpaniæ laudes Rodorici Beneuēti comitis
hortatu ſcribere ſum aggreſſus: tū quidē admodū nup ex Sicilia ī Hiſpaniā uenerā: ſinguliſqꝫ
diebus ī Salmāticæ acadæmia celebriqꝫ gymnaſio poeticā & oratoriā facultatē publice cōduct⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca



profitebar. Quibus lectionibus aliiſq; curis nobis impeditis ad multa: q̄ operi cóficiendo ne
ceſſaria erãt: ad inquirẽdũ tẽporis ſpaciũ nõ dabat. Cæterũ poſteaq̄ relicto Salmãticæ ſtudio
Ferdinãdũ regẽ & Heliſabẽ reginã nr̃os Catholicos principes ſequutus ſũ: apud eos tũ alia per
multa tũ uero quoſdã Hiſpaniæ uiros cognoui: qui uel bellicis ĩ rebus uel liberalibus diſcipli
nis ac ſanctiſſimis moribus & xp̄ianæ religionis cærimoniis adeo clare ſancteq; ſegerũt: ut eo
rũ fama & egregia facinora nõ ſilẽtio quidẽ: ſed & uatũ & oratorũ p̄coniis poti⁹ digna uideã
tur. Et qui me iure profecto: ſi uellẽt: accuſare poſſent: ipſeq; me oĩno reũ eſſe cõfiterer ſi eos pe
nitus intactos relinq̄rẽ. Hos igit̃ excellẽtiſſime pater ſuis laudibus ꝓſequi cõſtitui. At qui co
gitãti mihi quẽ primũ memorare inciperẽ: tu nimirũ p̄ſul inſignis añ alios oĩs occurris: cæte
ris oĩbus merito p̄ferẽdus: cuius uitæ ſanctimonia morũq; p̄ſtãtia doctrina ſingularis & diuĩ
ni cultus feruẽtiſſimus amor cæteræſq; uirtutes innumeræ dignæ mihi quidẽ uiſæ ſunt: quæ
latinis approbatæ litteris apud oẽs in dies notiores fiãt. Tuas itaq; ĩ primis laudes p̄ſtãtiſſime
pr̃ aggrediar. Quibus nõnullos uerſiculos apponã: quos de rebus a te p̄clare ſancteq; geſtis de
magnis & ſanctis operibus de uitæ moribus integerrimis ſcriptos nũc breui cũ ep̃ſa tibi pri⁹
uiro doctiſſimo caſtigãdos miſi. Vale hiſpaniæ & xp̄ianæ religionis decus inſigne.

Lucius Marineus Siculus Illuſtriſſimo & ad modũ reuerẽdo dño
Franciſco Ximenio Archiepiſcopo Tholetano & Hiſpaniæ Car
dinali uiroq; Primario & Caſtellæ maximo Cãcellario. Salutẽ.

POſteaq̄ ſanctã uitæ tuæ ſeriẽ ingenuas animi uirtutes & res p̄claras magnifice ſctẽq;
geſtas cognoui ſapiẽtiſſime pr̃: te quidẽ unũ elegi mihi ſemp amore feruẽti p̄cipuo
cultu ſummaq; diligẽtia uenerandũ. Te ſolũ oĩum põtificũ religioſum digniſſimũq;
putaui: cui ego iure labores meos & uigilias oẽs cõſecrarẽ. Sẽper aliquid efficere q̄ maxime cu
piẽs: ut tu quoq; Siculũ tibi quãdeuotiſſimũ eſſe nõnullis euidẽtibus argumẽtis & rationibus
cognoſceres: atq; ideo olim granatæ uitæ tuæ ſctimoniã & naturæ mores integerrimos quibuſ
dã delibare carminibus cœpi. Præterea nup ĩ oppido: quod Sãcta Maria ĩ cãpo cognominat̃:
ubi ſeptimo kalẽdas octobris cũ magna nr̃orũ principũ & totius Hiſpaniæ lætitia collata tibĩ
diuinitus Cardinalatus inſignia fuerunt: Ego quidẽ dignitates & honores: quos eras adeptus
& quos cõſecuturus eſſes: lõgiori carmine ſum ꝓſecutus. In quo quidẽ nõ poetarũ more locu
tus: Sed ꝓ tuis meritis ſpũ diuinæ mẽtis afflatus oĩno uaticinari mihi uiſus ſum. Hoc aũt tẽpo
re tibi muneris aliquid offerre cupiẽs antiſtes clariſſime: quod & dignitati tuæ: & mee cõueni
ret ætati: Carmẽ de xp̄i dñi nr̃i paſſiõe: quã pia cõtẽplatiõe iãpridẽ uerſibus heroicis deplorauẽ
rã: ad te mitto. Quod ſi a magno & excellẽti tuo iudicio cõprobatũ meãq; induſtriã tibi gratã
fuiſſe perſpexero: me quidẽ ad maiores labores excitabis: Opus enĩ q̄ primũ de rebus a te p̄cla
riſſime ſanctiſſimeq; geſtis: q̄ multæ magnæq; ſunt & immortales incipiã. Vale.

Lucius Marineus Siculus Iõanni Fõſeco ep̃o Palentino & perniae Comiti. S.

PLures ueterũ Philoſophorũ uiri uirtutis & ſapientiæ ſtudioſi pr̃ ampliſſime: quĩ
bñ uiuẽdi p̄cepta nobis ſanctiſſima reliq̄rũt: primã uirtutẽ in dei optimi maximi
cultu & religione ſtatuere. Poſt uero religionis maieſtatẽ ſolemneſq; cærimonias
homines hominibus prodeſſe ſummã pietatẽ atq; ſctiſſimũ opus atq; hoĩs de hu
mano genere bñ merẽtis eſſe uoluerũt. Quippe qui homines hominũ cauſa generatos eſſe dĩ
cebãt. Maxima enĩ charitas & ſummo æternoq; deo gratiſſima ẽ: ſi quis miſeris & afflictis opẽ
ferat: ſi nudos ꝓtegat: ſi uel eſuriẽti cibũ: uel ſiciẽti potũ miniſtrat: ſi quis deniq; iacẽtibus & in
firmis: qui ſurgere nequeũt manũ benigne porrigat. Quæ uel ſanctiſſima opera tu quidẽ cle
mẽtiſſime p̄ſul ſumma tua humanitate & pietate ſingulari cõpũctus aſſidue per mł̃tis cõferre
ſoles. Tuus enĩ nobilis & uere generoſus animus tuaq; noſtris tẽporibus in Hiſpania liberali
tas non ſolum nobiles plurimos honorificentiſſime munificentiſſimeq; continue colit & ma



gnis beneficiis & honoribus auget: ſed pauperes etiã: quorum largiſſima tua clariſſimaq; do
mus quotidie plena eſt: piẽtiſſime fouet & multis cõmodis adiuuat. Plurimi nãq; tũ nobiles
tũ etiã pauperes pietatis liberalitatiſq; tuæ fama reſonante nõ modo multis ex hiſpaniæ parti
bus: uerũ etiã ex aliis regionibus hoĩes ad fontẽ iſtũ tuũ maximæ ubertatis dulciſſimiq; liquo
ris tanq̄ multa uariaq; aĩaliũ genera & uolucres ad notiſſima uiuaria conuolant. Eſt enim fons
iſte tuus antiſtes clariſſime: quẽ ego carminibus olim celebrare conatus eius numeroſa laudũ
magnitudine ſuperatus in itinere defeci: Multarũ magnarũq; uirtutũ. Eſt enim fons aquæ dul
cis ac ſalutiferæ: pietatis: Iuſticiæ: opis: ſalutis: medicinæ: uitæq;: cuius liquor morborũ dolorũ
q; ſanat quodcũq; genus: extinguit quãcũq; ſitim. Ex hoc igit̃ ſalutifero fonte ſitiẽs & egrotus
ego Pater optime haurire liquoris aliquid uehementer opto. Quod ſi mihi tua ſumma pietas
ſolitaq; benignitas cõceſſerit: me quidẽ oĩ ſiti oĩq; dolore quãprimũ leuatũ iri certe ſcio. Sitis
uero & doloris mei cauſam tibi clariſſime Pater ſignificarẽ: niſi eã iã pridẽ & carminibus meis
& multis precibus declaraſſem. Vale.

Lucius Marineus Siculus Vgoni Vriæ diſcipulo ſuo. S.

SAluus ſis Vgo diſcipulorũ meorũ optime. Bartholomeus: qui tibi meas litterulas re
didit eſt uir probus & mihi nõ parua familiaritate cõiunctus: qui cũ intellexiſſet meã
erga te beniuolentiã & tuã erga me obſeruantiã: me magnopere rogauit: ut eũ tibi p li
tteras comẽdarẽ. Qua re mihi gratiſſimũ feceris: ſi quod habet negociũ apud ſecretariũ Calce
nã auũculũ tuũ fauore tuo & diligentia quãprimũ cõficiat. Vale & me ſicut ſoles ama.

Siculus Calcenæ Regio Secretario & Vgoni Vriæ. S.

QVoniã uos propter ueſtrã erga me humanitatẽ & beniuolentiã ſingularẽ de mea uale
tudine ac potius uita ſollicitos eẽ certo ſciebã: meus ergo uos amor mutuus & obſeruã
tia: qua uos ut debeo proſequor: me quottidie magis cõmonebãt: ut cũ primũ ceſſan
te morbo uiuendi mihi ſpes aliqua daret̃: uos a cura tã magna & ingẽti ſollicitudine: q̄ de mea
ſalute uos cogitantes plurimũ premeret: per epiſtolã liberarẽ. Sumpto igit̃ calamo dextra ſatis
imbecilla ac trementi uos facio certiores Siculũ ueſtrũ: quẽ multi terrã breui ſubiturũ credide
runt: dei benignitate & diligentia medicorũ ad huc in humanis eẽ. Ceterũ ratio uiuendi dein
ceps & ſpes recuperandæ ualitudinis magis ab oĩpotenti: q̄ a medicis ullis promitti poteſt. Mi
hi quidẽ uidet̃ incerta: ac eo magis difficilis: quo magis optat̃. Quid enim de hoĩe iã ſexagena
rio & graui longaq; ualitudine pene deficiente ſperare licet. In lecto iaceo circiter q̄draginta di
es: ubi fere totius corporis carne cõſumpta: ſolus ſpiritus remanet. Et ad huc febre lẽta tñ & nõ
cõtinua laboro: quã & medicorũ curatione: & nr̃a diligentia deiq; benignitate penitus expelle
mus. Ego potus & cibi ſum parciſſimus. Quippe q multo minus ex utroq; capio: q̄ a medicis cõ
cedit̃. Nã ſi quid mihi: quod deus auertat: grauius acciderit: ui morbi potius: q̄ aliqua mea cul
pa minus uixiſſe uideri uolo. Curo itaq; meã ualitudinẽ: ſeruoq; me q̄ poſſum diligenter. Et q̄
uis ſenex uitã tñ ad ultimũ producere ſeniũ cupio: mortẽ timeo. Hoc enim natura cũctis tribuit
animantibus: mortem xp̄s: ut ſcimus timuit. Eſt enim dolor mortis maximus omniũ dolorũ:
cũ ſpiritus a corpore diſcedit. Sed quid Siculus dicetis paucorũ annorũ acceſſionẽ tantopere cu
pit. Et recte uos quidẽ Siculi uiuendi cupiditatẽ accuſabitis: nõ ſum enim adeo expers rationis:
ut quod deus & natura nobis imperar recuſare audeã. Sed ego uitã hãc mortalẽ proferre cupio:
nõ ut epicureorũ more uoluptatibus fruar: ſed ut ſenex nr̃æ religionis magnos ac ſanctos uiros
imitatus: in dei ſacris & eccleſiæ laborẽ. Vt præterea operi: quod ſcitis mihi regio iuſſu deman
datũ fuiſſe ac a me pene abſolutũ: ultimã manũ imponã: ut etiã uobis ip̄is: a quibus ſum multis
ac magnis beneficiis affectus: ſaltẽ meritas gratias perſoluã. Hæc ſcripſi magis amore cõpulſus
q̄ ualitudine cõfirmatus. Cætera cognoſcetis a puero: q uobis meas lr̃as attulit. Valete ex Me
thymna Calendis Ianuariis. M.ccccc. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Lucius Marineus Siculus Gabrieli ſantio Regis Ferdi
nandi Conſiliario & quæſtori generali. Salutem.

ET ſi diebus fere totis ac noctibus in maximis plurimiſq; rebus & regis ampliſſimis ne
gociis uerſaris uir præſtantiſſime: te tñ in tuis filiis educandis præcipuã curã magnãq;
diligentiã adhibere ſæpius ex tuis & domeſticis & familiaribus intelligo. Quã obrẽ
ego tibi: cuius dignitatis & honoris maxime ſum ſtudioſus: plurimũ quidẽ gratulor: & mihi
quoq; nõ parũ gaudeo: tuãq; iſtã uirtutẽ ſingularẽ ac prudentiã penediuinã nõ cõmendo ſolũ
uerbis apud oẽs: uerũetiã ſummis ad cœlũ præconiis & laudibus effero. Boni ſiquidẽ patris of
ficio fungeris & rẽ tum pernecеſſariã tibi Tũ ſalutiferã liberis tuis Tũ etiã deo gratiſſimã facis
Eſt enim nõ parui meriti apud dñm: ut ſanctus nr̃ Hieronimus ait: bene filios educare. Quod
utinã parentes oẽs facerẽt. Sed nr̃is miſeris temporibus magna quidẽ omniũ fere parentũ er/
ga filios negligentia ẽ. Pluresnãq; liberos ſuos oĩ uirtute neglecta: nõ ſolũ mollibus deliciis ſed
etiã turpibus exẽplis & propriis ac domeſticis uiciis inquinant. Quippe q neſciũt quanta filiis
a parentibus reuerentia debeatur: quã filius adultus patri præſtare non poteſt: niſi puer a patre
prius acceperit. Neq; pr̃ a filio quicq̃ exigere iure poteſt: niſi quod a patre habuerit: filii enim fe
re oẽs parentũ ſuorũ ſicut aliarũ rerũ: ita quoq; morũ ſunt hæredes. Quare te quidẽ ego nõ im/
merito ſumma laude dignũ exiſtimo: qui cũ tot & tanta negocia geras: maximarũq; rerũ onera
ſuſtineas: quibus te parẽ eẽ nõ ego ſolũ: ſed alii quoq; per multi: q te cognoſcũt: ſæpe mirari ſo
lent: in primis tñ filiis ſapientiſſime conſulis: ut tibi nõminus uirtutũ tuarũ: q̃ aliorũ bonorum
hæredes futuri ſint. Es igitur ip̃e: quod paucis contingit: nõ modo regis Theſaurarius & ſapiẽ
tiſſimus conſiliarius: uerũetiã liberorũ tuorũ diligentiſſimus pater: atq; domus familieq; tuæ
prudẽtiſſimus rector. Qui cũ filios: ut naturæ ſatiſfaceres: progenueris: quæ tua tamẽ ẽ pruden
tia: qua oĩa facis: nõ putaſti te dei ſatiſfacere mãdatis: niſi ſtatim natos a teneris unguiculis opti
mis moribus & ſanctiſſimis exemplis diligenter educare curaueris. Quos nõ niſi pudicis & in/
genuis nutricibus: non niſi nobilibus & probis pedagogis unquam comiſiſti. Nam puerorũ ſi
cut & alia oĩa cognoſcis ingenia: qui nondũ renatis dentibus quicquid audiũt ſtatim loquun/
tur: quicquid uident aut faciunt: aut facere uolunt: ſi nequeũt. Sunt enim pueri natura faciles
ad imitandũ: mala præſertim: in quibus labor quaſi non ſentit̃. Ve igit̃ cæcis & miſeris parenti
bus: qui nonſolũ fœdiſſime loquunt̃ apud filios: ſed etiãturpiſſime uiuunt qui corã deo de ſua
& ſuorũ uita rationẽ redituri ſunt. Cæterũ mei numeris eẽ duxi uir inſignis tibi ſignificare per
litteras q̃ ego ob hanc tuã circa filios diligentiã: Cæteraſq; per multas magnaſq; uirtutes tibi de
uotus ſim. Quare hoc uelim tibi pſuadeas me nõ magis honoris mei ſtudioſum eẽ q̃ tui: quod
ſi ante hac tibi nũquã declaraui: hæc fuit cauſa: quod hactenus nihil mihi ſe ottulit: in quo tibi
labores meos & obſequiũ præſtare potuiſſem. Expectabã itaq; magno tacitoq; deſiderio aliq̃d
atq; adeo nũc expecto in quo meũ erga te animũ ſtudiũq; poſſes agnoſcere. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ianni Roiſio Calcenæ
Dño Rigueſii ſecretario & conſiliario regio. S.

EXimia tua uirtus & erga me ſingularis humanitas nec nõ & mea in te fides & obſeruan
tia me dubitare non ſinunt uir clariſſime: quin me nõ minus abſentẽ cõmẽdatũ q̃ præ
ſentẽ ſemper habeas: atq; ſi quid accidat: quod ad meũ uel honorẽ uel cõmodũ ſpecta/
re uideat̃ ſis: ut ſoles oĩa: libenter & tua ſponte facturus. Hac igit̃ ſpe: quæ de tua benignitate ſu
ſcepta me nunq̃ fefellit: confirmatus: meã q̃uis longã conſolor abſentiã. Te ſiquidẽ noui ſemp
in tuorum negociis & honoribus tã diligentẽ patronũ eſſe q̃ magnũ. Scio præterea quantũ ua
leas ingenio: quantũ conſilio & prudentia polleas: quantũ audeas uirtute: quantũ demũ præ/
ſtãtia & auctoritate poſſis. Adeo: ut qcunq; tibi ſuã uel cauſam uel dignitatẽ cõmendãuerit: ſe/
curus quidẽ ſemp: ut dici ſolet: ĩ utrãq; aurẽ dormire poſſit. Quapropter & ſi tibi res meas ma/
gnæ curæ eẽ certo ſcio nec ullius apud te cõmẽdatiõis indigere: te tamẽ præcor atq; obſecro: ut



meam inopem ſenectutem iuuare tueriq; non deſinas. Quandoquidẽ ſcis omnẽ Siculi ſp̃e in
unius Calcenæ Secretarii uirtutibus eſſe collocatã Debeo ego tibi certe plurimũ: debeo fateor
tantũ: quantũ nũquã ſim perſoluturus: etiã ſi bona mea oĩa: hoc ẽ muſas ip̃as oppignerẽ: ſi de
niq; in licitationẽ caput exponã: ſed multo tamẽ magis tuo nomini debere cupio. Nã ſi pro tuis
in me beneficiis tibi parẽ gratiã referre nõ potero: agã tamẽ dum uiuã gratias ingentes: & amo
ris erga me tui gratiſſimã & ſempiternã præſtabo memoriã. Opus de uita & rebus Ioannis ara/
gonũ regis abſolui. Quod Alfonſus aragoneus Cæſarauguſtanus antiſtes magna cũ uoluptate
perlegit & diligẽtiſſime recognouit: ac nõ ſine mea uel magna laude maxime colit: amat & ex
tollit. Eſt enim opus: niſi multũ opinione fallor: cõmendatione nõ indignũ. Quareſi quando
apud regẽ de me aliqua fiat mentio: fiet aũt cũ tu uoles: tuæ ſolitæ uirtutis erit: dicere Siculum
dignũ eẽ: in quẽ Rex aliquod cõferre beneficiũ debeat. Quod ſi tua perſuaſiõe fecerit profecto
nõ minus tibi q̃ ip̃i regi acceptũ referã. Ego cũ primũ regẽ ad Ioannã reginã rediiſſe intellexero
nã uenturus ad eã dicitur ante diẽ Chriſti natalẽ: ad uos continuo proficiſcar: opus regi oblatu
rus. Quod iã diu feciſſem: niſi hoc mihi conſiliũ propter longum iter archiepiſcopus dediſſet.
Tu igitur interea bene Vale cũ Rigueſienſi domina tua uxore clariſſima: quã ſi me hoc hono
re dignũ putas: meo nomine ſalutabis. Iterũ Vale fœliciter ex Cæſarauguſta octauo kalendas
decembris. M. ccccc. Viii.

Lucius Marineus Siculus: Vgoni Vrriæ
Domino aherbæ & ſecretario Regio. S.

NIſi quantũ me ſemper amaueris iã pridẽ multis argumẽtis & magnis in me tuis officiis
expertus eſſem: Vgo præſtantiſſime te profecto Siculi tui præceptoris oblitũ exiſtima
rem. Siquidem ego poſteaq̃ a uobis & a regis curia diuerti: menſibus iã quinq;: qbus
Cæſarauguſtæ ſum cõmoratus: plures ad te litteras dedi: ſcripſi ad te dico ſæpius. Tu uero ha/
ctenus neq; ad me unq̃: neq; de me: quod ſciam: ad amicorum tuorum quempiam ſcripſiſti. E/
ras enim me ſi meminiſti commendaturus per litteras amicis quibuſdam & affinibus tuis: qui
ſunt in hac urbe permulti & non ignobiles. Quod profecto ſi feciſſes aut ex litteris tuis: aut illo
rum uerbis ad quos ſcripſiſſes: iã ſcire debuerã. Quam obrem cum & tuam in ſcribendo diligẽ
tiam & ingenii liberalitatem iam longa inter nos familiaritate cognouerim: non poſſum: crede
mihi: non magnopere mirari: uel potius uereri: ne qua tui tã diuturni ſilentii cauſa fuerit. Mul
ta nanq; mihi ueniunt in mentẽ quæ me continua cogitatione de te quieſcere nõ ſinunt. Inter/
dum enim timeo ne forte tibi aliquid acciderit: præſertim Cordubæ: ubi plures egrotaſſe graui
ter accepi: ac nonnullos a curiæ miſeriis & uitæ cõtinuis laboribus deciſſiſſe. Quod ſi meas for
te litteras non acceperis: & tuæ ſi q̃s miſeris ad me: perlatæ non fuerint: uterq; nimirum ſumus
extra culpam: & cum aſinio Pollione queri iure poſſumus: Qui cum Romam ad Ciceronem ex
Corduba ſæpe ſcripſiſſet: ſuas litteras apud ſaltum caſtulonenſem: qui nunc ſerra murena dicit̃
a latronibus interceptas fuiſſe ualde queritur. Hoc ego & noſtris litteris accidiſſe ſuſpicari poſ
ſem: niſi certo ſcirem Rege Ferdinando totam a latronibus hiſpaniam eſſe tutã. Quare te ma/
iorẽ immodũ rogo: ut mea ſaltẽ de tua ſalute: q̃ quidẽ mihi nõ minus ẽ chara: q̃ mea quocunq;
litterarũ genere certiorẽ facias. Quod ſi feceris & æquiori animo feram abſentiã tuã: & præteri
tũ ſilentiũ tibi libenter ignoſcã. Quod tamẽ ip̃e poteris facile redimere: ſi ad ea quandoq; reſpe/
xeris: quæ mihi profutura cognoſcis: ſi de me apud regẽ orta occaſione uerba feceris: ſi cũ Calce
na auunculo tuo uiro præſtantiſſimo mihi ſacerdotiũ Bordonarienſe cõſeruaueritis. Agas igi
tur cũ illo te obſecro nobiliſſime uir: ut cauſam nr̃am: quam ſponte ſuſcepit: nõ deſerat. Quod
ſine ſuæ dignitatis detrimento meoq; imcomodo facere nõ poſſet. Imitet̃ igit̃ bonos opifices:
q nõ cõtẽti caput imaginis & pect⁹ feciſſe ppulchre: manus ab ope nõ reducũt: niſi prius & reli
qua membra totumq; corpus abſoluerint. Quamdoquidem ego de tua & illius uirtute ſum/
maq; conſtantia ſicuti cœpi dum uiuam prædicare non deſinam. Sed uereor ne uidear ine/
pte facere: propterea quod uobis: quibus me quam chariſſimum eſſe dubitare non debeo:

Universidad de Deusto Biblioteca



res meas tantopere cõmendẽ:ꝗ̃ſi de nr̃a in me beniuolentia & uirtute ſingulari minus cõſide/rẽ. Ideoq; ab utroq; ueniã deprecatus utriq; me totũ trado. De rebus e me confectis totoq; uitæ meæ inſtituto a puero:q tibi reddit meas litteras oĩa cognoſces. Vale ex Cæſaraugusta octauo kalendas decembris. M. cccc c. Viii.

### Lucas Marineus Siculus Ioanni Garciæ Regio ſcribæ. S

PRo mutua inter nos beniuolentia ueteriq; amicicia multis & magnis officiis ultro ci troq; iã cõfirmata:futurũ nõ putaui mi chariſſime Ioãnes:ut abſens aliquãdo litteras tuas eſſem deſideraturus:cũ præſertim ego plures ad te dederim. Ad utrũq; præterea ſecretariũ ſcripſi ſemel Idibus auguſti:& iterũ nonis octobris:mihi uero hactenus neq; tu:neq; aliorũ quiſꝗ̃ reſpondit. Paſcalis tuus patruus maior hõ magnæ probitatis & tui amantiſſimus ad me uenit:q mihi litteras attulit:cuiuſdã Siculi Bizinatis. Dixit tñ abs te lr̃as accediſſe:qbus illi me diligẽter ſtudioſeq; comẽdabas. Liberaliter oĩa:quæ pro uiribus poſſet:mihi pollicitus eſt. Ei gr̃as egi:multaq; cũ eo de te de cõſuetudine & amicicia nr̃a locutus ſum:qbus ille multũ gauiſus eſt. Tibi aũt nõ minores gr̃as ago:ꝙ me tãto uiro tã probo & humano tuis lr̃is cõciliaſti. Tu tñ quod hactenus ad me minus ſcripſeris:nõ miror. Noui enĩ tuas ocupationes:qbus adeo plerũq; fatigari ſoles:ut nõ amicis modo:ſed ne tibi qdẽ ipĩ ſatiſfacere poſſis Quapropter ego tibi ſilentiũ iſtud tuũ & litterarũ intermiſſioné libenter ignoſco. Dũ ipẽ tñ & mei abſentis ratio nẽ habeas:& mearũ rerũ:quæ tuæ ſunt:memoriã teneas. Amicorũ ſiquidẽ magis abſentiũ:ꝗ̃ præſentium memores eſſe debemus. Ego itaq; quoniã te & amiciciæ leges intelligere:& ĩ amo re mihi reſpõdere certo ſcio:tibi meas res magnæ curæ fore minus dubitare debeo. Ideoq; com mendatione opus eſſe nõ arbitror. Quod ſi tu quoq; de me idẽ exiſtimas:tua profecto nunꝗ̃ te fallet opinio. Nã ego tantũ te uir optime diligo:tanti te merito facio:quãtũ tuis:ꝗ̃ multæ ma gnæq; ſunt:uirtutibus debeo. Siquidẽ:duobus exceptis ſecretariis:in regia domo nemo eſt:te uno mihi iucundior:nemo charior:nemo deniq; quo cũ malim uiuere:ꝗ̃ tecũ. De mea uita:de rebus:ꝗ̃s hactenus cõfecimus:& quas nunc molimur a Galindo nr̃o ſcire poteris. Qui tibi meo nomine Siculũ illum comendabit:cuius ad me lr̃as miſiſti. Vale amicorũ optime. Et me ſicut ſoles mutuo dilige. Vale ex Cæſaraugusta octauo kalendas decẽbris. M. cccc c. Viii.

### Lucius Marineus Siculus Ludouico ſantio Quæſtori & Conſiliario Regio. Salutem.

INter oẽs nobiles amicos & familiares tuos Ludouice regie qſtor:q te hoc tẽpore ade unt:tecũ dolent:ac in aceruiſſimo caſu magnoq; dolore cõſolari conantur:ex familia ribus ego:q in te colendo nemini cõcedo:me quidẽ unũ infœliciorẽ eſſe miſeriorẽq; cognoſco:propterea quod aduerſa ualitudine detentus:& officio:quod tibi tã calamitoſo tem pore iure præſtare debuerã:defuiſſe uideor:& me tecũ collachrymari ſimulq; flere:quod anim9 uehementer optat:corporis mei nõ ſinit infirmitas. Vellẽ:mihi crede:tibi nũc adeſſe:nõ quod te iuuare quicꝗ̃ poſſem:nõ ut a lachrymis dehortarer:ſed ut ipẽ magnorũ uirorũ:q te cõſolari nituntur ſermonibus & conſiliis acquieſcerẽ. Hic enĩ dũ debitis lachrymis ſolus indulgeo:dũ merito fleo:dũ miſere lugeo dũ te contẽplor abſentẽ totus qdẽ doloribus differor:& ad magnã nr̃i corporis egrotationẽ cõcuſſæ mẽtis animiq; laborantis egritudo maior accedit. Quã obrem quoniã te adire in præſentia ipẽ nõ poſſum:ſtatui tibi per breuẽ ep̃lam mittere:ꝗ̃ te conſolari nõ audeo:hoc enĩ facere nunc nec poſſum:nec debeo:neq; medicus tã peritus ſum:ut tã magnũ atq; recens tui pectoris uulnus:quod nõ ſolũ medicina & arte:ſed tẽpore & rõne curandũ ẽ:ipẽ biduo ſanare uelim. Quare obſecro te ꝓ tuo præſtanti ingenio & humanitate ſingulari:qbus inter oẽs hiſpanos plurimũ polles:meã excuſationẽ accipias. Nã ego mi Ludouice meã quidẽ curo ualitudinẽ:nõ ſolũ ut uiuã:ſed ut te adeã:te uideã tecũ lachrymas effundã:tanto enĩ ꝑcuſ ſus uulnere tantoq; cõſternatus dolore te quidẽ nõ tã cõſolari cupio:ꝗ̃ ad miſerabiles fletus &



cõtinuos mœrores prouocare uelim. Nũc enĩ claudẽda eſt ianua:nũc ueris plorãdũ eſt lachry mis:nũc demũ & qualem tu patrẽ amiſeris:& qualẽ ego dominũ perdiderim cognoſcimus: poſteaꝗ̃ habere iã deſinimus. Nã quãtũ in ſe boni ſanitas habeat:ipa quidẽ corporis oſtendit infirmitas. O ꝗ̃ excellẽti uiro:ꝗ̃ prudẽti cõſilio regia domus priuata eſt:ꝗ̃ claro potius ẽ orba ta lumine:O ꝗ̃ magnũ Hiſpania naufragium:ꝗ̃ miſerabilẽ:ꝗ̃ flebilem fecit Sicilia iacturam? O mortẽ calamitoſam & magnis cõtinuiſq; fletibus deplorandã. Cõplures ſuperioribus annis uiros magnos & egregios uita functos defleuimus:Sed ſolus quidẽ regius quæſtor moriens omniũ mẽtes peracuto gladio percuſſit. Solus enim bonos omnes diligebat. Solus iuuabat:ſo lus beneficiis & honoribus proſeqbatur. Nam quid de eius munificẽtia & liberalitate dicam? Quid de prudentia ſingulari? Quid de diligentia & laboribus erga regẽ cõmemorẽ? Quid de cultu & benignitate ĩ proceres & magnates tã Hiſpanos ꝗ̃ Siculos narrẽ? Quid de amore nõ ſo lũ ĩ filios:ſed ĩ domeſticos ĩ familiares oẽs referã? Quid de moribus & uitæ probitate loquar? Quẽ uirũ ſi meritis nunc efferre laudibus uelim:illud imprimis dicere poſſem:quod optimis ortus parẽtibus:& ĩ regiis educatus ædibus inter magnos excelſi palacii fulgores & honorũ fa ſtigia:quibus oẽs unus anteibat:tãta humanitate:tãta uirtute:tãta deniq; prudentia ſemper uĩ xit:ut nullius unꝗ̃ inuidiã ſenſerit:cum præſertim nõ ignoremus ꝗ̃ difficile ſit ab his diligi: quos uel uirtute uel honore præcedas. Videmus enim multos homines imparua conſtitutos dignitate ſtatim nimis elatos ambitione fronteq; contracta nec non minanti ſupercilio cæte ros etiam ſuperiores uiros aſpernari. Quæſtor uero noſter omnibus ſemper humanus:cunctis ſemper amabilis. Qui ſuperiores colebat:uenerabatur:inferiores amabat:iuuabatq; & ĩ omni um bonorum commoditate ſuam poſitam eſſe ſalutem dicebat:Illumq; ſanctiſſimum ſem per in ore ſermonem habebat:omnibus prodeſſe uolo:nullis obeſſe. O uirtus admirabilis. O prudentia ſingularis:quæ cunctis quidem mortalibus magnum præbere debet exemplum. Quid autem quod æſtimationem ſuam ne leui quidem uerbo unꝗ̃ læſit? Nullo unꝗ̃ uitio ſuam auctoritatem cõminuit? Nullis demũ uoluptatibus illicitis homo diuitiis & honoribus abundans famam & præclarum nomen offendit. Cæterum hæc quidem:ſi maiora conſide remus:quãuis magna ſint:parua tamen uideri poterũt. Nam & ſi magna regis negocia quotti die multorumq; cauſas agebat:ita tamen diuinis rebus inhærebat:ut non diligens magis re gis quæſtor:ꝗ̃ ſollicitus dei ſacerdos & religioſus uideretur. Qui dum regi corporis laboribus & uigiliis ſeruiebat:mentis quidem cogitationibus aſſidue deo feruentiſſime militabat. Ad cuius honorem & cultum liberos omneſq; domeſticos hortari nunquam deſtitit. Ex quo ſine dubio promeruit:ut uicinæ ſuæ mortis non ignarus:priuſquam a uita diſcederet omnia chri ſtianiſſimi hominis quecunq; chriſtiana monet religio diligentiſſime ſanctiſſimeq; compo ſuerit. Hunc itaq; uirum uiuentem iure ſemper Rex Ferdinandus mirifice dilexit:iure omni bus praetulit. Iure cæteri omnes coluerunt. Iure laudarunt:& omnibus honoribus extulerũt: iure nunc mortuum collachrymantur. Nã cæteros quidem:quos nuper amiſimus:nemo iam requirit:nemo meminit:Hunc autem clamant omnes:hunc gementes repetunt:hunc abſq; lachrymis nominare nequeunt:hunc deniq; ſine magno fletu meminiſſe non poſſunt. Cuius obitus eo me Ludouice grauius affecit:quod funeri eius præeſſe mihi per ualitudinem nõ li cuit. Quid inquis ſi interfuiſſes facturus eras? Vna tecũ fleuiſſem:cũ cæteris familiaribus & do meſticis funus curaſſem:ſeniles ac infirmos humeros feretro ſuppoſuiſſem:multorum benefi ciorum ſaltem mortuo precium & animi gratitudinem perſoluiſſem. O me miſerum & uere infœlicẽ:qui uiro optimo & de me multũ benemerito:nec uiuẽti ſatiſfeci:nec defuncto:quos debebã:labores exhibui. Quid nũc igit̃ infœlix faciã? Quid mihi miſero deniq; reſtat:niſi ut quã uiuẽti dño ꝑſtare nõ potui:mortuo ſaltẽ cumulate gratiã referã. Supereſt itaq;:ut ꝓ illius aĩæ ſalute ſempiternaq; requie quottidie deo optimo maximo cũ lachrymis uoces ſimul & ꝑces effundã. Quod etiã tibi Ludouice:cæteriſq; domeſticis tuis oĩbus cẽſeo faciẽdũ. Nã & ſi eius uita talis ſemp̃ fuit:ſi tales multæ magnæq; fuere uirtutes:ut eũ ſine dubio ĩ beatorũ nu merũ referre poſſimus:nos tñ & feciſſe quod debemus:& ratio poſtulat:certe nõ penitebit: & nr̃æ nõ iniuſtæ ꝑces & oĩones aſſiduæ deo quidẽ erũt nõ ĩgratæ. Quod ſi oẽs:ĩ quos uir ille

Universidad de Deusto Biblioteca



praeclarus & incommune bonus beneficia cōtulit: effecerint: magnum quidem apud deum
tot hominum uoces exiſtimamus pondus habituras. Sed iam epiſtolam clauſero: ſi tibi prius
Ludouice chariſſime pro tua in me beniuolentia meaq; in te obſeruantia unum hoc ſignifi/
cauero: ut illuſtrem tui genitoris imaginem moreſq; paternos ſic deinceps referas: ut illum ne
q; Ferdinandus Rex: neq; tua domus abeſſe ſenciat: nec cæteri tam hiſpani quam Siculi deſi/
derare iure poſſint. Hoc enim ſi recte: ut ſpero feceris: omnes quidem patrem tuum ad ueram
profectum patriam: ad cœleſtem & perpetuam uitam non amiſſum iudicabunt. Hoc autem
multo melius es facturus: ſi & quantum honoris ſuſceperis: & te iam iunioris quæſtoris no/
mē reliquiſſe memineris. Vale ex Segouia decimo kalēdas octobris. M.cccc.iiii.

Lucius Marineus Siculus Gaſpari Barrachino diſcipulo & Alfonſi
Aragonei Cæſarauguſtanae archiepiſcopi Secretario digniſſimo. S.

Votiens ad te oblectandi me tecū gr̄a uenio Gaſpar uir ingenio & moribus inſignis: il
lud ſemper habes in ore: Malfæritum Iureconſultum tibi magna cum admiratione
dicere ſolitum Plynium Luſciniae cātum pulchre: cōcinne: ſuauiter: & eleganter mo
dulatum: litteris mirabiliter expreſſum reliquiſſe. Quod ego multis rationibus affirmaui. Pri
mum quod Plynius auctor: qui ſcribēdo rerum omnium naturam complexus: & ipſius natu
ræ uires: & ſeipſum ingenio ſuperauit. Deinde quia malferito placuit: cuius acre iudicium non
niſi optima quæq; probare ſolet. Poſtremo & me ipſo: qui Plynium nonnunquam legi: ſi meo
tamen ipſe acquieſcere ingenio debeo. Sed tu præterea mihi plærumq; ſignificare uiſus es: te
Luſciniae tū cātum: tū etiam nominis rationem: ex me ut ſoles alia: uelle cognoſcere. Quā rem
& ſi tum multis implicitus rebus tibi non recepi: nunc tamen honeſtiſſimæ tuæ uoluntati nō
morē gerere p̄ter ingeniū meū facere uiſus ſum. Quæ igit̄ auctores & p̄cipue Plynius de Luſci
niæ modulatione ſcripſerūt q̄rere: & ad te collecta mittere ſtatui. Vt ſi q̄n ipſius Luſcinie dulciſ
ſimo uarioq; modulamine perfrui uolueris: nō ut ip̄a cātet expectes: ſed Plyniū potius ei9 mo
dulos referētē audias. Cuius de luſcinia ſermo cultiſſimus tuū nō minus animū capiet: q̄ au/
res ip̄ius luſciniæ cātus demulcebit. Cæterū de nois rōne. q̄ poetæ fabulantur altius reperere
neceſſe ē. Tradiderūt plures Prognē & Philomelā Pādionis atheniēſiū regis filias fuiſſe: qui
Terei Thracū regis auxilio pōti reg9 præferocē ab athenarū obſidione profligauit. Tereoq;
cuius armis hoſtē deuicerat: prognē filiam Philomelæ ſororē cōnubio dedit. Quod Ouidius
eleganter in fine libri ſexti Methamorphoſeos & luculenter exponit. Cuius carmina queſo
legas ex eo loco

Threitius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat: & clarū uincendo nomen habebat:
Quem ſibi pandion opibus uiribuſq; potentē:
Et genus a magno ducentem forte gradiuo

Cōnubio p̄gnes iūxit: & reliq̄: ex q̄ mox Tereus ī Thraciā p̄fectus Itym filiū ſuſcepit. Sed cum
magno deinde uidēdæ Philomelæ ſororis deſiderio Progne teneret̄: Tereū multis p̄cibus ob
ſecrat: ut athenas ad ducēdū Philomelā proficiſceret̄. Qui mādatis uxoris obſecutus: a pādio
ne ſocero Philomelæ aduētū impetrauit. Sed ī itinere turpiter ī libidinē uirginis exardēs quā
uis reluctātē uiolēter cōpreſſit: eiq; ne ſcelus p̄palaret: linguā crudeliter amputauit: & ī uinculis
elinguē ſeruo cuſtodiēdā tradidit. Domūq; reuerſus uxori nauſea Philomelā periiſſe nūcia/
uit. Philomela aūt tetri carceris impatiēs caſum tādē ſuū ī cādida tenuiq; tela notis purpureis
acu ingenio depinxit: & ancillæ clā ad p̄gnē deferēdū comiſſit. Qua re intellecta primū p̄gne:
quo maxime cruciabat̄: dolorē diſſimulauit: deinde ubi ſacrorū Bacchi tp̄s aduenit: de more:
pellibus & thyrſis in uoluta proficiſcēs ad ſororē: eam ſtatim ducit in regiam: ſuoq; cubiculo
abdidit. Hic incenſa furiis de occidendo Ity filio conſilium init. quem patri domum redeūti
pro epulo comedēdū appoſuit. Quo ut immani ſcelere in cœnæ fine cōperto fugiētē prognē
perſequens Tereus mutatā uidit in hirundinē: ip̄e cōuerſus in upupā militarē in capite criſtā



gerit: qui quaſi filiū quæritās mœſtus clamat. ϖουπού quod latine ſignificat ubi ubi. Itys au
tē in phaſianū mutatus picturaturā ueſtiū colores habet regiorū more puerorum: & ex pluma
geminas aures. Philomela uero in ſui nominis auem conuerſa mœſtiſſimo ſuauiſſimoq; cā
tu flere cœpit iniuriā: quam prius elinguis promere nō poterat. De qua ſic Marcialis.

Flet philomela nephas inceſti Tereos: et quæ
muta puella fuit garrula cantat auis.

Hac igitur ratione a lugēdo luſcinia dicta eſt: cui mirū eſt: ut ait Plynius: tantā uocē & tam per
tinacem ſpiritū in tam paruo corpuſculo eſſe: ut niſi uiſa fuerit credi non poſſit. Sonū ædit
perfecta muſice ſcientia modulatū. Qui nūc continuo ſpiritu trahitur in longum: nunc uaria
tur inflexo: nunc diſtinguitur conciſo: copulatur intorto: promittitur: reuocatur: infuſcatur ex
inopinato: plenus: grauis: acutus creber: extenſus: uibrans: ſummus: medius: imus breuiterq;
oīa tam paruulis in faucibus: quæ tot exquiſitis tibiarum tormētis ars hominū excogitauit.
Singulis etiā ſunt cantus: & nō iidē oībus: ſed cuiq; ſuus: certantq; inter ſe palā animoſa con/
tentione: uicta morte ſæpe uitā finit: ſpiritu potius deficiente: quā cantu: meditantur cantum
iuniores: uerſuſq;: quos imitentur accipiunt. Audit diſcipula intentione magna: & reddit: ui/
ciſſimq; reticent: intelligitur emēdate correctio: & indocēte quædā reprehenſio. Ergo ſeruorū
illis precia fuerunt: & carius aliquando emptæ ſunt: quā armigeri. Candida Romæ empta
fuit tēporibus Claudii principis & agripinæ eius uxori dono data. Viſum etiā ſæpe fuit iuſſas
canere cœpiſſe: & cū ſymphonia alternaſſe: quēadmodū homines quoq; reperti ſunt: qui ſo/
num earum addita in tranſuerſas labias fronde arundinea quaſi foramine inſpirātis linguæ
redderent. Ariſtotiles quoq; luſcinia inquit modulos ſuos pullos docere: uerſuſq; quos imitē
tur tradere uiſa eſt: ut pote cū non perinde locutio: ut uox per naturā proueniret: ſed acquiri
poſſet per diſciplinā & ſtudiū. Valde homines quoq; locutione imitātur uaria: cū uocē reddāt
oēs eandē: quo fit: ut nō natura ſolum: ſed arte quoq; luſciniā canere credamus. Cæterum ſic
quēs hæc auis apud colchos habetur: & præcipue iuxta Phaſim flumē: per quē Iaſon cū argo/
nautis ad colchos peruenit: & illinc ad nos allata fertur carmine Martialis.

Argiua primum ſum tranſportata carina.
Ante mihi notum nil niſi phaſis erat.

Luſcinia nōnunq̄ a pœtis attis quaſi attica uocata eſt: Martialis.

Sic ubi multiſona feruet ſacer attide lucus.

Et philochorus de philomela tragediā apud græcos reliquit: quæ inſcribitur attis. Ferunt præ
terea luſciniā in ore Stheſichori infantis ceciniſſe: quod fuit loco mirabilis auſpicii notatum:
ſummū eū futurū poetā: & cant9 dulcedine poetas oēs ſuperaturū. Quod auſpiciū: qui uiderūt
eius op̄a cōprobauerūt: Fuit enī int̄ liricos illuſtres excellēs. Vale. Methymnæ. M.cccc.iii.

Gaſpar Barrachina Lucio Marineo Siculo ora
toriatq; poete celeberrimo ſuoq; præceptori. S

Ncredibili uoluptate me affecerūt litteræ tuæ: quibus de luſciniæ tū rōne nois: tum
etiā dulcedine cantus ad me accuratiſſime ſcripſiſti. Nā cū primū eas ī manus accepi:
me quidē tantū lecturū litteras arbitrabar: Sed ubi legēdo paulū progrediēs ep̄læ ar/
gumentū aīaduerti: ſtatī ſum ad initiū reuocatus. Neſcio enī quid nō humanæ quidē: ſed di/
uinæ ſuauitatis & cœleſtis armoniæ: nō magis ex luſciniæ cantu: q̄ ex ſermone tuo ſentire mī
hi uiſus ſum. Adeo ut me profecto nō hoſpicioli mei cubiculo: ī quo me tua inuenit ep̄la: ſed
uiridiſſimis ridētibuſq; lymphis: mille floridis arboribus: uiridi fragrātiq; ſeceſſu: amœniſſi/
moq; uiridario crediderim cōtineri. Vbi nō modo luſcinias ip̄as iā prouectas & ab eis diſcētes
iuuēculas: ut optime ſcripſiſti: reſonare: uerū etiā diuinū muſarū chorū audire oculiſq; cernere
uidebar. Sed neq; id quidē mirū mihi uideri debuit: ſiquidē eiuſmodi ſunt oēs litteræ tuæ:
q̄ filomenæ nō ſolū numeros oēs exprimere: ſed ip̄as etiā muſas uniuerſas adamuſſim referre
uideātur Diſpereā mi ſicule ſi luſciniarū cantus: & ip̄arū muſarū concentus animū meū aeque

Universidad de Deusto
Biblioteca



demulcere:ac tua ſcripta poſſunt. Quare cū gelida bruma nos urgeret:tuæ ſuauiſſimæ litteræ
ueris optati placidiſſimū tēpus cōcupiētibus remedio ſaluberrimo fuerūt. Quod ego:ut cæte-
ra tua preſtātiſſima munera ſoleo:nōnullis amicis:qui te:ni fallor:maxime colūt:& de te mecū
ſentire uidēt̄:īpartiui. Qui mihi ſtatī ex labore & ingenio tuo gr̄as egerūt. Propterea quod tuas
lr̄as legētes hyeme ſæuiente iucundiſſimo uere nō in apricis tm̄ locis:ſed apud ignē etiā fruant̄
& luſcinias oēs uariis canoribuſq; modulis dulciſſime cōcinentes audiant. Ideoq; ſicut & ego p-
lectas tuas de filomenæ cantu ſuauiſſimas lr̄as in manus iterū atq; iterū legēdas pſæpe reſumūt.
Vides igit̄ mi iucūdiſſime Sicule quātū tibi oēs debeamus:tantū certe meo iudicio quantū per
ſoluere tibi nemo poteſt. Vale præceptor optime bonarū artiū decus eximiū:quāuis ī hiſpania
nō ſatis cognitū & propterea minus cultū. Vale iterū & me tui nominis & honoris amantiſſimū
ſicut ſoles ama. Ex Barcinone quinto Idus decembris. Anno xp̄ianae ſalutis. M. cccc. iii.

Gaſpar Barrachinus:Lucio
Marineo Siculo præceptorí. S.

CVm uir quidā nō indoctus mecū colloqueret̄:tēptabo protulit:cuius ego ꝓlationis no
uitate & uocis inſolentia cōmotus dixi tentabo pocius dicendū fuiſſe. Ille aūt ſuā con-
firmans opinionē litteras ad me miſit una cū libello Catonis:in quo eſt uerſus: Quod
potes id tempta. Ego uero illius chartas uoluēs repperi aliū uerſum aliter ſcriptū: hoc ē ſine. p.
præcedente. n. memini præterea apud Ciceronē in prohemio paradox. Tentare uolui poſſent
ne in lucē proferri. Laurētius etiā Vallēſis in fabellis inquit: delphos ſeſe cōtulit Apollinē tēta
turus. Peto igit̄ a te tanq̄ ab altero Apolline:ut a me hāc ignorantiæ labē excutias. A te enī hoc
ſicut & alia oīa doceri cupio. Vale.

Lucius Marineus Siculus Gaſpari Barrachino
Cæſarauguſtani præſulis ſecretario. Sa.

SAtis eum caligare crediderim:q de Tento uerbo tentare te uoluit. Cuius orthographia
& ratio litterarū ē ip̄a meridiana luce certe clarior. Tento alii atendo:alii a teneo dedu-
ctū uolunt. Qui a tendo aſſerūt: dicunt eos:qui aliqd exquirūnt:ſæpe manū tendere
in id:quod experiri uolunt. Qui uero a teneo deriuari putant:his rationibus utunt̄. Quod ten
tare:quoniam experiri & exquirere ſignificat:eſt aliquod uel uerbo uel re quaſi manu tenere.
Vnde ait Columella ſæpius digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam impromptu gerunt
oua:quibus iam partus appropinquat. Aſtipulatur etiam tibi Ciceronis auctoritas in parado-
xis:cuius tu meminiſti. Et illa Maronis. Vix primi prælia tentant. Eſt autem tentare rem ali-
quam uel incertam uel non intellectam agredi:hoc eſt diligenter inquirere. Cæterum ſiue a Te
neo ſiue a tendo deriuetur ſatis conſtat cum ſimplici. n. ante. t. ſcribi debere. Sic enim uſus & ars
exigit. Sicut tentatio tentatus & tentamentū. Siquidē non aliter apud latinos auctores ſcriptū
reperit̄. Cicero primo officiorū: Tentata res eſt ab oī genere hominū. Virgil. Tentaturū aditus.
Idem nec prima per artē tentamenta tui pepigi. In hanc ſententiā plura ſcripſiſſem:ſi res:quæ:
vt ſupra dixi:q̄ clariſſima eſt:pluribus argumentis indigeret. Ergo Vale:& caligantis aduerſarii
tentationē ſubſtenta multorum ſubſtētaculis. Cæſarauguſtæ. Decimo klēdas ſetembris anno
Milleſimo. cccc. viii.

Lucius Marineus Siculus Gaſpari
Barrachino ſecretario. Salutem.

QVod me de rebus: quarū tibi non eſt certa cognitio:conſulas mi Gaſpar nō equidē mo
leſte fero:imo tuo potius delector ingenio:laudoq; nimiā diligētiā & feruētiſſimū ſciē
di ſtudiū ꝓ uiribus iuuare plurimū cupio. Nā ſi quæ petis ſunt apud me:ſine ullo qdē
meo labore ſine ullo incōmodo tibi:cui bona oīa ſemper opto:gratificari poſſum:ſin minus in
nr̄a domuncula fuerint:& in magnis aliorū ædibus inuenienda:meus certe labor nō mihi ipi
minus eſt



minus eſt q̄ tibi profuturus. Reſpōdebo igit̄ libētiſſime ſemper quæſtionibus tuis:& quidē
ex tempore:niſi quid erit ī manibus:quod remittere aut non poſſim aut non liceat. Quare ſi
quādo neceſſario diſtulero tibiq; ſerius q̄ tuus animus ferat reſpondero:non meo quidē ani
mo:qui tibi iam pridē notiſſimus eſſe debet:ſed erit occupationibus aſcribendū. Hæc mi Gaſ-
par ideo ſcripſi quia mihi tuæ litteræ ſignificare uiſæ ſunt neſcio quid:te ſcilicet:quæ tua eſt
uerecūdia:ſubuereri:ne tuæ mihi quæſtiūculae moleſtæ ſint:ne ue me fatigent:quæ moleſtæ
certe non ſunt:ſed iucundæ: non me fatigant:ſed delectant. Tu ſiquidem ut es homo & inge
nioſus & prudens:nihil fatuum: nihil ineptum:nihil inane: nihil puerile:ſed ea ſolum petis a
me:quæ & ſcitu digna ſunt:& profutura uidentur. Ideoq; tibi ſemper animo libentiſſimo re-
ſpondeo. Accipe nunc igitur quod de interpolatoribus quæris: Qui:ni fallor:ii ſunt qui res
ueteres aut poliendo:aut reſartiendo mutant in nouā ſpeciē. Sunt enim rerū ueterum reſarti-
natores & reſtauratores: qui nouam formā rebus inducunt. Quod Cicero ſignificare uidetur
cum ait: aliquid demendo mutando interpolando: ideſt renouando. Plautus illic homo me
interpolabit:hoc eſt renouabit. Plynius alexādriæ ubi thura interpolant̄: ideſt purgantur: cer
nuntur:& quaſi renouantur. Vlpianus etiā iureconſultus: ubiq; curant ædiles ne emptores a
uenditoribus circūueniantur:præſumptū eſt enim ea mancipia:quæ rudia ſunt:& ſimplicio-
ra eſſe & ad miniſteria eſſe aptiora & dulciora. Trita autē mancipia & uetera difficile eſt refor
mare & ad ſuos mores formare. Quia igitur uenia liciarii ſciūt facile decurri ad nouiciorum
emptionē:icciro interpolāt ueteratores ut pro nouiciis uendant: hoc eſt ornant componunt
fingunt excolunt & quaſi renouant:ut nouicii eſſe uideantur. Interpolatores præterea uocari
poſſunt:qui ueſtes antiquas reſartiunt ac renouant:ut eas facilius uendant:qui etiā alio noīe
& quidem eleganter ſartores dicūtur ueteramentarii. Vale. Cæſarauguſtæ Idibus Decembris
Anno. M. cccc. Viii.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo Aragoneo Ferdinādi Regis fi-
lio Cæſarauguſtæ & Valētiæ Archiep̄o & Aragoniæ Præſidēti. S.

a

Bſolui tandē cōmentarios de rebus a Ioanne Aragoniæ & Siciliæ rege
auo tuo geſtis excellētiſſime princeps. Quos iam pridē nō tam uiribus
& ingenio frætus:q̄ officio & Ferdināndi Regis hortatu deſcribere cœpe
ram. Sero fortaſſe dixeris abſolutos:ſero quidē:nā & hoc ego quoq; libē
ter fateri uolo. Verū non mea tamen uel culpa uel negligentia:Sed ſola
certe neceſſitate: quā uitare nemo poteſt. In hoc enim opere cōficiendo
multa non paruo nobis impedimento fuere. Primū corporis minus pro
ſpera ualitudo:qua in ætate iam præcipitata & multis affecta laboribus
& ſenectutis moleſtiis ſæpe ſum grauiſſime conflictatus. Deinde Ferdinā
di regis:qui multa magnaq; onera ſuſtinens nuſq̄ uno loco conquieuit:multæ longæq; profe
ctiones. Quē ego ſemper:intermiſſo ſcribendi officio:tā ad bella:quæ multa magnaq; geſſit:
q̄ ad alia gerenda negocia terra mariq; ſecutus ſum. Poſtremo quod non parū multa:quæ ad
hanc hiſtoriā præcipue pertinebant:hinc inde diligenter & a ueraciſſimis hominibus:& qui re
bus:quas erā ſcripturus:interfuiſſent:quærere fuit neceſſe. Nec interim paucos & uulgares cō
ſulere: Sed multos atq; nobiles oportuit. Quorū præterea de rebus eiſdem relationes mecum
diligentius conferre docuit:ut ea tantum pro ueris haberem:in quibus plures conueniſſent:
quæq; uero propiora uiderentur. Quod ſine longo temporis interuallo magnoq; labore fieri
certe non potuit. Quibus in rebus & ſi mihi fuit omnis labor gratus atq; iucundus:crebra ta-
men intermiſſo cœpti operis:quod ad exitum perducere feſtinabam:non parū moleſta. Nam
cum raro contingat hominibus diutius uiuere præſtantiſſime princeps: Annum ego quintū

Universidad de Deusto Biblioteca



&ſexageſimum natus & inclinato iam ſole longum iter ingreſſus non poteram non magno
pere timere:ne quandoq; prius a uita diſcederem:q̃ Ferdinando regi quod iure debebam per
ſoluiſſem. Iure quippe debemus:q̃q̃ neq; fide neq; lege ſimus aſtricti:quicquid uerbo uolun
tarieq; promittimus. Appropinquantis igitur noctis tenebras proſpiciens celerius propera
bam:ut maturius quo ire cœperam peruenirem:eaq; me tādem cura liberarem: Quæ mecum
ſemper ibat: mecum redibat: mecum diſcumbebat: mecumq; dormitabat. Sollicitabat enim
me uehementer tum Ioannis regis nomen perpetua memoria digniſſimum:tum Eerdinan
di pietas erga patrem admirabilis. Admouebat præterea mihi ſtimulos meus in utrumq; re
gem magnus amor & feruens debitaq; obſeruantia:quæ me uel ſola quidē ad labores omnes
excitare potuiſſet. Hac enim ſola commoti ſcribendam hiſtoriam ſuſcepimus:hac etiam una
ſollicitati confecimus. Cæterum nunc quoniam meæ uillificationis rationem iam retuli:&
ſi cunctatius animo tuó ſatiſfeciſſe uideor illuſtriſſime princeps re tamen:ut ſpero:melius per
acta & tu mihi quæ tua eſt humanitas libenter ignoſces & me huius moræ quāuis longæ mi
nime pœnitebit. Supereſt igitur ut recentes commentarios & immaturos:priuſq̃ ad Ferdinā
dum regem cuius nomini conſecrati ſunt:deferantur tuo perſpicaciſſimo ingenio ſapientiſſi
moq; iudicio recognoſcas & emendes. Vt diligenter a te caſtigati:Si quando uenerint in pu
blicū:quaſi tua æditi auctoritate tutius poſſint aliorū ſubire iudiciū. Vale.

Alfonſus Aragoneus Cæſarauguſtanus
Antiſtes Lucio Marineo Siculo. Salutē.

PEr legi Sicule gratiſſimā memoriam Ioannis aui mei:in qua ſcribenda plurimū tuæ
diligentiæ debemus. Qui membratim collectis omnibus in unum conglutinaueris.
Et idem priſtinum corpus eadem ſpecie eiſdem lineis & colore uero formaueris. ut
ueritas ipa non iam magis huic rei q̃ ſibi repugnare uideatur. Iam uero in his quæ ſeruare ſo
lēt hiſtoriographi nullus actus nullus numerus meo iudicio deeſt. impleuiſti oīa ſuo quæq;
ordine ſecutus:ut non modo ſero nō dixerim ſed abſoluta omnia omnino mirer. Neq; enim
ſera ea dici debent quæ ſingula concinna ſeruata perfecta ſunt atq; optima. Itaq; quādo quod
tuum erat effeciſti:noſtra cautio eſſe debebit:ne diutius ſubter terram teneamus memoriam
principis glorioſam. Modo patri oſtendito:cuius in re ſententiam cum exploraueris manda
bimus opus digniſſimum formis ut par eſt. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ferdinando Ara
gonum & utriuſq; Siciliæ Regi Salutem.

MAgnæ prudentiæ fuit conſilium tuū ſapientiſſime Rex: quo me Cæſarauguſtam ue
nire iuſſiſti. Fuit enim meus huc aduentus & officio meo maxime neceſſarius & ma
ieſtatis tuæ gloriæ fructuoſiſſimus. Siquidem hiſtoriam de rebus geſtis Ioānis tui pa
tris Aragonum & Siculorum regis magnanimi:multis rerum conquiſitis argumētis & ordine
digeſtis ſuiſq; locis inſertis:feliciter & ex uoto noſtro cōfecimus. Quam ſpero tuæ maieſtati fo
re non ingratam. De cuius ordine ac ſtilo quid Alfonſus Aragoneus Cæſarauguſtanus Archi
præſul ſenſerit uir eleganti doctrina magnoq; iudicio:qui magna cura ac diligentia totū opus
inſpexit & recognouit:ex litteris eius tua maieſtas intelligere facile poterit. Ego autē cū hiſtoria
ad tuā maieſtatē iā rediiſſem niſi me idē Cæſarauguſtanus Antiſtes monuiſſet ut per aliquos
dies: propter hyemis turbulentiſſimos himbres:ab itineris labore ſuperſederē:quo ad ſæuicia
tēporis ceſſauerit. Fuit mihi eius cōſilio parēdū: uel quia meæ ſaluti pie ſancteq; cōſuluit: uel
quia filius eſt excelſitudinis tuæ. Erit igitur humanitatis tuæ clementiſſime Rex æquo animo
ferre ſi hic paucis diebus:quibus & Alfonſo Aragoneo morem gero & meæ ſalutis rationem
habeo:commorabor. Vale ex Cæſarauguſta Idibus Ianuariis anno. Milleſimo Quingentiſi
mo Nono.



Nos Rex Ferdinandus Lucio Marineo Siculo
Sacerdoti & Hiſtorico noſtro dilecto. Salutem.

SIcule q̃ iucundiſſimæ nobis fuerunt litteræ tuæ:quibus ad nos ſcripſiſti te de rebus a
ſereniſſimo Rege Ioanne genitore noſtro geſtis opus abſoluiſſe. Quæ quidem res ma
gna laeticia nos affecit. Nihil enim maiori deſiderio cupimus: poſt dei noſtri redem
ptoris honorem:quā parentum noſtrorum memoriam:ut par eſt:eleganti tuó facundoq; ſtilo
celebratam imperpetuum conſeruari. Feciſti nobis igitur Sicule magno tuo ingenio rem gra
tam & periucundam: quam uidere uehementer optamus:ideoq; te rogamus ut quatenus hic
diutius commorari ſtatuimus:& hyems iam diſceſſit ad nos cum hiſtoria redeas. Vale ex Va
lladoleto pridie nonas Februarias.

Lucius Marineus Siculus Ferdinandi Regis Sacerdos
& hiſtoricus Leoni decimo ſummo Pontifici. S.

ET ſi litteris explicere nequeo beatiſſime pater animo tamen facile ſentio quātum lae
ticiae Ferdinando Regi noſtro & omnibus hiſpaniæ magnatibus iſte tuus optatiſſi
mus pontificatus attulerit. Qui cum te nutu diuino & concordi lætiſſimoq; omnium
cardinalium conſenſu declaratum eſſe pontificem multorum litteris & nunciis accepiſſent:
quo nihil eorum uotis euenire fælicius poterat:affecti maximo gaudio ſupplicationes & ſacra
deo alacres lætiq; perſoluerunt. Qui iuſtas chriſtianorum preces exaudiens te uirum integerri
mum & omnibus numeris abſolutiſſimum eccleſiæ ſuæ uicarium & ouium paſtorem tam
neceſſario tempore conſtituit. Gaudent igitur & non immerito lætantur & exultant non hiſ
pāniæ ſolum catholici principes:ſed omnium etiam chriſtianorum corda fidelium. Qui Ba
rionæ Cymbā: quæ prius in altiſſimo pelago maximis fluctibus & ſæuiſſimis procellis agita
batur:ad tranquillum & peroptatum portum perueniſſe & quietam ac tutam fore proſpiciunt.
Gratulantur præterea tuo pontificatu ſanctiſſime Pater omnes qui litterarū ſacra colunt:quip
pe qui ſibi perſuadent: nec falluntur: te pontificem factum eſſe diuinitus: ut omnes actiones
honeſtas omnes uirtutes & artes ingenuas inſtaures foueas augeas & illuſtres:ut excellentiſſi
mi uates & omnes bonarum artium profeſſores:qui ſpe numeris & præmii deſtituti iam ceci
diſſe uidebantur & extincti:te iuuante conſurgant & reuiuiſcant:ut clariſſima doctiſſimorum
ingenia:quæ frigeſcere cœperāt:calore tui fauoris incendantur. Ego autem & ſi non ut erudi
tus ut tamen unus ex ſacerdotibus:qui chriſtiano nomini fauent & ſacris operantur:cum pri
mum mihi nunciatum eſſet te electum fuiſſe pontificem exilui nimio gaudio. Qui cum hodie
nomen tuæ ſanctitatis & tui pontificatus electionem annalibus & hiſtoriæ: quam de rebus a
Ferdinando Rege geſtis ſcribo:diligenter & ut ratio & ordo poſtulabat: inſeruiſſem: hanc epi
ſtolam ſcripſi: qua maximum totius hiſpaniæ gaudium de tua dignitate ſignificare uolui tibi
ſanctiſſime pater:meq; tui nominis ac uirtutū inclytæ gloriæ q̃ ſtudioſiſſimū eſſe. Vale mun
di princeps & chriſtianorum omnium quietis & ueræ ſalutis ſpes certiſſima. ex Valladoleto no
nis Aprilibus Anno. M.ccccc.Xiii.

Lucius Marineus Siculus Antonio Rogio
Archiepiſcopo Granatenſi. S.

UT tibi uehementer gratulor generoſiſſime præſul ꝙ huius curiæ moleſtiis & incom
modis relictis mutatis tandem fortunæ flatibus te cum magna tua dignitate in portū
iſtum quietum & optatæ ſalutis receperis:ita mihi non poſſum non plurimum dole
re ꝙ per tuum diſceſſum ea familiaritate priuatus ſum: qua mihi nihil poterat eſſe iucundius
nihil honoratius nihil deniq; ſalutarius. Te ſiquidem uno in domo Regia ex omnibus uiris
illuſtribꝰ nemo benignior erat nemo generoſior nemo uirtutis & diuini cultus amātior. Quod



Nota litteras singulariter annotatas p[er] benedictum ferdinandus dignasq[ue] tradi Memorie

Universidad de Deusto Biblioteca



cum totius hiſpaniæ proceres oẽſqꝫ pontifices ſine ulla inuidia profitentur:tum uero Rex Fer
dinandus:quem legitimo cognationis gradu proxime contingis:agnoſcit. Quare non equidẽ
poſſum non moleſtiſſime ferre præſul inſignis quod illuſtri tua præſentia careo & ſuauiſſima
conſuetudine:quod te ipſo propter interuallum frui mihi non licet. Cuius eſt conſilium ſalu
tiferum probitas ſingularis & humanitas admirabilis. Quæ non a me ſolum deſideratur ſed
ab omnibus etiam Regiæ domus cultoribus & in primis ab Antonio Mudarra:qui tuum con
ſpectum non modo deſiderat uerumetiam mecum magno gemitu ꝗ ſæpiſſime ſuſpirat. Cæ
terum ego ut hoc tam magnum tui deſiderium moderate feram : ea maxime ratione uincor:
quod te propter teipſum ideſt propter ingenuas & illuſtres animi tui uirtutes & non meis ullis
commodis colo ueneror & obſeruo: Cum præſertim dignitatem iſtam:quam es conſecutus:
exiſtimem mihi tecum eſſe communem:ideoqꝫ nõ tibi ſolum præſul illuſtris ſed mihi quoqꝫ
plurimum gratulor. Nam quam tuam non animorum ſed corporum præſentiam nobis au
fert inter Capedo locorum : eam quidem inter nos litterarũ uiciſſitudo quottidie repræſenta
bit. Quod utriqꝫ noſtrũ & facillimũ eſt & iucundiſſimũ futurũ. Vale.

Lucius Marineus Siculus Villaqui
rano epiſcopo ouetano. Salutem.

SAlue clariſſime præſul:iterum ſalue præclarum Hiſpanorum omnium pontificũ
ſpecimen. Quid tua nũc agit minerua? Quid diuina mẽs & cælo digniſſima me
ditatur? Quid excellens tuum & omniũ magnarum ſublimiũqꝫ rerũ capax agit
ingenium? Nunquid ſacris operatur & deo quod debet officium perſoluit? An
noſtris principibus:ut ſolet:& populis profuturis cõtionibus inuigilat? An aliqd
molitur æternum & cæleſtia contemplatur? Magnum quidem fore proſpicio præſul inſignis
& immortale quicquid agis & poſteritati maxime profuturũ. Sed quid agunt aulici nobiles?
Quid equites atrienſes? Nunquid aduerſus hoſtes equos inſtruunt & arma parãt? aut certami
nibus fictis & paribus haſtis hinc inde concurrentes ad ueras pugnas aſpirant? aut animum re
bus honeſtis & præclaris artibus excolunt? An his potius omiſſis animiqꝫ nobilitate neglecta
corpori dumtaxat inſeruiunt:& arabicis redolentes odoribus alienos crines ſub aureis reticu
lis mulierum more geſtant? & cum palatinis puellis uenereas choreas molliter exercentes no
cituris uoluptatibus indulgent? Quid collegæ noſtri:regios dico ſacerdotes? Quid etiam can
tores agunt? aliquando ne litteris & ſanctorum præceptis dant opera? Vel hymnis interdum
ſtudent uel pſalmos interpetrantur? Eccleſiæ ſacra myſteria diligenter adminiſtrant? Paulinas
epiſtolas & Ioannis euangelica dogmta percipiunt iſti? aut alia per multa quæ cuiqꝫ ſacerdo
ti neceſſaria ſunt & intelligi debent:adiſcunt? An libentius carthulis imagunculis pictis luſo
riiſqꝫ tabellis incumbunt? O mores ſiniſtros & affectus hominum cœcos:o ignauiam non fe
rendam. Thus deo myrrham trochyten humando & reliqua: Quis hæc ex noſtri collegii ſa
cerdotibus intelligit? Aut quis intelligere curat? Hymnographi uerba ſunt: ſed omnibus: Vt
opinor:a quibus fere quottidie cantantur ignota. Quid homo ſeduliſſimus & apud multos ſe
dulitate ſua gratioſiſſimus? Alfonſus inquam Corteſius:quid agit homo omnium qui Ferdi
nando regi ſeruiunt fortunatiſſimus? Nunquid inter opes nimias magnaſqꝫ diuitias & regi
os honores ſuam fœlicitatem cognoſcit? aut partis utitur & ſua uiuit forte contentus? hoc ſi fa
cit ſua ſi bona norit certe diues eſt & nimium fœlix. Sin minus æque pauper atqꝫ ego: Vel po
tius ꝗ qui nihil prorſus habet: Nam ego ſum quidẽ ditiſſimus:qui ſi nihil habeo:nihil tamẽ
concupiſco. Sed interim quid Antonius Mudarra? Quid agit quid tecum loquitur? confligit
ne:ut ſolet:cum aduerſa ualitudine? An:quod opto:bene ualet & altiora tecum confert & fu
tura prædicit? Quid alii:quos hiſtic paucos habemus & incertos amicos? Nunquid eſt aliquis
noſtri memor? diſcipulis ne ſtudioſis & muſarum cultoribus: Siqui ſunt:abeſſe uideor? Nun
quid eſt in ore cuiuſpiã Siculi nomen? Eſt aliquis qui noſtrũ deſideret reditum? Nemo inquis
ne tuus quidem Antonius Mudarra. Credo uirgine deipara. Nam Antonius iſte Mudarra ita



totus eſt tuus: Vt non modo meus non eſſe:ſed ne ſuus quidem poſſit. Verum is & ſi de me
non loquitur:non dubito tamẽ quin ſæpiſſime cogitet. Quod autem cæteri noſtri ſint in me
mores minime certe miramur :nam qui muſas & bonas artes negligunt: earum etiam culto
res & ſtudioſos ut non æmulantur: ita neqꝫ uenerantur quidem neqꝫ ſuſpiciunt. Cæterum ii
ſuæ ignauiæ precium perſoluent cum bona:quæ ſua culpa negligenter amiſerunt:cognoue
rint :cum et nullus erit pœnitentiæ locus. Sed iſtis :qui ſibi fortaſſe bene ſapiunt : omiſſis:
quid agit magnus chriſtianæ religionis & catholicæ ſidei clypeus? Quid ſalutiferum cimbæ
fluctuantis hiſpaniæ gubernaculum? Quid excelſum ſalutis pacis quietis iuſticiæ ſecuritatis
& glorioſæ uictoriæ uexillum? De rege noſtro loquor inuictiſſimo Ferdinando: Cuius incly
tum nomen & terribile cuius complures magnaſqꝫ uirtutes & omnes chriſtianorum nationes
ingenti ueneratione colunt & uehementer admirantur: & cunctæ Barbaricæ gentes pertime
ſcunt. Quid inquam fœliciſſimus modo Ferdinandus agit in Bethica? Nunquid in menſam
negociorum molem ſuſtinens & humanarum diuinarumqꝫ rerũ curam gerens interdum ue
nationibus delectatur & a magnis actionibus reſpirat? Et accipitres uel miluum uel ardeam ſu
ſpicit oppugnantes? Aut potius homo uita & moribus integerrimus & rebus geſtis omnium
maximus nocte cum deo loquitur & ab ipſius dei nunciis futura cuncta docetur & quæ ſit fa
cturus omnia concipit? O regem fœlicem uereqꝫ beatum :qui deum ſemper in pectore gerit &
ante oculos habet. cuius animæ uigor & ſenſus in dei manibus:ut fertur adagium: eſſe credit?
Cuius & deus ipſe rector eſt cuſtos dux protector comes & conſiliarius. Sed dic age huiuſmo
di principem ſe fœlicem Hiſpania cognoſcit? Nũquid pro uita ſui regis utriuſqꝫ Siciliæ popu
li deo ſupplicant? Cognoſcunt ne Ferdinandum regem reliqui chriſtiani. Qui fama eius &
auctoritate ſuas res publicas tuentur? Qui tuti conquieſcunt? qui nihil ſibi timẽt ab hoſtibus?
Qui nullas iniuſte patiuntur iniurias? cognoſcunt credo:ſed multo clarius cognoſcent: crede
mihi: cum rex optimus uitæ mortalis annos impleuerit & ab humanis diſcedens ob eximiã
morum ſuorum ſanctitatem in cœleſtium numerum referetur. Nam quis eum regem dubita
bit in cathalago Sanctorum eſſe reponendum: qui nihil fecit nihil dixit unquam quod in ali
cuius boni uiri cenſuram uenerit? Qui deniqꝫ nihil unꝗ mente concepit nihil geſſit quod nõ
ad dei cultum laudem gloriam & honorem retulerit? Sed hoc ſatis. Nunc uiteæ meæ rationẽ
& abſentiæ moræqꝫ longioris cauſam tibi paucis uerbis præſul digniſſime referam. Ego cum
ſuperioribus diebus Caeſarauguſtam ueniſſem requiſitis diligenter & compertis quarumdã
rerum argumentis:quae mihi ad conficiendum opus neceſſaria erant: hiſtoriam de rebus ge
ſtis Ioannis Aragonum & Siculorum regis abſolui. Quam Caeſarauguſtanus antiſtes Alfon
ſus Ferdinandi regis filius maxima diligentia ſummaqꝫ laeticia recognouit: ut pote qui Aui
ſui res inclyte geſtas & latino ſermone compoſitas perlegere cupiebat. Quae res mihi longio
ris morae cauſa fuit. Calendis igitur: ut ſpero: Martiis ad uos proficiſcar: ut regi meas uigilias
offeram perſoluamqꝫ quod debeo. Quapropter interim te obſecro praeſul humaniſſime Si
culi tui abſentis ut quandoqꝫ memineris. Vale & Antonium Mudarram meo nomine ſaluta
bis accuſabiſqꝫ: qui multis a me litteris prouocatus ad me ſcripſit nunꝗ. Iterum bene uale ex
Caeſarauguſta pridie Calendas Februarias anno. M. ccccc. iiii.

Lucas Marineus Siculus IAcobo Ramiro a Villaſcula epõ Malacẽſi
& regio capellano maiori uiro litteratiſſimo. Salutem. P. D.

CVm eſſem tecum proximis nonis candidiſſime praeſul meqꝫ litteras tuas deſidera
re tibi ſignificaſſem: per benigne tu mihi reſpõdiſti te libenter deſiderio meo ſatiſſa
cturum. Quod: ne me ſomniaſſe forte putes: omnes quidem alii qui tecum diſcumbe
bant audiuere. Quare ſi uerbo: ut iureconſulti uolunt: obligatio contrahitur: Iure tu quidem
mihi promiſſam debes epiſtolam. Quam ſi non hodie aut cras ad me dederis: dicã crede mi
hi perendie tibi diẽ apud iudicẽ. Apud quẽ inquis iudicẽ litteras a me petes? dicã equidem
non ſcilicet apud aliquem eorũ: qui plærumqꝫ immo ſemper iudicare perperam ſolent: ſed

Universidad de Deusto Biblioteca



apud Regem Ferdinandum omnium regum ac potius omnium mortaliũ iuſtiſſimum: qui ſemper unicuiq; ſuũ ius tribuit: qui neminem fallit: Cuius in rebus omnibus æquitas incorrupta ſemper & animi uirtus admirabilis cõmune cum deo totius orbis habet imperium. Condemnabit ille te ne dubites ſi nos litigantes audierit & iuſtã pro me ſententiam feret. Expedit igitur honori & dignitati tuæ tanti principis euitare iudiciũ: tibiq; ſatius fore pſpicio ſi quod es alio iubente facturus ultro feceris prudentia tua: Sapiẽs enim nihil facit inuitus. Conſules itaq; ſi me audies auctoritati tuæ conſules & conſcientiæ: ſi quod ex obligatione debes tua ſpõte & ſine iudicio perſolueris. Cur meas dices litteras deſiderat Siculus? quid ex litteris meis faciet lucri? Dicam ergo tibi quæ me ratio mouet ut tuas litteras expetam. Sum ego præſul inſignis non auri non argenti non aliarum rerum: quæ cum uita hominis extinguntur: ſed æternitatis ſed ueræ laudis auidus & perpetuæ gloriæ: quas quidem res nõ aliunde q̃ ex tuis litteris facilius me conſequi poſſe confido. Vale ex Curia regia tercio calendas Februarias.

Iacobus Ramirus eps̃ Malacẽſis Lucio Marineo Siculo poetæ Laureato regio ſacerdoti & Annalium ſcriptori. S.

LItteras tuas legi mi Luci: Quibus me ad te ſcripturum fuiſſe pollicitum tam conſtanter affirmas ut plæroſq;: qui tunc adherant ſimulq; conſedebant: inducas meæ promiſſionis in teſtes. Mihi niſi dictis facta cõpenſem iudicium minaris: neq; qualiſcunq; iudicis: Sed clariſſimi Ferdinandi regis domini noſtri mortalium omnium iuſtiſſimi atq; æquiſſimi. Non eſt mi Luci cur me ſponte currentem calcaribus premas: neq; iudicium miniſteris uolenti ſoluere. Non teneo memoria quam tu aſſeris pollicitationem. Sed ſi liber hactenus fuerim: nunc me debitorem conſtituo polliceorq; tuis ſemper litteris reſpõſurum: modo Barbaries haec mea non tibi ſtomachum moueat. Vale ex Methimna pridie Idus Marcias.

Lucius Marineus Siculus Franciſco Guicciardino Florentinorum oratori. S.

PRimum tibi qui ſum & quo fungor officio deinde lõgi ſilentii & abſentiæ meæ cauſam cũ excuſatiõe poſtremo q̃ ratiõe motus ad te ſcribã paucis dicã. Sũ ego natione Siculus & eorum maxime ſtudioſus: in quibus clarum uirtutis & eruditionis lumen emicat: & de rebus a rege Ferdinando geſtis hiſtoriæ conditor. Qui oratoribus ad noſtros hiſpaniæ principes undecunq; uenientibus obuiam progredi uel regio iuſſu uel mea ſponte cõſueui ſemper & obſequium laborem & induſtriam polliceri. Quod ſi in aduentum præſtantiæ tuæ prætermiſi non uoluntas quidem ſed ualitudo mea fuit in cauſa: qua cũ Burgis annũ iam cõflixi & cum ipſa quoq; morte luctatus ſum. Vtranq; tãdem dei benignitate profligaui: Sed longa iam defeſſus obſidione & hoſtis reditum metuens exire domo nondũ audeo quo ad me reficiam. Hæc igitur mea ſcribendi ratio fuit: ut me tibi de ſilentio meo & abſentia purgarem: Supplicaremq; ut quæ tua ſint & parentum tuorum nomina me doceri quamprimum cures: ea enim ſcire me nunc oportet non tua minus cauſa quam mea: & præterea legationis tuæ rationem: Sed hac de re coram tecum poſtea commentabor: Vale. & te a Siculo non amari ſolum Sed etiam coli & uenerari tibi perſuade: Iterum bene uale.

Franciſcus Guicciardinus Florentinorũ orator Siculo Ferdinãdi regis hiſtorico & ſacerdoti. S.

NOn patitur uir doctiſſime temporis breuitas ut longiori tecum ſermone utar: nec ſi pateretur facile eſſet explicare quanto me gaudio affecerit epiſtola tua. Quid enim homini præſtantiſſimorũ uirorum amatori ſummo licet in erudito gratius poteſt accidere quam occaſionem & mutuam amicitiæ cum uiro inter hiſpanos tam præclaro ſortiri?



ſed illud gratiſſimum polliceri te futurum ut te coram fruar: quod quando erit rationem legationis meæ latiſſime explicabo. Tu interim diligentem ualitudinis tuæ rationem habe ac te per ocium refice: facile enim conſpectu tuo per aliquot dies carebimus cogitantes paruam tẽporis dilationem diuturnum poſtea fructũ parituram. Vale & me ama.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Viuerio Altamiræ Vicecomiti. Salutem.

SIculũ: cuius tu nimiã taciturnitatẽ repræhendere ſoles ubiq; Vicecomes illuſtris: eximia tua uirtus & generoſus animus q̃ loquaciſſimũ faciunt. Quippe qui me a laudũ tuarũ enarratione continere nequaq̃ poſſum. Nam præter alias animi tui uirtutes & ingenii dotes excellentes: illud ſemper in ore habeo: te ſcilicet unũ ex omnibus Hiſpaniæ uiris nobilibus & generoſis eſſe: qui ſapientium uirorum conſuetudinem & familiaritatem quæris: quorum ſententias graues & ſalutiferas pulchra dicta fœlicitatemq; ſuſpicis colis ueneraris & æmulari maxime cõtendis & diligẽtiſſime ſtudes. Ideoq;: quod mihi perſuaſum habeo: multis affirmo: te ſcilicet ſapientem eſſe aut omnino futurũ. Siquidẽ ſapientiæ ſtudioſi ſapientũ cultores ſunt & hæredes. Nã ſi homo qui dei leges obſeruat & præceptis obtemperat ſe deo ſimilẽ facit & proximus accedit: quid mirũ ſi qui ſapientiæ ſtudioſos imitantur ſapientes futuri ſint? Deſinant igitur homines mirari cũ Siculus te ſapiẽtiũ cultorẽ maximeq; ſtudioſum ſapientẽ fore dixerit. Quod ſcire uis cur deus hõibus aduerſariũ dedit & ſpiritũ nequiſſimũ & fallaciſſimũ tẽtatorẽ tibi libẽter obſeq̃r Lactãcii Firmiani ſententiã mutuatus. Ante oĩa inq̃t diuerſitatẽ deus eẽ uoluit: ideoq; ueritatẽ uulgo nõ apuit: ſed pauciſſimis reuelauit. Quæ diuerſitas oẽ mũdi arcanũ cõtinet. Hæc ẽ eni q̃ uirtutẽ facit: q̃ qdẽ eẽ nõ poterit: niſi fuerit cõpar aliquis: in quo ſuperãdo uim ſuã uel exerceat uel oſtendat. Nã ut uictoria cõſtare ſine certamine non poteſt: ſic nec uirtus ipa ſine hoſte. Marcet eni: ut ait Seneca: ſine aduerſario uirtus: Itaq; quoniã uirtutẽ dedit deus hominibus ſtatuit econtrario inimicũ ne uirtus ocio torpens naturam & uim ſuã perderet. Cuius oĩs ratio in eo eſt ut cõcuſſa & labefactata firmetur: nec aliter ad ſummũ faſtigiũ poſſit peruenire: niſi prudenti manu ſemper agitata & ſalutẽ ſuã dimicandi tenore fundauerit. Noluit enim deus hominẽ ad immortalẽ illã beatitudinẽ delicato itinere peruenire. Daturus ergo uirtutẽ dedit hoſtẽ prius: qui animis hominũ cupiditates & uicia immitteret: qui eſſet auctor errorum malorũq; omniũ machinator: ut quoniam deus hominẽ ad uitã uocat: ille contra ut rapiat & traducat ad mortem. Hic eſt qui aut inducit aut decipit eos: qui ueritati ſtudent: aut ſi dolo & ſtudiis non quiuerit: uirilẽ gerit animũ: quia ſublimiũ uigorẽ labefuctare conatur: infanda dictu & exerabilia moliens uexat interficit: & tamẽ ut proſternit multos ſic a multis uictus proſtratuſq; diſcedit. Magna eſt enĩ uis hominis: magna ratio: magnũ ſacramentum: A quo ſi quis non defecerit: nec fidẽ deuotionemq; prodiderit: hic beatus hic deniq; deo fit ſimilis. Errat enim quiſquis hominẽ carne metitur: Nam hoc corpuſculũ: quo induti ſumus: hominis receptaculũ eſt. Nã ipſe homo neq; tangi neq; aſpici neq; compræhendi poteſt: quia latet intra hoc quod uidetur. Qui ſi delicatus ac tener in hac uita aliter fuerit q̃ ratio eius expoſcit: ſi uirtute contempta deſideriis ſe carnis addixerit: cadet & premetur in terrã: ſi autẽ: ut debet: ſtatũ ſuũ: quẽ rectũ recte ſortitus eſt: & promte conſtanterq; defenderit: ſi terræ: quã calcare ac uincere debet: nõ ſeruierit: uitã merebitur ſempiternã. Vale.

Siculus Franciſco Hẽrico Viro nobili & ſacerdoti regio. S.

QVod epiſtolã meam: quam ad exercitum ſcripſeram: peruulgatam fuiſſe ſcribis non moleſte fero: quã & ipe quoq; multis dedi tranſcribendã & in contione recitaui. De bello enim futuro teſtatũ eſſe uolo quidnam ſenſerim: cum præſertim nihil hactenus prædixerim quod nõ exitus probauerit. Cæterũ ego tibi magnas gratias habeo uel quod ea nihil ſcripſiſti quæ audieras uel quia me monere uoluiſti quod ſentiebas. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ludouico Santio regio Conſiliario & theſaurario generali. S. P. D.

SI quis unq̃ fuit coniugio fœlix Ludouice clariſſime tu quidē noſtris temporibus nō immerito uideri potes omniū cōiugatorū fortunatiſſimus. Quippe qui uxorē ſortitus es uel animi probitate uel corporis forma uel generis nobilitate præcellētē. Quæ quidem moribus & uerecundia ſabinas ueteres & uenuſtate non ſolum noſtri Sæculi pulcherrimas nimphas ſed etiam Helenam Dianā & Venerē: quarū formā plurimum laudauit ātiquitas: antecedit. Cuius progenitoribus & ueteri proſapia nihil eſt antiquius nihil illuſtrius: Siquidē & originē ducunt a conſtantinopolitanis imperatoribus & Ferdināndū Regē noſtrū: quo nihil eſt in humanis excelſius: arctiſſimo gradu propinquitatis actingunt. Gratulor igitur tibi & merito ut debeo plurimū gratulor mihiq; maxime gaudeo lætorq;: q̄ndoquidē uideo tibi: quod ſemper optaui: feliciter eueniſſe. Nūc itaq; deū precor ut ex dn̄a iſta Maria a Toleto liberos habeas & tuis & illius maioribus dignos. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Velaſco fœlicitatē.

NOli obſecro mirari uir præſtātiſſime Si nūc ego litteris agere tecū q̃ uerbis ſi abſēs potius q̃ præſens animi mei ſententiā explicare tibi maluerim. Proximis enī diebus noxia nimis huius aeris intēperies & dēſus aquoſæ nubis humor: qui ſupra lutulentā ciuitatē hāc quaſi continuum ſtillicidiū pendebat: mihi caput grauiter offendit & auditui plurimū nocuit. Quo quidē incōmodo nō aliud ullū mihi poteſt eſſe moleſtius: impacienter enī & iniquo animo fero magnos in auribus ſonitus & tanq̃ mœſtas animarū querentiū uoces: quæ me die nocteq; uelut ultrices perſequuntur uexant torquent misereq; fatigāt: propterea quod etiā proximos & altiori uoce mecū loquētes exaudire uix poſſum. Quæ res me coegit ut ea quæ mihi tecū uerbis agēda erāt abſens tibi litteris exponā. Veritus enī ſum corā colloqui tecū ne tibi: Cui q̃ gratiſſimus fieri ſtudeo: moleſtus eſſem. Siquidē nō tā procul abſum ab urbe ut tibi maximo uiro: Si præſenti mihi reſponſurus eſſes: tolle uocē dicere audeā. Quod nō minus temeritatis eſſet q̃ ruſticitatis. Te igitur deprecor uir inſignis ut Siculi tui excuſationē libenter accipias & iuſtæ petitioni ſuffragium non deneges. Supplicāti mihi nuper amplitudini tuæ ut quæ mihi debet a Sereniſſima Regina Ioāna pecunia ſolueret: perbenigne tu quidem ſtatimq; reſpondiſti te mihi ſatis q̃ libentiſſime facturum. Quo quidē reſpōſo cōtētus ego tuaq; maxime fretus auctoritate mihi ſilētiū impoſui: cū præſertim tu me quottidie corā uideas & eadē mēſa pro ſingulari tua humanitate quaſi Sodalem habeas. Cæterū me nūc maxima neceſſitas: quā uitare nemo pōt: mirūimmodū cogit ſilentiū rūpere tibiq; iterū ſupplicare ne mihi pecuniæ ſolutio differat. Oportet enī me pecuniā Romā mittere: quibus apoſtolica expediātur dipplomata pro quodā Siciliæ ſacerdotio: quod mihi ſplēdiſſimus rex Ferdināndus ultro cōtulit. Erit igit tuæ uirtutis & humanitatis officiū Siculo nūc: qui tibi quā dediti ſumus eſt: in hoc neceſſitatis articulo ſubuenire. Quod cū feceris: nā te facturū minime dubito: tūc ego quidē a te mihi & pecuniā erogatā fuiſſe & ſacerdotium collatum exiſtimabo. Vale. Spes & præſidium meum.

Lucius Marineus Siculus Ioāni Velaſco regio cōſiliario & regii patrimonii procuratori maximo felicitatem.

POſteaq̃ tibi cui ſeruire iāpridē uehemēter optauerā labores meos obtuli & obſequiū: Teq; iubēte filios tuos p̄claræ indolis pueros litteris cepi diligēter excolere uir p̄ſtātiſſime: indies mihi ꝓpter tuā: ut opinor: erga me ſingularē benignitatē ſecūdiora oīa multoq; feliciora ſucceſſerūt. Equidē p̄clariſſimā domū tuā felici ſydere & : ut aiūt: dextro pede ſum ingreſſus: Mihiq; dies ille quo me tibi deſtinaui p̄clariſſimus effulſit. Qui nobis magnū & optatū dedit & honoris & utilitatis iniciū. Nimirū fortuna: q̃ meis antea uotis pertinaciter aduerſata fuerat: nup te: ut arbitror: metuēs uultu iā ſereno nobis arriſit obuolutāq; frōtē capillis oſtēdēs liberaliter aſpirauit. Nā & paucis añ diebus in Sicilia ſacerdotiū honorificū & nūc alia duo prope Salmāticā ciuitatē ex regia indulti nōiatione ſum aſſecutus. De quib⁹ ego nō fortunæ quidē de qua ſupra tecū iocatus ſum & quā Democritus aliiq; multi ſapiētes nec in rebus humanis dominari nec ullā eē dixerūt: Sed deo optimo maximo qui bonos & ī ſe ſperātes numq̃ deſtituit dū uiuā gratias agā. Cæterū hæc ꝓpterea tuæ p̄ſtātiæ per ep̄lam ſignificare uolui maxime uir uel quia te de meis honoribus & cōmodis gauiſurū certo ſciebā: uel quia tuo nobis adiumēto ſolitaq; liberalitate nūc opus ē. Duorū nāq; b̄n̄ficiorū q̃ modo ſumus adepti: poſſeſſionē tenere non poſſumus: niſi q̃ neceſſaria ſunt iura perſoluamus. Quare ſi quod Arnaus ornatiſſimus iuuenis tibiq; ſua p̄ſtāti uirtute doctrinaq; ſingulari merito chariſſimus filius ſuo meoq; nōie ſupplicabit nobis ut a tua benignitate cōfidimus impetrauerit magnis quidē nos & beneficiis & honoribus afficies: pro quibus ego quaſi ferreis cathenis deuinctus ubiq; profitebor & p̄dicabo libēter ī Hiſpania tota ac potius ī toto terrarū orbe neminē eſſe: cui: rege Ferdināndo dūtaxat excepto: magis optē ſeruire q̃ tibi de me tā neceſſariis & oportunis tēporibus benemerito. Vale cum dn̄a Maria chariſſima tua & generoſiſſima cōiuge fœminarūq; oīum præſtantiſſima & cū liberis: utroq; parēte digniſſimis.



Lucius Marineus Siculus Ioanni Velaſco. S.

NVncius quem pridie nonas Februarias cum meis litteris ad te miſi uir clariſſime: & ſi ſine litteris tuis ad me rediit mihi tamē tuo nomine retulit te libenter omnia facturū: quæ uideris ad meum uel commodum uel honorem pertinere. Nunciauit ille mihi profecto rē magnā gratā iucūdā & honorificā ſed mihi iā præuiſam ſperatā certā & peroptatā. Quā feciſſe te ſemp meminerā & facturū eē nō dubitabā q̃uis mihi nihil debeas. Eſt enī ꝓpriū tuæ uirtutis ac liberalitatis cū potes honeſte nō in quē beneficia cōferas cōſiderare ſed q tu ſis & quid te deceat meminiſſe. Quod ego non in me ſolū ſæpe ſum expertus ſed in aliis etiā q̃pluri mis: quos magnis beneficiis & honoribus iuuare libēter & ornare quottidie ſoles. Hæc enī tibi uirtus innata ē & a natura tributa ut ſemp oībus benefacias & nemini noceas. Hac itaq; uirtute benefaciēdi ſemp & deū tibi cōcilias & propiciū facis & hominū uolūtates & gratiā facile promereris. Cæterū ego quū memoria repeto quēadmodū mecū ſemp egeris & ī rebus utriuſq; fortunæ arridētis mihi ſcilicet & iraſcētis & quātum diuinæ tuæ potius q̃ humanæ uirtuti debeā cōſidero neq; uerba quibus tibi quas debeo gratias agā reperio neq; res ullas ī mea facultate quibus reſpōdeā ut par ē & officiis & honoribus erga me tuis: ex quo magno dolore conficior. Vellē enī tibi ſi qua mihi facultas daret & occaſio ſaltē minimā tuorū ī me meritorum parē dū uiuo perſoluere: ne tuæ uirtutis & laudis oblitus mori uidear & ingratus. Debeo nāq; tibi uir inſignis nō obſeruātiā ſolū & obſequiū nō dierū meorū oīum labores & noctiū uigilias ſed etiā neſcio quid ultra quod me maius ē quod ē ſalute charius & uita iucūdius quod ē deniq; oībus bonis humanis excellentius p̄cioſius & optatius: quod animo tm̄ ſentio ſed uerbis exprimere nequeo. Quare ſi quid diligēter excogitās inuenire potero uel ſi quid ipē mihi iuſſeris ī quo mihi nō ſolū laborādū ſit ꝓ tua dignitate ſed etiā ſi neceſſe fuerit moriēdū perſuadere tibi facile poteris me dū animo tuo rē gratā faciā neq; laborē ullū recuſaturū neq; periculū. Abſte autē etſi mecū fames & frigus iā diu acriter bellū gerunt opē tn̄ & ſubſidiū petere non audebo: niſi prius ea q̃ mihi uerbis pollicitus es uel litterarū tuarū teſtimonio uel aliquo domus tuæ nūcio cōfirmaueris uel accito mihi p̄ſentiq; receperis. Vale.

Siculus Ioāni Velaſco præſtātiſſimo uiro. S.

SI mihi ſignificares animo tuo gratas eē litteras meas uir inſignis profecto ſæpius ad te ſcribere ac libentius. Nihil eſt enim in meis uotis ardentius nihil optatius nihil iucundius q̃ ut tuæ præſtantiæ ſummæq; uirtuti cui plus debeo multo q̃ poſſum ſolue

re rem gratam faciam. Quare tu quidem ſi me: quod minime cogito: tua gratia tuoq; fauore indigū putas obſeruātiā tamē & officiū erga te meū aſpernari nequaq̃ debes. Ego enī ob hāc præcipue cauſam ad te ſcribo quod te latinis litteris delectari ſolitū eē perſpexera & quod memoriā uirtutū & laudū tuarū æternitate digniſſimā ad poſteros extendere & imperpetuū conſeruare uehementer opto. De quibus & ſi mentionē debitā & honorificā fecimus in hiſtoria: quā de rebus a rege Ferdinando geſtis conſcribimus: eam tamen epiſtolis etiā noſtris & carminibus excolere q̃ maxime cupimus. Quā ob rē magno tu quidē honore me afficies atq; beneficio ſempiterno: ſi mihi ſignificaueris hoc noſtrum de tua dignitate ſtudiū tibi gratū eſſe & litteras non moleſtas. Quod autē ad me perhumane ſcripſiſti proximis diebus ut ſolutionē pecuniarū: quæ mihi debentur a Regina Ioāna procurarē ingentes & immortales tibi gratias agimus. Cæterū ego qui mihi ſoluere pecuniā poſſit aut uelit uideo certe neminē præter unū te: cuius uoluntati reliqui regiæ domus officiales omnes parent & obſequuntur. Tibi igitur ſi mihi liceret humiliter ſupplicarē ut non modo non impedires res meas ſed ut etiam ut ſoles omnia liberaliter expedires. Nā niſi mihi ſalariū iſtud te iubente ſoluatur ego quidē in meis damnis & rebus amiſſis ac deperditis annumerabo: quod ſpero tamē mihi nequaq̃ de futurū ſi tibi nó qui ego ſed qui tu ſis in mentē uenerit. Vale.

Siculus Ioanni Velaſco.S.

SI cum Gutterrio & Arnao filiis tuis totaq; familia bene uales plurimum gaudeo: nos hic omnes recte ualemus: nullaq; re magis afficimur q̃ magno tuæ ſalutis atq; præſentiæ deſiderio. Ioannes & Auguſtinus dant operam litteris quas a me diligentiſſime libētiſſimeq; docent. Vterq; nos & inter ſe mirifice diligūt. Dña uicecomes mecū quottidie Virgini deiparæ q̃ diligētiſſime ſoluit horariū. Antonius indies fatur clarius & acutius: eſt enim puer indolis optimæ: quippe qui uel infans adhuc multū ſalis habet in ore: multūq; iucunditatis & gratiæ. Sed ingenii uiuacitas & acumen Auguſtini ſuam prorſus ætatem longe ſuperat. Siquidem quicquid audit quicquid uidet imitatur effingit exprimit. Qui ſi litterarum lectionibus accommodaretur miraremur omnes quantum breui tempore proficeret: ſed eius ætas: quæ nunc puerilibus gaudet: adulta meliora cognoſcet. Franciſcus Viridicus Iuuenis bene cordatus tuiq; nominis & honoris ad modum ſtudioſus omnia q̃ diligentiſſime curat. Vale Burgis nonis Septembris.

Siculus Ioanni Velaſco.S

ACcepi litteras amplitudinis tuae uir præſtantiſſime: quibus & humanitatem tuam ſingularem & erga me beniuolentiam facile perſpexi. Quam etſi antea multis argumentis & officiis cognoueram: nunc tamē mihi multo iucundius fuit ex tuis litteris intelligere. Quod autē iubes ut crebras ad te litteras mittā faciā equidē q̃ libētiſſime atq; adeo ſi tabellarios nactus fuero quottidianas dabo: præſertim ſi meū ſcribēdi genus nó aſpnaberis. Auguſtin9 externa die mecū & cū Frāciſco Coruachio ꝓfectus ē ad infantē Ferdinādū in monaſteriū Sctī Petri Cardeniæ. Hic poſt rē diuinā Auguſtinus infanti ſeruiuit in mēſa. Vbi prāſus eſt infans Auguſtinus & ego cū multis aliis apud clauigerū lautiſſime comedimus. Non ſcribo fercula & uaria ciborum genera ne nimis obſoniis delectatus fuiſſe uidear. Cæterū conuiuium fuit principe dignum. Poſt prandium infans & Auguſtinus per unius horæ ſpaciū turbonibus magna cum uoluptate luſerunt. Poſt autē meridiē tribus horis tauricis ſpectaculis interfuimus: & quorundā ruſticorū ſaltationibus et puellarū choreis: inclinato ſole iam in occaſum mulas aſcēdētes in ciuitatē reuerſi ſumus: Vbi calamo feſtinā̄ti quia Gutterius ante lucē ſe diſceſſurū dicebat: hāc epiſtolā ſcripſi. Vale Burgis pridie Idus Septēbris

Siculus Ioanni Velaſco.S.



LEgit mihi Ioannes Velaſcus noſter litteras tuas quas ad eum amantiſſime ſcripſiſti & quibus me humaniſſime ſalutaſti. Ego uero & Ioanni mirifice ſum gratulatus ob honorem militarem & comodum: quo eſt auctoritate tua & diligentia conſecutus & tibi tā eius nomine q̃ meo nonſolum gratias habeo ſed etiam ſupplico uehementer: ut auctoritate tua: quæ apud principes noſtros plurimum ualet: filiis tuis maiores indies honores maioraq; beneficia conferantur: quos ipſe quantum in me fuerit litteris excolere q̃ diligentiſſime curabo. Vale Burgis quinto kalendas octobris.

Ioannes Velaſcus Siculo ſuo.S.

ACcepi litteras tuas chariſſime ſicule legiq; magna cum uoluptate: quam tocies ſum accepturus: quoties ad me litteras eiuſmodi ſcripſeris. Quod de Ioannis honore militiæ tantopere lætaris & gaudes tibi gratias habeo daboq; operam tua etiam cauſa ut tantum ille cenſus & bonorum habeat: quo tibi quod debet cumulate ſatiſfacere poſſit. Quare te interim ualde rogo ut eum latine diligenter inſtituas. Sed in primis Auguſtinum tibi comēdo: Cuius ætas: ut uides: non magiſtri ſolū ſed etiam matris officio indiget. Qui ſi tibi: ut ſpero curæ fuerit: Ego certe labori tuo non ſine magno tuo cōmodo & honore ſatiſfaciam. Vale ex Cronio quinto kalendas octobris.

Siculus Ioanni Velaſco.S.

NOcte præterita poſt cænam cum Ioannes & Auguſtinus mecum ſimul eſſent ſuauiſſimas tuas litteras & humanitatis & amoris plenas omnes accepimus. Ex quibus ego tuam erga filios ſolicitudinem & amorem & in me bonam uoluntatē facile cognoui. Deus animo iſti tuo meoq; uoto reſpondeat: ut filios magnis honoribus auctos & eruditione præſtantes: ut optas aſpicias: & me pro tuo ſemper utaris arbitrio. Sed obſecro te uir prudentiſſime ut in rebus quæ ad filiorum tuorum eruditionē pertinent curam omnē deponas mihiq; relinquas: Siquidem operam dabo diligentiſſime ut ſpes: quam habes in me te nequaq̃ fallat: Nam iam diſcipuli proficiunt: iam loquitur Ioannes grāmatice: iam latine propediem ſcribet: Auguſtinus præterea: quem mihi præcipue comendas: mihi non minori curæ eſt q̃ ſi regis Ferdinandi filius eſſet. Qui iam litterarum formas effingit & per lineas rectas perducit: & ut ſpero breui litteras ſua manu ſcriptas ad te dabit. Cæterum quod ſcribis te mihi honorifice cumulateq; ſatiſfaturum ego pro tanta animi tui erga me magnitudine ac liberalitate non quas debeo ſed quas poſſum tibi gratias habeo: mihiq; magnas abs te quottidie largiri mercedes & magnifica munera exiſtimabo ſi dum fuero in contubernio filiorum tuorum in tua gratia quam pluris facio: q̃ omnes diuitias permanebo. Vale Burgis pridie kalendas ſeptembris.

Siculus Ioanni Velaſco.S.

SI ſuperioribus dieb9 ad te nō ſcripſi mi iucūdiſſime mæcenas nō negligētia ſed ualitudo mea fuit in cauſa: quæ me tenuit ac fatigauit in lecto iam dies octo: quibus Ioānes & Auguſtinus in æde ſancti Auguſtini apud imaginem chriſti cruci affixam commorabantur cum domina Maria ſimul & cum Madalena Vice comite. Quare neq; meum officiū requirere neq; ſilentium accuſare iure poteris. Officium namq; ſcribendi: quod meæ conſuetudinis eſt: ſola fuit neceſſitate prætermiſſum. Debes igitur mihi non ſolum ignoſcere ſed miſereri etiam adhuc nō nihil egrotantis. Nam ſi: ut ſpero mediciq; promictūt: conualuero: tibi certe ſcribendo ſatiſfaciam. A me quidam ſcripſerunt & alii nunciarunt Arnaū diligentia & auctoritate tua eccleſiæ cōpoſtellanæ eſſe decanū. Quæ quidē res me offecit maxima lætitia. Quapropter & Arnao gratulor & tibi magnas & ſempiternas gratias habeo. Omnia enim quæ ſunt Arnai ego mihi cū illo cómunia eſſe duco Ideoq; nec mihi gratulor minus q̃ Arnao: nec Arnaus tibi plus debet q̃ Siculus. Vale. Burgis nonis octobris.

Siculus Arnao Velaſco.S.

Universidad de Deusto
Biblioteca



QVntum me tua familiaritas & iucundiſſima conſuetudo iuuabat quum hic eras Ar‑nae clariſſime nũc demũ ſentio te abſente. Nam & ſi mecum tui nobiliſſimi fratres re‑manſerunt & Franciſcus Verudicus iuuenis omni uirtute perornatus: Vnius ta‑men tui abſentiam ferre uix poſſum. Mirifice namq; me tua maxima uirtus & ſingularis huma‑nitas cum ſumma eruditione & ingenerata animi probitate delectabat. Peto igitur a te maio‑rem immodum ut hoc tempore quo locorum intercapedine diiuncti ſumus litteris inter nos q̃ ſæpiſſime colloquamur. Siquidem mihi præcipua fuit ratio ſcribendi has litteras: ut tuas ac‑cipiam: quæ animo meo qui totus ex te pendet: eximias ingenii tui uirtutes & excellẽtiſſimas dotes quibus te natura liberaliter inſigniuit: repreſentent. De mea & fratrum tuorum proſpe‑ra ualitudine patri tuo ſcripſimus. Sed quid de negocio pontificatus nobis ſperare liceat ex te ſcire uehementer optamus. Vale Burgis nonis Septẽbris.

Siculus Arnao
Velaſco. S. P. D.

NEc iucundius mihi quicq̃ nunciari potuit Arnae chariſſime nec optatius: q̃ te Compo‑ſtellanæ eccleſiæ decanum eſſe factum. Nam & ſi multo maiores tibi dignitates & ho‑nores debentur: iſtud tamen ſacerdotium: quod nunc es conſecutus: magnifacere de‑bemus: præſertim a Ferdinando rege tibi collatum: Cuius mos eſt quem ſemel officiis & hono‑ribus ornare cęperit eundem ſemper altius attollere. Non igitur dubitare debemus: quin ille tuis meritis & noſtris uotis: ut par eſt: aliquãdo ſatiſfaciat: tuis præſertim parentibus: qui apud principes noſtros plurimum gratia & auctoritate ualent: procurantibus. Gratulor itaq; tibi nõ immerito & mihi non parum lætor non ſolum præſenti ſed etiam ſperata tua dignitate: Vale. Burgis nonis Octobris.

Siculus Ioanni Velaſquo
Salutem Plurimã dicit.

NOn debes magnopere mirari clariſſime Vir ſi crebras ad te litteras mitto q̃uis inu‑tiles omnes & inanes. Animus enim meus excellenti tuæ uirtuti & humanitati ſin‑gulari q̃ deditiſſimus ac multis & magnis de cauſis obnoxius me non ſolũ admo‑net ut q̃ ſæpiſſime ad te ſcribam ſed etiã uehementer hortatur & quaſi ſtimulis acri‑ter urget. Nam cum ego deſiderium tuæ præſentiæ ferre non poſſim & te coram uidere iam deſperauerim hanc unam inuenio conſolationem uehemẽtiſſimo meo deſiderio uel ut uerius dicam maximo dolori ut qui ſit affectus erga te meus tibi frequentiſſimis atq; a‑mantiſſimis litteris oſtẽdam. Quam obrem meum tibi non importunum non ingratum non moleſtum uideri debet officium: cum præſertim propter hãc præcipue cauſam crebrius ad te ſcribam ut & præſentibus & futuris hominibus litteræ noſtræ uirtutum tuarum quæ plurimæ ſunt & immortalitate digniſſimæ teſtimonium perhibeant teſtatamq; reliquant obſeruãtiam erga te meam. Hac ergo ratione cum ad te ſcribo & tibi rem gratã facere arbitror & officio meo ſatiſfaciens meus iam defatigatus ſpiritus qui mœſtus ſemper luget in tenebris aliquantulum acquieſcit. Erit igitur tuæ uirtutis uir humaniſſime non aſpernari meas litteras: quas quidem intermittere non poſſum quin etiam uiuere deſinam & cum uita ſimul noſtrum ſcribendi ceſ‑ſet officium. Quod q̃uis ita futurum ſit ſi quid tamen tibi litteræ noſtre laboris afferunt obſe‑cro ne diſſimules: ego enim malo continuo mori q̃ tibi dum ſeruire maxime ſtudeo moleſtus eſſe. Si uero: quod mihi de tua ſingulari benignitate ſperare licet: intellexero tibi gratas fuiſſe meas litteras alias ſubinde gratiores ad te dabo. quibus a te quaſi uita donatus meritas tibi gratias agam. Vale.

Siculus Marineus Mariæ Velaſquæ præclaræ dominæ. S.



EX Italia proximis diebus mihi liber allatus eſt præclariſſima dña cuius nomen & ti‑tulus erat de mulieribus ſelectis & illuſtribus. In quo præclara multarum mulierum nomina & laudes inſignes magna celebratione memorantur. Verũ enim uero quo‑niã auctor operis Italus fuit italicas præcipue fæminas ſtilo ſuo ſtudioſius eſt & officioſius pro‑ſecutus. Ex Hiſpanis autem noſtris in eo libro magnoq; uolumine nullam inueni præter Hi‑ſabellam reginam Ferdinandi noſtri regis uxorẽ defunctam: atq; ipſam quidem parcius mul‑toq; breuiore ſermone memoratam q̃ eius uirtutes & rerum geſtarum magnitudo uitæq; ſan‑ctimonia poſtulabat. Quapropter huiuſmodi libri lectione grauiter affectus & officio meo ra‑tioneq; commotus & ſi meo diffiſus ingenio de quibuſdam tamen Hiſpaniæ fæminis excellẽ‑tibus & generoſis opus Agredi ſtatui. In quo cum de maximis Hiſabellæ reginæ magnanimæ laudibus & rebus indyte ſanctеq; geſtis dixero ſecundo quidem loco præclaras animi tui uir‑tutes & excellentes naturæ dotes longa: ut par eſt: narratione rеceeram. Cunctas tu nanq; nobi‑les Hiſpaniæ mulieres memoratu famaq; perpetua dignas omni genere uirtutis & ueræ lau‑dis antecedis. Quod ego dicere non auderem propter aliarum inuidiam: niſi hoc meum de tua præſtanti uirtute iudicium Eerdinandi regis & Reginæ Germanæ ſententia comproba‑ret. Equum eſt igitur ut quemadmodum omnes uirtute præcedis ſic etiam omnibus in ho‑no rempræponaris. Vale.

Siculus Gutterrio Velaſquo. S.

NVntium magnum & iam diu uehementer optatum proximis nonis accepi Gutterri clariſſime: cum mihi dixiſſet Ioffredus tuus dominam Mariam præſtantiſſimã tuam & generoſiſſimam coniugem eſſe grauidã. Quæ quidem res me affecit leticia incre‑dibili. Gratulatus igitur tibi ſum uehementer & deo optimo maximoq; qui benigne preces & orationes noſtras audiuit gracias egi promiſſaq; uota perſolui: Cuius numẽ adoro ut tibi pro‑lem concedat parentibus & auis antiquiſq; progenitoribus dignam. Cuius eximio ſplendore Velaſcorum & Henricorũ clariſſima domus maxime gaudeat ſemperq; lætetur. Vale & Sicu‑lum tui nominis maxime ſtudioſum eſſe ſemperq; futurum tibi perſuade Iterũ bene uale cũ generoſiſſima coniuge.

Siculus Arnao Velaſquo. S.

IAm diutius expecto quottidie magno deſiderio promiſſum tuum Arnae doctiſſime: quod te tam diu diſtuliſſe ualde miror: cũ præſertim tua ipſius magis interſit q̃ mea. Ne committas igitur ut imposterum tui nominis memoriã neglexiſſe uideare. Ego enim tibi tuæ famæ propagationem & uitæ longioris iter oſtendo. Quam nimirũ: ſi tibi non defueris: q̃ longiſſimã efficies. Vale.

Siculus Ioanni Velaſquo diſcipulo ſuo. S.

SVperioribus diebus amantiſſimas litteras ad te miſi mi cariſſime Ioannes: quibus te nõ hactenus reſpondiſſe miror & moleſte fero. Scio enim te nõ minus amare Siculũ præceptorem tui amantiſſimum q̃ amaris ab eo: Cui æque carus es & optatus ac pa‑tri tuo clariſſimo uiro: qui te certe mirifice diligit. Quare uereor interdũ ne aut ſis mei abſen‑tis oblitus ad quo minus ad me ſcribere poſſis te aduerſa impediat ualitudo: Si uales igitur te etiã atq; etiam rogo ut litteras cuiuſcunq; generis ad me mittas: quibus tui ſilẽcii cauſam ſcire poſſim: atq; quid agas quibus rebus adoleſcẽtiæ tuæ tẽpus: quo nihil eſt præcioſius: impẽdas. Quippe qui uereor ne ꝓpter abſentiã meã bonas artes & p̄clara litterarũ ſtudia deſeras. Quod quidem ſi ita eſſet uix queo dicere quantũ mihi diſpliceret. Noui enim ingeniũ tuum aoni‑dum fontibus aptum & omnis ſciẽtiæ capax: noui & memoriam facilem atq; fidelem: Ideoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



te lectionibus honeſtis maximeq; profuturis uacare uehementer cupio: hominis enim uita ſi
ne doctrina quid eſt aliud niſi mortis imago? Si noſtris igitur amantiſſimis atq; fideliſſimis
conſiliis parere uolueris liberalibus ſtudiis operam dabis: & doctrinam: qua nihil eſt præſtan
tius: rebus omnibus antepones. Quod ſi me præceptore uti propter abſentiam meam non
poteris alii tibi me fortaſſe doctiores: qui te doceant: non deerunt. Vale.

Siculus Franciſco Verudico diſcipulo .S.

ET ſi me alicuius fati ſiue potentia ſiue malignitas a iucundiſſima tua conſuetudine
ſuauiſſimoq; colloquio diuellere potuit uir admirandæ uirtutis nullo modo tamen
efficere poterit ut te nõ amem multo etiam uehementius abſentem q̃ praeſentem ca
rum ſemper habui. Nam & ſi te oculis cernere nequeo uideo tamen animo ſemper & tecum
maneo tecum loquor & tecum deniq; ſum dies totos & noctes. Erit enim rationis expers &
omni ſenſu carebit ſi te non nimium diligat quicunq; rariſſimos tuos mores & ingenium no
uerit. Ego uero te nõ amo ſolum uehementer ſed etiam ueneror & obſeruo: uel quia tibi plu
rimum debeo uel quia ſic tua uirtus admirabilis & ratio poſtulat. Sed de maximis tuarũ uir
tutũ meritis alias. Homo cuius cauſam mihi tuendã ſuſcepi neq; uiuit neq; moritur: uiueret ta
mẽ: ut opinor: ſi tuã & eorũ quos ſibi putat iratos: gratiã cõſequi poſſe confideret. Sim minus
tanq̃ lucerna: quæ deficiente oleo paulatim flamma conſumitur: extinguetur. Audio te lon
gis & paribus haſtis atq; fictis armorum certaminibus operam dare: quã ob rem non equidem
miror: es enim tam dexter & fortis eques q̃ facundus & dulcis orator: Tribuit namq; tibi natu
ra benigna non ſolum ingenii ſed etiam pulcherrimas corporis dotes. Cæterum tu quæ tua
eſt prudentia ſingularis ingenii potius uti debes muneribus q̃ corporis. Illi namq; mihi fœli
ciores in uita uideri ſolent: qui terra fruunt̃ et cælo. Sed uereor ne me accuſes propterea quod
tibi dare conſilium uideor: qui oẽs prudentia uincis & ingenio. Vale.

Siculus Martino Lorequo.S.

IVcundiſſimæ mihi fuerunt litteræ tuæ chriſti miles uenerabilis: ſunt enim teſtes &
erũt ſempiterni humanitatis & obſeruantiæ erga me tuæ. quam ob rem tibi magnas
habeo gratias: teq; rogo maiorem in modum ſi fieri ſine tua moleſtia poterit: ſæpius
ad me ſcribas quandoquidem ego magna læticia tuis litteris efficiar: & q̃ libentiſſime reſpon
debo. Quod diſcipuli quottidie ſcribũt & lectionibus uacãt uehemẽter gaudeo lætorq;: Qui
bus & eorũ parentibus omnia fæliciter euenire q̃ maxime cupio: ſunt enim ualde nobiles &
præceptoribus benigni & non ingrati. Conſilium tuum quod ad me de tuorum ſtudiorum
ratione ſcribis & Sæculi renũciatione non probo ſolum ſed etiam plurimum laudo. Eſt enim
magni iudicii ſummæq; prudentiæ: propterea quod & uitæ mortalis effugere pericula docet
quibus undiq; noſtra fragilitas oppugnatur: & ad gaudia ueræ fœlicitatis & æternæ ſalutis ex
peditum iter oſtendit. Quamobrem merito quidem tuum laudari conſilium debet. Cæleſti
namq; domino & ſempiterno militare multo melius eſt q̃ mortalibus mundi ſeruire principi
bus. Cæterum ego & ſi te ab honeſto tuo ſanctoq; propoſito auertere nolim minus tamẽ uellẽ
te hoc tempore nobiliſſimos iſtos diſcipulos abſq; præceptore deſerere: ne per abſentiã tuam
tradant obliuioni quicquid hactenus didicerunt. Rogo te igitur atq; obſecro & obteſtor ut quo
ad me conueneris ab iſta tua deliberatione ſuperſedeas & diſcipulos ſi ſine tuo incommodo
facere poteris q̃ diligentiſſime doceas. Quod ſi: ut ſpero & opto: feceris erit mihi q̃ gratiſſimũ
tibiq; magnas gratias habebo: Nam domus iſta: quam colis non palatii quidem ſed honeſtiſ
ſimeæ religionis uitam & mores obtinet: & domini: quibus hoc tempore ſeruis: ſunt non ſo
lum nobiles ſed etiam liberales atq; benigni. Quod autem ad ſtudiorum tuorum rationem
attinet ego cum unum in locũ conuenerimus te quoad potero lectionibus & aliis rebus pro
mea tenuitate iuuabo libenter ut tibi coram ſum pollicitus. Vale.



Lucius Marineus Siculus Fæderio a Toleto Du
ci Albano & Cauriæ Marchioni fœlicitatem.

E T ſi me litteras ad te dare cogitantem maieſtatis tuæ maximus ſplendor
quaſi numem atq; ſolis radius noſtræ mẽtis oculos perſtringens deterre
bat: tua tamen inclyta uirtus & ſingularis humanitas adhortata eſt circũ
ſpectiſſime princeps: ut ea maxime fretus meas ad amplitudinem tuam
q̃uis incultas litteras mittam. Quibus meum de tua fœlicitate ſenſum
atq; animum deditiſſimum tibi breuiter exponam. Hactenus præter alia
multa maiorum tuorum ſtemmata & præclara uirtutis inſignia dux illu
ſtriſſime tres etiã res memorabiles te inter omnes Hiſpaniæ magnates
ad modum generoſum te præclarum te fœlicem & illuſtrem faciebant.
Vrbs ſcilicet Conſtantinopolis: quæ bizantium olim dicebatur: a cuius clariſſimis imperato
ribus genus & originem ducis: & Tholetana Ciuitas admodum fœlix: quæ tibi de magno
ſuo nomine cognomen dedit ampliſſimum: ac Alua Thormenitana: quæ magnis & præcla
ris nominibus tuis maiores & illuſtriores ac ducales titulos adiunxit. Hoc autem tempore:
quoniam caducis intermiſſis laboribus humaniſq; negociis: in quibus omnes fere mortales
magnam fœlicitatem atq; ſummum bonum poſitum eſſe falſo putant: ingenuas artes & ſapiẽ
tiæ ſtudia ſectaris: diuinum iſtud ingenium tuum & generoſum animum præclaris filoſopho
rum lectionibus excolis: te quidem multo clariorem multo fœliciorem omnes & illuſtriorẽ
exiſtimant. Ego quoq; prius omni ſtudio & magno cultu ſummaq; ueneratione: qua mihi
maximis tuis uirtutibus & rebus inclyte geſtis dignus uidebare: te proſequebar: Sed tunc: ut
uerum fatear: ut unum ex Hiſpaniæ uiris illuſtribus: ut Aluæ ducem magnanimum: ut unũ
deniq; ſobrinum Ferdinandi Regis amantiſſimum regiæq; dignitatis ad modum ſtudio
ſum. Nũc uero multo religioſius atq; diligentius obſeruandum te mihi propono. Siquidem
te colere nunc incipio uenerande princeps non ut ante hac feci: tanq̃ Aluæ ducem clariſſi
mum & imperiali regioq; ſanguine progenitum: non ſolum ut magnis uel naturæ uel inge
nii uel fortunæ dotibus excellentem: ſed etiam ut optimum principem ut magnum uirtutis
& ſcientiæ cultorem: ut deniq; ſapientiſſimũ uirum & æternitati conſecratum. Præclara nãq;
litterarum ſtudia & filoſophiæ ſalutifera documenta mortalibus ad immortalitatem certum
iter oſtendunt eoſq; ad eternam gloriam ueramq; fœlicitatem perducunt. Te itaq; ſapientiſſi
me princeps ad ſacra uatum & excelſum beatitudinis templũ peruenturum iam proſpicio. Cõ
ſilia enim ſapientum & ſalutiferæ lectiones ad montem altiſſimum ad tutum ſalutis portum
uolentes homines adducunt. Enimuero nihil eſt litterarum ſtudiis utilibus: nihil homini
bus neceſſarium magis: & his maxime: qui ſunt in alto rerum faſtigio collocati: docti nãq; uiri
& gaudium: & ſolatium quærunt in litteris: nihil eſt enim tam lætum quod litteris nõ lætuis
fiat: nihil tã triſte: quod his nõ ſit minus triſte. Qua re ſi quis uel uxorẽ uel filiũ uel rẽ aliq̃ ſibi
charã perdidit: is ſi litteratus eſt q̃uis animo turbatus: ad unũ doloris lẽuamẽtũ litterarum ſtu
dia cõfugit. quæ docẽt ut aduerſa magis intelligãt & pacientius ferat. Quapropter ego ſæpe
mecũ alius aliũ fœliciſſimũ iudico: qui claræ perpetuæq; famæ cogitatione perfruit̃: & p̃claris
rebus incumbens certus poſteritatis magna cum ſpe futuræ gloriæ q̃ fœliciſſime uiuit. Pru
denter igitur tibi cõſuluiſti ſapientiſſime princeps: qui: quãuis grauioribus annis: ad litteras
reſpexeris. Nulla enim ætas ad adiſcendũ tarda eſt. Idẽ fecit Rex Alfonſus Ferdinandi regis
patruus: qui cũ rei militari belliſq; gerendis plures annos impediſſet prope iam ſexagenarius
magna ſciẽtiæ cupiditate ductus litteras latinas tanq̃ puer a primis rudimentis adiſcere cœpit:
in quibus optimis adiutus præceptoribus breui tẽpore plurimũ quidẽ profecit: nihil enim tã
difficile nihil tã arduum quod uolentis animus non perficiat: fecerunt hoc & alii complures
uiri ſapientiæ ſtudioſi: qui nimirũ quo ſerius ad bonarum artium ſtudia ſe contulerunt: eo ſa
pientiores euaſerunt ſanctiuſq; uixerunt. Et quod maxime concupiuerãt adepti quantis pri

Universidad de Deusto
Biblioteca



us in tenebris uerſabantur experti ſummopere gaudebãt. Perge tu igitur excellentiſſime prin
ceps: ut pulcherrimã: quæ tibi parata eſt: ſummæ laudis & immortalitatis coronam conſequa
re. Quæ res eo quidem tibi facilior erit quod opibus habundas & ingenio q̃maxime
polles. Vale.

Lucius marineus Siculus Antonio Auguſtino ĩ utroqꝫ
iure Doctori & procancellario cõſiliarioqꝫ regio. S.

FAcile intelligi poteſt Auguſtine uir præſtantiſſime ex tua iſta nõ parũ illuſtri nec
tibi ſperata gloria quãta ſit uis innocenciæ & integritatis: quanta in adminiſtrãda
iuſticia prudentiæ & magnanimitatis. Nam cum Rex maximus Ferdinandus ad
procancellatus dignitatem digniſſime putauit te euocandum huius rei pene om-
nino inopinantem fuit certe illud ſumma tua gloria conueniſſe omnes in hoc in
magnis prouinciis tibi demandatis ſancte fortiter & integre gubernatis ſummo Regi tandem
ſingularẽ tuã uirtutẽ fuiſſe perſpectã. Qui expetẽtibus mſtis & præauiditate ceuẽtibus erecto
ore latrãtibus iam uoraturis: ſi dimittatur: te potiſſimũ ſpõte pro cãcellatui præfecit decreto
ſuo exemplũ ac formã poſteris. Et me deus ut gerit Rex Ferdinãdus alia ſapienter cõſuluit in
hac re officio prudẽtiſſime. Fuit enĩ æquũ ut qui Alfonſum Caualleriã amiſſerit Thomaſiũ
Malferitũ ſepelierit cordatiſſimos uiros ac duo: ut ita dicã: ĩ iure pleniſſima lumina: eum dein
de eodẽ ĩ loco cõponeret: qui nec deceſſoribus cæderet officio par & Rege nõ eſſet indignus.
Atqꝫ ut tibi Fauſte ceſſit mihi quoqꝫ non infæliciter contigit: nihil enĩ eſt unde tibi proſpere
quin inde quoqꝫ Siculo cõcedant oĩa ex ſententia: & profecto agitur mecũ neſcio qua benigna
ſorte a quo tẽpore ſum regiã curiã conſectatus: ut nõ ſortiant̃ procancellatũ niſi qui certatim
meas res ament iuuẽt & tueant̃ nominis mei fauiſſores. Fuit nãqꝫ Caualleria mihi ſumme be
niuolus: Thomaſius uero Malferitus propẽſior: Demũ tu beniuolus & propẽſus: & ĩ quo ma
gis debere me tibi cõfiteor Siculi tui ubiqꝫ pleniſſimus praedicator ubiqꝫ amator ubiqꝫ fautor:
ut nõ minus uelis augere meã dignitatẽ cõmẽdatione tua apud Regẽ Ferdinãdũ q̃ tuã cõſer
uare. Sed eſt in te ut par illis eruditio: nolo enĩ tibi blãdiri neqꝫ illis detrahere quicq̃: ita huma
nitas lõge liberalior & natura benignior: qua te uoluit opifex rerũ ſummus deus ut cæteris &
animi & corporis dotibus plenius decoratum. Quare ut tibi gratulor mihi quoqꝫ gaudere de
beo meo priuato bono: qui ut es uultu elegãti ac totiꝰ corporis decora proceritate: ut exornes
eminẽtẽ iſtã dignitatẽ nõ iã minus q̃ ipa te decet: refert enim multũ ſublime officiũ eius qui
præſit actione geſtu & inceſſu graui ſi reuerearis tã inſigni munere cumulatus Siculũ tuũ inti
mius fouebis: quod facies ſi tuã ſapiẽtiã fauſta & pene auguſta fortuna ueluti ramẽtis ĩ iectis
nõ occecabit. Cæterũ nõ poſſum mihi perſuadere quĩ iſta natiua humanitate & genuinis cæte
ris egregiis tuis uirtutibus in tãto faſtigio collocatus ſis & ſine inuidia immortalem tibi apud
omnes gloriam conciliaturus. Vale & uiue diutius cum uxore fæmina probatiſſima Aldonſa
tua Albanelli uiri clariſſimi filia & prole ſpecioſiſſima iterum bene Vale ex Cæſarauguſta
Pridie Idus Aprilis. Anno. M. ccccc. Viii.

Siculus Antonio Mudarræ ſuo. S.

QVoniã bene ualere te ſcribis plurimum lætor & deo gratias ago: qui te in tantis hoſpi
tiorum laboribus & anguſtiis ſeruauit incolumem. Ego mi mudarra bene ualeo: ſed
multo certe melius ualerem: ſi tua tan diu me non torqueret abſentia. Nam mihi: ſic
deus mea uota benignus exaudiat: poſt tuum diſceſſum nihil iucundum nihil gratum fuit
unq̃. Tenet me præterea maximum deſiderium Segouienſis epiſcopi: de quo ualde miror te
nullã mihi in tuis litteris menotinẽ feciſſe. Quando quidem non ignoras quantum ille me
diligit & quanta mihi ueneratione colitur: ad quem nunc non ſcribo propter tabellarii feſti-
nationem. Quare te rogo maiorem inmodum: ut me apud eum diligenter excuſes. Tuis ne-
gociis: quæ



gociis: quæ mihi comendaſti: curã omnẽ ac diligentiam adhibebo. Pro peponibus autẽ: quos
te mihi mittere uelle ſcripſiſti: tibi magnas gratias habeo: teqꝫ iſta cura liberum eſſe uolo: libẽ-
tius enim hoc tempore pinguibus anſerum offis cum acri allio & ueteri caſeo ueſcimur q̃ pe
ponibus: qui uentrem nimium ſoluunt. Hoſpitas tuas ſalutaui nomine tuo diligenter: quæ te
magno amore reſalutant. Vale ex Burgis Idibus Septembris.

Siculus Antonio Mudarræ. S.

PRoximis diebus litteras ad te dedi: quas ſi nondũ accepiſti ab Arnao Velaſco petito:
ad eum enim miſi tibi reddendas. Cubile tuũ campeſtre ſparti funibus mea manu
bene colligatũ ei ad te deferendum tradidi: qui mihi litteras tuas attulit. Ego mi mu
darra ſum hic ualde ſollicitus nec tñ iſthuc audeo proficiſci: ne ſim moleſtus amicis qui me
fortaſſe ſine ſuo labore & incommodo hoſpicio recipere non poſſent. Rogo te igitur maiorẽ
immodũ: ut quid mihi ſit agendum ex tuis litteris intelligam. Gauilianus noſter pulchre ua-
let: quem ſi mihi neceſſe fuerit hinc diſcedere: mecum ad te ducam. Vale Burgis tertiodeci-
mo Calẽdas Octobris.

Siculus Antonio Mudarræ. S.

PAucis antediebus ad te ſcripſi q̃ inuitus hic manebã: tũ propter tuã tũ propter Fer
dinandi regis abſentiã. Ideoqꝫ te rogaui ut quid facere deberẽ ex tuo cõſilio ſcire
poſſem. Abs te uero hactenus neqꝫ litteras accepi neqꝫ nuncios: quod non ſine ma
gna cauſa fieri puto: noui enim tuam ſcribẽdi diligentiã ac liberalitatẽ. Quare nõ
poſſum etiã de te nõ eſſe ſollicitus. Nuper a Ioanne Calindo litteras accepi: quas
legi non ſine multis lachrimis ſummoqꝫ mœrore. nunciarũt enim mihi Catherinæ meæ cha
riſſimæ ſororis obitum. Cui quantũ debebã & quantũ ſatiſfacere ſemper optaui anteq̃ a uita
diſcederet multi quidem ſunt teſtes & tecum ſæpe locutus ſum. Sed importuna mors mea uo
ta præuenit: accuſabunt me manes eius apud deũ & non iniuſte: ſiquidem quod illi debebã
perſoluere nimium diſtuli. Quapropter magno mi Mudarra dolore conficior: in quo me con
ſolari nemo poteſt ne ipa quidẽ Philoſophia: Cui ſcis me ſemper ſtudioſiſſimũ fuiſſe. Caſus
enim grauiſſimus omnibus amicis abſentibus teqꝫ longe diſtante mihi nunciatus eſt. Nã ſi hic
affuiſſes nõ dubito quim impartiſſem tibi dolorẽ meũ. Vale Burgis Pridie calẽdas Octobris.

Siculus Gabrieli Sancio conſiliario regio
& theſaurario generali præſtãtiſſimo uiro. S.

CAſtigans caſtigauit nos deus & morti non tradidit nos. Eſt enim dominus tam mitis
& pius q̃ magnus & iuſtus: Et non clemens minus q̃ potens nec iuſticiæ magis q̃ miſe
ricordiæ plenus. Qui ſicut eſt ad iudicandũ iudex rectus & cõſtans ita & ad ignoſcen
dum benignus & facilis. Omnibus enim nõ modo iuſtis & ſanctis hominibus ſed iniquis etiã
& improbis peccatoribus uocatus propicius ſemper adeſt. Qui ne illorum quidem mortẽ ſu-
ſtinuit quorũ maximis iniquitatibus indigniſſime patibulo latronũ more pepẽdit. Siquidem
patrẽ chriſtus ut illis ignoſceret ſuma cũ pietate pacienter orauit. Quippe qui & bonos amat &
malos odio non habet: Homines enĩ nõ odit dñs quãuis malos & improbos peccatores: quo
niã quos ipe fecit & quos ab initio dilexit odiſſe nõ poteſt. Nam cum ipſe ſit æternus omnia
quæ in eo ſunt æterna ſint neceſſe eſt. Eius igit̃ æterna uolũtas & æternus eſt amor. Qui bonis
nõ in campis helyſeis: ut aiunt poetæ: ſed in alto cælo gaudium magnũ & felicitates æternas
uirtutis præmia: malis uero ſcelerũ ſupplicia & perpetuũ mœrorẽ apud inferos & pœnas hor
rendas ab inicio conſtituit. Cumqꝫ omnibus animantibus quæ uel in terris uel in aquis uel in
aere degunt eũ ſenſum dediſſet ut quæ ſibi neceſſaria ſunt inquirerent & quæ nocitura eſſent
cauerent: hominibus quibus omnia ſubiecit rationẽ addidit cæleſtemqꝫ ſpiritũ & immortalẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



animam dedit:ut cũ aliis animalibus uegetarent cũ aliis ſentirent & cum angelis intelligerent:
eoſq; liberos eſſe uoluit:ut omnibus non alieno ſed ſuo iudicio & arbitrio uiuendũ eſſet:q̃bus
& legis præcepta tradidit:ut quod fas quodq; nefas eſſet nõ ignorarent. Quicunq; igitur domi
ni legem ſeruauerint cũ domino uiuent in æternũ:qui uero præter rationem corporis appeti/
tibus ſeruiunt & breues uitæ mortalis uoluptates falſaq; gaudia ueris ac perpetuis bonis ante/
ponunt mortem quidem moriẽtur:niſi nondum mortali uita defuncti ſua peccata luentes dñi
clementiã inuocauerint & præceptis quæ ſacroſancta iubet eccleſia non ſine cordis contritiõe
magnoq; dolore paruerint aut ſaltẽ parere uoluerint. Peccatorũ eteni dñs mortẽ nõ uult:ſed uo
ces & præces eorum qui ſuos errores cognoſcunt & dolentes peccaſſe ſe fatentur eius miſericor/
diã implorant clementer exaudit & aĩas perire non ſinit. Eſt enim miſericors & miſerator dñs:
cuius amor erga mortales eſt immenſus fons pietatis uberrimus miſerationis magnitudo mira
bilis ſitis humanae ſalutis inſatiabilis:ideoq; omniũ peccatorum quos ab hoſte maligno ſedu/
ctos agnoſcit alios ut uerus pater & pius admonet:alios corrigit & caſtigat: alios flagello percu
tit:ob dormientes in peccatis excitat:omnibus uiam perpetuæ fælicitatis æterniq; doloris oſtẽ
dens:& his:qui ſuorũ ſcelerum poenitentiam agentes ad eum reuertuntur:non ſolum paratus
ignoſcere ſed etiã coeleſtia regna daturus. O ingentem dñi clementiã: O feruentẽ charitatem:
quæ nullis hominum criminibus nullis iniquitatibus nullo peccatorum numero nullaq; ſce/
lerum magnitudine cõmouet̃. Humana leui uerbo dũtaxat læſa maieſtas mortẽ ſtatim delin/
quentis expoſcit & uindictam ſumit. Seruos dominus ſemel leuiterq; peccantes aut uili precio
uendit aut nimia percitus ira uerberibus occidit. Pater filium quem genuit uel parua culpa uel
interdũ nulla crudeliter abdicat. Matres quoq;: quarũ natura micior atq; pietas maior eſſe de/
bet: in filios ſuaq; uiſcera plærunq; ſæuiunt. Iudex in foro nonnunquam reos: quos impune
dimittere iure poſſet: iniquo iudicio falſaq; ſententia condemnat. Quot enim clientes patrono
rum uel negligentia uel prauitate male defenſi periere? quot medici iacentes infirmos: quos op
tatæ priſtinæq; ualitudini reſtituere facile poſſent: aut deſerunt ut moriant̃ aut ipi uenenis ene/
cant? Diues inopem crudeliſſime negligit fameq; perire ſuſtinet: amicus amicum ueterẽ atq; fi
delem deſpicit. Vſq; adeo eſt oĩs uirtus in humanis admirabilis: in quibus non uerus eſt amor
non charitas feruens & ordinata non pietas amabilis non tuta fides non ſpes certa ſatis nõ ſan/
cta iuſticia: non neceſſaria & bonis amica ueritas: nõ ſtabilis amicicia. Quapropter illorum mihi
cæcitas accuſanda iure uidetur qui principes humanos atq; mortales læti feros principatus ter/
renas & caducas opes falſos & inanes honores ambicioſos magiſtratus immundas & perbreues
corporis uoluptates cæleſtibus & æternis bonis immortaliq; dño anteponunt: qui benignus ẽ
potens eſt & æternus: qui cuncta fecit ex nihillo: qui oĩa pugillo continet: q̃ hominũ blaſfemias
tollerat: iniurias & contumelias non ulciſcitur: qui cum ſuis ſeruis in iudiciũ non intrat: qui fi/
lios a ſe non expellit non ſuo reguo priuat: qui bonus uerus & æquus eſt iudex: qui ſuo patroci
nio confidentes falli non ſinit: qui languentes ſanat infirmos pauperibus ſubuenit amicos nõ
deſpicit: iacẽtes attollit cadentibus dexterã porrigit conſolatur afflictos: omniũ quos errorum
ſuorum pœnitet miſeretur cunctis indifferenter & ultro cœleſtia dona promittit. In eos autẽ q̃
peccatorũ mole depreſſi diuinam clementiam miſericordiamq; deſperãt quiq; falſam aliquã
religionẽ colunt in eaq; hæreſi moriuntur dñs non iraſcitur ſed ſuam iuſticiã exercet: non ira/
ſcitur quia pati nõ poteſt: ſuam iuſticiam exercet quia coſtans eſt iuſtus & immutabilis: immu
tabilis quia totus perfectus totus potens totus eſt ſapiens: in quem non mutatio non ira nõ pa/
ſſio non ulla cadit perturbatio mentis. Atqui ne forte mireris Gabriel uir præſtantiſſime cur ti/
bi tot ac tanta de deo commemorem paucis dicam quorſum hec noſtra tendat oratio. Permiſit
deus ut nos caſtigaret & ſuæ maieſtatis memores faceret Ludouicum filium tuum meumq; di
ſcipulum triginta quinq; uulneribus ab hoſtibus confodi: ſed neq; illum corporis neq; nos ani/
mi dolore perire ſuſtinuit. Deus enim Ludouico cadẽti manus oppoſuit & corpus eius clypeo
ſuae pietatis opperiens hoſtium uires telaq; repreſſit: ne Ludouicus læ tale ullum uulnus accipe
ret. Qui duobus digitis dextræ manus amputatis ſuæ fortitudinis teſtimoniũ perhibet. Quod
igitur uiuit filius tuus non fortunæ: ut aiũt multi: nõ medicis ſed ſoli deo referamus acceptũ:



qui Ludouicũ noſtrũ a læti faucibus eripuit & tuis lachrymis uotiſq; reſtituit: qui demũ nos ca/
ſtigauit ſed morti non tradidit. Vale.

Gaſpar Barrachinus Lucio Marineo Siculo
poetæ oratoriq; facundiſſimo. S.

Cum ſis omniũ bonarũ artiũ exemplar & norma: ac uideã te tantũ in philoſophiæ ſtu
diis & cæteris elaborare facultatibus: quantũ cæteros: quos unq̃ nouit hiſpania: facun
dia excellere: nõ poſſum ſatis admirari: & ſimul cõqueri de tẽporũ malignitate: quia fit
ut bonarum artium expertes opibus abũdent: ſtudioſi uero egeant & mendicent. Quare conſi
lium meum a te non improbatum irì exiſtimo: ut filioli mei: cæteris ſtudiis omiſſis: iuribus tã
tum incumbant. Nam ego mi Luci aliquantulum operae in iuris ciuilis diſplicina conſumpſi:
ſed multo plus in ſtudiis humanitatis. Hæc mihi pene nihil attulerunt utilitatis: ſed potius in/
commodo nonnumq̃ fuerunt. Illa autem quandoq; iuuarunt: obfuerunt certe nunq̃. Itaq; ut
chyrurgus atrociter uulneratus optimeq; decoctus: uti nos hiſpani dicere ſolemus: malis meis
didici melius liberis meis: q̃ mihi ipſi cõſulere. Quos tametſi corã ſæpe & multũ monui: ut totis
neruis iura noſſe contendant: non ab re tũ mihi uidetur etiam litteris hortari. Quas anteq̃
extra prouinciam deferantur: Ad te præceptorem meum caſtigandas mittere decreui. Quare a
te maiorem in modum peto: ut eas politiſſima lima tua ſicut ſoles alias uel emendare: uel poti
us obeliſco purgare uelis. Erit nãq; id mihi inter multa & magna officia in me tua gratiſſimũ.
Vale. Ex caeſarauguſta Calendis nouembris. Anno ſalutis nr̃e. M. cccc c. Viii.

Gaſpar Barrachinus Ioanni &
Franciſco filiis Salutem.

Quo magis ſingulis horis conſidero: quanta me inde ſequãtur damna: quod adoleſcẽs
mediocri ingenio præditus ſtudia deſerui: eo magis grauiuſq; me pœnitet: ac tot pœ/
narum formis torqueor: quot alienæ mihi uoluntates & nutus expectãdi ſequendiq;
ſunt. Pluribus enim amiſſa libertate inſeruire neceſſe eſt: & mille perpeti offenſionum genera:
ſi uel ego fame: uel uos interire nolo. In omnes has tunc incidi iacturas: cũ puerili quadã amen
cia iura ciuilia: quibus per aliquot annos operam dederam: incautus ſpreui. O me infœlicem:
qui neq; quod mihi conducibile erat cognoui: quos ſemper monere hortariq; nõ ceſſo: ut ſtu/
diis incumbatis diligenter: tunc etiam multo fœliciores exiſtimari licebit: cum iam doctrinã
conſecuti eritis: quæ uobis abſq; ullis ſordibus: ut ingenuos decet: honeſtam uitæ cõditionem
præſtare: quæq; nulla ui niſi ſimul cum uita auferri queat. Tunc niſi ueſtra ſponte ſeruietis ne/
mini: tunc uobis inſeruient omnes: tunc honoribus & præmiis proſequentur uos omnes: uos
admirabuntur cæteri & colent: uos deniq; beatos ſuſpicient & prædicabunt. Quod ita futurum
haud dubie ſpero: niſi uobis ipſis deeſſe malueritis. Quare uos filioli chariſſimi uera prædicẽ/
ti mihi credite: credite inquam parenti ueſtro: qui melius uobis cauere: q̃ mihi malis meis didi
ci. Atq; hoc non a me dictum: ſed a ſybilla prolatum exiſtimate. Etatem ueſtram ſtudiis aptam
ne conteratis: ſed totis animi uiribus uoſmet uirtutibus exornate & litteris. Sic enim fiet: ut hoc
ſæculo honorificentiſſime potiti gloriã aſſequæmini ſempiternã. Nam tempus ſemel labitur:
exactumq; minime reuocari aut reſartiri poteſt ac tunc demum inertiæ ueſtræ uos pœniteret:
cum remedium penitus eſſet a ueſtra manu ſublatũ. Curate igitur moneo: curate obſecro uos:
ne ſerà nimium pœnitentia uos torqueat: quae me magis indies uexat & abſumit. Valete. Ex
Cæſarauguſta Calendis nouembris Anno ſalutis noſtræ octauo ſupra mileſimum & quingen
teſimum.

Gaſpar Barrachinus Lucio Marineo Siculo
poetæ oratoriq; facundiſſimo. S.

Universidad de Deusto Biblioteca



EXimius quidã organorum faber:quẽ hic ego noui:cũ maxime ſtuderet cõcinnas ſpe
cies modulari:iugi cura operã tibiarum miniſterio nauabat:ſed quo magis ſonis aſſi-
duis intendebat:eo hebetiores ac obturatiores eius afficiebãtur aures:Crebra ideo ſed
exigua utebatur ambulatione.Qui cum moleſte ferret temporis intermiſſi iacturam:ſagacitate
quadam plura expertus hoc tandem oportunius remedium inuenit. Ducebat ſecum ipſe ca-
nem ſatis corpulentum:quem cum defatigatum ſentiebat auditum cedebat grauiter.Canis ue
ro ictibus exagitatus immenſos latratus ululatuſq; edebat.Quibus audiendi uis excitata noua
batur & modulatione multo citius adamuſſim adæquabat. Vides ne quanto illuſtriora fiant
oppoſita ſi iuxta cõferantur?Quorſum hæc inquies? Quia ſcio te aſſidue optimaquæq; legere
& paria non minus ſæpe ſcribere:inde aures tuæ ſuauiſſimis ſcriptis:ut ita dicam:ne calloſae fi-
ant:neceſſe eſt nouitate aliqua excitari:ut multo apertius ſentias atq; cõuictus fateare: q̃ tua ſcri
pta facũda perfectaq; ſint.Hos igitur uerſiculos meos uel potius latratus audies.Qui ſi tibi nimi
um diſplicebunt:hac compenſatione leuabitur faſtidiũ:quod his lectis tua multo nitidiora pul
chrioraq; q̃ humanitate tua exiſtimas:ut ſunt ita ſumma uidebũtur:ſi nolis tam iniquus iudex
q̃ perfectus es orator haberi: Vale.

Antonius Roncionius Gaſpari Barrachino
Cæſarauguſtani præſulis ſecretario.S.

QVintus Curtius tuus ad te reuertitur mi Gaſpar uir clariſſime.Qui non minus me ſuo
ſtilo delectauit q̃ Alexander armis.Bello Alexander & in prælio:Curtius oratione fœ
lix.Ille agẽdo:iſte noſter ſcribẽdo clarus: uterq; certe manu & ingenio magnus. Fecit
Alexander quæ eſſent digna Curtii hiſtoria:ſcripſit Curtius quæ digna eſſent Alexãdro. Ingẽ
tes tibi gr̃as ago. Vidi enim ego tuo munere Alexandri uerã imaginẽ:quã libro ſuo ſincerius
expræſſit Curtius:quã aut apelles pinxerit aut Pyrgotheles ſculpſerit. Et licet ob hunc auctorẽ
& clariſſimas uirtutes tuas plurimum tibi debeam:multo tñ magis tibi debebo ſi :ut ego etiam
cupio & tu pollicitus es : aliorum librorum copia me magis deuinxeris:ut habeã tuo beneficio
quibus hunc calorẽ Cæſarauguſtanũ cõmunicẽ.Bene Vale.

Gaſpar Barrachinus Antonio roncionio.
Sanctæ ſabinæ Cardinalis ſecretario.S.

NOn ulri cuiuſq; eſſe Corintum petere uetus adagiũ fuit uir doctiſſime:quod ego nunc
ad me refero. Nõ enim mihi facile aut pronũ eſt tuis elegantiſſimis lr̃is ex tempore re
ſpondere.Snnt enĩ tuæ lr̃æ cultæ graues & elegantes:quibus nõ parũ meo iudicio de-
coris Alexandro illi magno & auctoritatis acceſſiſſe Curtio uidet̃. Vtinã & Politianus nõ illau
datus a te reuertatur:cui ego & nõ imerito plurimũ tribuo. Quẽ ſi tu quoq; uir excelenti inge-
nio & ſingulari doctrina tua cõmendatione dignũ cenſueris:pluris deinceps tuo iudicio factu-
rus ſum:& me ipſum q̃uis in hac horrida hiſpania natum nõ oĩno recto caruiſſe iudicio cẽſebo.
Vale.

Antonius Roncionius Gaſpari Varrachino.S.

AMabam te antea nõ uulgariter eruditiſſime uir:quod ob egregiã fidẽ tuã huic nr̃o pri
cipi charus eſſes & a ſecretis uenerari nunc te & colere inſignis doctrina & in hoĩe hiſpa
no Romana eloquentia:quaſi magno ære a te accepto mutuo obligant.Quod & ſi ne
dum ſoluere ſed nec ſubſtinere uix poſſim:indies tñ augeri cupio:ut ipſa obligatio creſcat: qua
nihil mihi dulcius.Huiuſmodi ſunt credita tua nihil ſuauius.Iudiciũ uero de me tuũ ueri pro-
rſus amoris erga me tui teſtimoniũ ſiue decipiat ſiue decipiatur pro tuis:tanti facio:ut eẽ aliqd
me credã quãdo me probas:nõ ex meipſo ſed ex te laudatiſſimo uiro:a quo uera laus manat:ut
Hector illeneuianus inqt. Quod aũt Curtii te fecerim ſtudioſiſſimũ: nõ tã mihi & auctori ſua



uiſſimo & candido:q̃ tibi bonorũ ſcriptorũ amatori debes:gaudere & geſtire Curtii manes arbi
tror tui acceſſione. Politianũ immo uarios linguæ latinæ nr̃æ ætatis principes remitto:de quo
ſatius tacere exiſtimo:ut criſpus ait de Carthagine:q̃ pauca loqui. Liuiũ plurimũ opto ſi domi
habes huic puero ad me dare nõ ſit graue:ut meridianos calores eius ſuaui lectione tẽperare ua
leã. Fac te mihi patronũ geras & bene ualeas.

Gaſpar Barrachinus Antonio roncionio.S.

SVauiſſimæ lr̃æ tuæ ut me plurimũ delectarũt:ita magnopere torquẽt. Oblectarũt enĩ
tum ingenio tuo ſingulari tũ admirabili eloquẽtia:torquet quod tot diſtrictus & curia
libus & domeſticis negociis ſim:ut uix ad naturæ neceſſitates ocium mihi ſuppeditet.
Quid enim uel iucundius mihi euenire poterat q̃ lr̃as ad amiciſſimũ & præſertim Antoniũ da-
re:uel utilius q̃ ab eo eruditiſſimo uiciſſim accipere? Quarũ & feſtiuitate oblectarer & doctrina
doctior fierẽ. Quare hinc incredibile lr̃arũ tuarũ deſideriũ:hinc negociorũ meorum moles me
ita uexat:ut inter ſacrũ & lapidẽ:ut aiunt:conſtitutus quo me uertã compertũ mihi nõ ſit. Quẽ
a me petis Liuiũ illico ad te miſiſſem:ſi domi habuiſſem apud me. Curabo tamen ut mihi reſti
tuatur & tuus quandiu uoles ſit hoſpes. Vale.

Gaſpar Barrachinus Ioanni filio.S.

EX lr̃is tuis:quas ad me. Vi.idus ſeptembris dediſti:& ex his:quas ſcripſiſti ad Michaelẽ
oliuanũ:intellexi te dare operã lr̃is:quod mihi tã gratũ fuit:q̃:ſi ut cepiſti perges:tibi &
emolumẽto & honori ſpero futurũ. Crede mihi chariſſime Ioannes nullas firmiores
opes tibi parare potes q̃ ſi liberalibus artibus te exhibeas inſtitutũ:quas niſi in iſta tua ætate ſtu-
diis apta didiceris nullis eas futuris temporibus aſſequi ſperes. Quã obrẽ te non ſolũ rogo ſed
uehementer etiã hortor & moneo:ut toto pectore incumbas ſtudiis:ne tẽpus labẽs fruſtra cõte-
ras. Nulla enim iactura eſt peior q̃ tẽporis amiſſio. Quippe quæ repẽdi aut reſartiri minime põ-
teſt. Quod ſi ut moneo feceris:& laudẽ facile inuenies & uitæ certiſſima præſidia haud dubio
tibi parabis. Has Franciſco fratri legendas dabis:quas utriq; uolo eſſe cõmunes. Vale.

Gaſpar Barrachinus Ioanni filio.S.

QVod ad me poſteaq̃ diſceſſi nihil dederis lr̃arũ nõ poſſum non ſuſpicari ſimul & dole
re mi chariſſime Ioannes uel quod nr̃i ſis immemor : uel quod te lr̃arũ ſtudia minus
ſolito delectent. Quorũ alterũ cõtra diuina tẽdit præcepta: quæ q̃ſanctiſſime obſeruã
da colendaq; ſunt:Nam eſt in cuſtodiendis illis retributio multa: Alterũ quidẽ humanæ oĩno
aduerſatur rationi. Oĩes enim: ut nequit Cicero:trahimur & ducimur ad cognitionis ſcientiæ
cupiditatẽ:Eoq; magis ut exiſtimo unũquẽq; cõſtat allici:quo indies fit doctior intelligentiaq;
& rerũ uſu magis proficit. Quare magnopere te rogo moneoq; ne ſtudia deſeras:quod & tibi p-
niciosum eſſet futurũ & mihi moleſtiſſimũ. Age ergo rumpe moras ad me q̃primũ lr̃as mitte:
quibus intelligã quid fuerit in cauſa tui diuturni ſilentii. Nec uerearis offendi me: ſi tuis lr̃is
oſtẽderis me in ſuſpitionẽ incidiſſe minus certã. Nibil enim ardẽtius deſidero q̃ me uel in hoc
falli uel ſupraq̃ & mea & aliorũ fert opinio:te multo eruditiorẽ & imprimis maximũ chriſti cul
torem euaſiſſe Vale. Franciſcũ fratrẽ meis uerbis plurimũ ſaluta & mone : ut uirtutibus & ſtu-
diis pariter incumbat & præceptoribus tuis me plurimũ comenda. Ex ualiſoleto Nonis aprilis
Anno ſalutis noſtræ. M.ccccc.Vi.

Antonius Roncionius Gaſpari Barrachino.Sa.

CVſi ſuperioribus diebus dum uenti:quibus hæc ciuitas quandoq; fatigatur:me domi
ocioſum & ualitudinariũ detinerẽt more declamantiũ pacẽ non eſſe ab hoſte accipiẽ-
dam:ſub Piſani ac Florentini inter ſe diſſidentis populi nomine:breui hac oratiũcula

Universidad de Deusto Biblioteca



quam tuo nomini dicatā ad te mitto: ut habeas aliquā ocii mei rationē: eā tñ lege: ut tibi & mihi ſolū ſcripta ſit: eāq; tuo calamo & iudicio caſtiges: ne uel calūniæ ob materiā: uel dedecori ob inelegantiā mihi dari poſſit. In quo etiā nō præſtitā te mihi fidē ſeruaturū nō dubito ob amorē meū & tuos mores. Bene Vale & me ut facis ama. Cæſaraug. pridie kl's decēbris. M.cccc. Viii.

Gaſpar Varrachinus Antonio roncionio. S.P.D.

INter medias conuentus huius regni occupationes: quæ me maxime diſtríngūt: redditæ mihi ſunt lr̄æ tuæ una cū declamatione: quas ualde hilaris accepi: non ille quidē labori mihi fuerunt ſed leuamini moleſtiæ. Quid enim ab Antonio proficiſci pōt: quod iucundū oībus & mihi præſertim nō ſit? a quo nō mediocriter amor: a quo aſſidue proferūtur multa de me honorificētiſſime: a quo labores eius mihi deſtinant̄ tanq̄ ſi æque eruditus eſſem atq; ip̄e nō auderē negare eo ip̄o mecū bene agi. Scripta tua iterū atq; iterū perlegi perlegā ſæpius: nā quo magis ea cōtēplor: eo magis probo ſuſpitio & admiror. Sunt quidē oīa ſuauitatis & uenuſtatis plena. Declamatio aūt a mediis artis oratoriæ fontibus emanauit: nam cauſa coram diu bello & cladibus meſtis & defatigatis agēda inſinuatione egebat: qua ita ex arte uſus es: ut comoditates omnes: quæ ab oratoribus deſiderentur: facile ſis conſecutus. Præterea ad diſſuadendā pacē: quæ multū eſt habitura inſidiarū: adniteris tot & tam crebris locis a tuto & honeſto ac aliis firmiſſimis argumentis: ut nihil oblatum a Florentinis dictum ac factum ſit: Interiectis ſuſpitioſis coniecturis quod dolo carere: pro cōperto habeatur. Cæterū tota oratio ita adeo eſt uariis figuris diſtincta & oratoriis ornamentis cumulata: ut nō oratio quidē: ſed aurea imago mire picturis: & gemmis ornata uideatur. Deniq; nihil in declamatione uidi quod non admirabile & maxima laude dignū ſit. Quod aūt per ep̄lam petis a me ut tibi & mihi ſoli orationē ſcriptā arbitrer: & penes me ip̄m cōtineā: concedere tibi haud facile poſſum: q̄nimo te uehemēter obſecro: ut indulgeas mihi eā tradere legendā Lucæ Marineo oratori ſummo. Nā ſi ea talis eſt: qualē ego eſſe arbitror: cur te ea gloria: & illū maxima uoluptate fraudes non uideo. Si uero quid in ea illi emendādū uidebitur: quare nō audies: cū mos ſit eruditorū amicis uel minus doctis ſcripta caſtiganda cōmittere? Acrius enim amici de nobis iudicant q̄ nos ip̄i: quos ſæpe proprii operis amor decipit. Quod ſi ita eſt: uel humanitate tua mihi ſcripta oſtēdere licebit: aut ut caſtigent̄ recuſare nō debes: legenda ergo omnino erūt a Siculo. Paciare libenter præcor quod neceſſe ē: me profecto mirūimmodū affecit oīo tua: afficiet & Siculū mihi crede: nam tāto de ea melius ſentiet quanto me ſuperat doctrina. Vtinā piſis ita adiumento eſſe poſſem: uti illis bene cupere tua facundia me coegit. Vale.

Antonius roncionius Gaſpari Varrachino. S.

QVod tu hō occupatiſſimus nugis meis occuperis & delecteris figmētis & quaſi puerilibus fabulis: amoré mutuū auges: quod ineptias probes & laudes: calcar addis ad ſtudium: q̄ me glorioſum putas laudatiōe tua? Nō cedo militi Terentiano. Sed uide ne me tollas in altum ut lapſu graniore ruā, Siculus nr̄ iuſtior erit iudex: cui ſi tibi ſic libet: poteris corrigendā oſ̄ndere oratiúculā: dignus ille q corrigat: in digna iſta tanto cenſore. Verū ſi auctorē diligis caue ne ex illius manibus exeat: ſcriptis tñ meis certe melius conſuleretur ſi Vulcano exiberent ſacrum. Bene Vale & me ama.

Gaſpar Varrachinus Ioanni & Franciſco filiis. S.

VSitatū mihi fuit ac potius cotidianū monere uos ut liberalibus ſtudiis & cæſareo p̄ſertim iuri totis uiribus incūberetis. Siquidē multa & magna præmia ab illis: a deſidia uero & inertia non minora dāna & dedecus ſperare licet. Atq; ut præclara illa habent̄ ingenia: quæ innitunt̄ gloria: ita hæc: quæ nec dānis mouentur nec infamia: ſtupida ſunt ſordida & omnino perditiſſima. Oia hæc utile fuit: niſi fallor: uos hactenus audiſſe: nec erit ab re nūc animis



eadem ſæpe & multū uolutare. Nam ſi ea ip̄a ante mentis oculos propoſueritis: externa cohortatione minime opus erit: quandoquidē iam fert ætas rectū diſcernere a curuo. Quare ego ab his iam deſiſto: ne uidear eiuſmodi adoleſcentibus diffidere: & multis & minime neceſſariis uti argumentis in re q̄apertiſſima: ne ue importunitate potius monitionū: q̄ optima cauſa a uobis extorqueatur: quod utile honeſto & appeti & fieri debet. Quam obrem finē faciā: ſi illud prius perſuaſero: magnā eſſe ur̄i expectationē: oēs enī optimis ingeniis præditos cenſent: oēs intelligunt quātū elaborauerim in erudiēdis uobis: oēs igit̄ ſperāt uos ī ſūmos uiros euaſuros. Quid ergo uos deceat uidete. Adhibenda porro adhibenda eſt ſumma a uobis cura: ne omniū iudicia incomodo ur̄o & infamia fallatis. Nā a uobis ut prædixi optima quæq; ſperant̄: & tanq̄ debita exigentur. Quod ſi ſoluēdo nō eritis: quod ieſus auertat: O filioli cedere bonis opus erit & patria. Valete. Ex Cæſarauguſta octauo Calēdas decēbris. Anno ſalutis nr̄æ. M.cccc. Viii.

Dominicus Olitus Lucio Marineo Siculo. S

NEſcio ſatis utrum me potius impulerit quo lr̄as ad eū: quē mihi ſolū phama notū fecerat darē: an Ioannis ſobrarii profecto doctiſſimi uiri conſiliū: an quod ea eſſe te præditum benignitate ex multorū ſermone cognoui: ut lr̄arū quicq̄d ideſt ſcribere nō dubitarē. Itaq; tū: ut illi: quo cū mihi ſumma iā diu neceſſitudo intercedit: morē gererē: tū quod ea: quæ prædicatur de te omniū cōſenſu uirorū eruditionē morūq; facilitatē imitandā mihi p̄ponerē: has tibi mi Luci mittēdas eſſe putaui. Sū etiā his: q libenter illis me ſtudioſum præſto: eorūq; iucundiſſimā cōſuetudinē exopto: quorū mihi uirtutes & animi præclara exercitia & utilitati poſſint eſſe & honori q̄maximo. Non igitur moleſte feras me unū eorū: q te colūt: ſtudioſiſſimū eē: ne de tua hūanitate ſpē fruſtra uidear cōcepiſſe. Vale.

Lucius Marineus Siculus Dominico Olito. S.

REdditæ mihi fuere lr̄æ tuæ Dominice uir docte: nō minus elegantes q̄ plenæ eruditionis & amoris erga me tui. Quas eo ſtudio perlegi: quo fuerūt a te ſcriptæ: diligenti ſcilicet & officioſo. Nā cū propter alias cauſas: tū uero p̄pter hoc mihi gratiſſimæ fuere: quod te & nr̄a fretū humanitate & ſobrarii nr̄i cōſiliū ſequutū ad me ſcripſiſſe plane ſignificarunt. Quā obrē tū meo tū etiā ſobrarii nomine tibi gr̄as habeo: teq; deinceps in meorū: ideſt ſtudioſorū numerū repono. Libenter enī amplector humanitatē & amorē tuū. Quare tibi perſuadeas uelim te mihi eē q̄charisſimū: & tua ipſius & ſobrarii mei amiciſſimi cauſa: neceſſe ē enim mihi eos oēs ut amē & plurimi faciā: quos charos eſſe ſobrario cognoſco. Nā cū ille meos oēs amore magno proſequat̄: uolo q̄dē illi reſpondere in eodē genere uirtutis & parē gratiā referre Vale & Iouerium uirū magnū ideſt Iouis magni uerū filiū meo noīe ſalutato. Cæſarau. xii. kl's Ianuarias. Anno. M.cccc. Viii.

Dionyſius Lucio marineo Siculo poetarū eminentiſſimo. S.

MOnteius nr̄ Siciliæ ſplendor tuas ad me lr̄as beniuolētiæ plenas detulit: q̄bus ſummo ſū gaudio affectus: tū quod ualitudinē tuā optimā ſignificabāt: tū quod amorē: quē erga me ip̄e geras: præſeferebāt. Sed angor mi Sicule: quod ea uerſor occupationū mole: ut te quē præcæteris cupio atq; exopto: aſſiduis meis laborib⁹ cōuenire nō poſſim: quibus: ſi me amas: facile cōdonabis. An ægre ferendū non cenſes quod paruo interuallo diſtātē te adire nō ualeā? Ex quo ſuauiſſimos tuæ iucūdiſſimæ collocutionis fructus decerperē? Nec grauius ē quod deſiccat & enectit Thantalū. Sed quæ tui adeūdi dabit̄ occaſio: nō incaſſum ire ſinā. De his hactenus. Ad Ariū & Bibancū meas lr̄as tui uoti indices agaſoni ferēdas dedi. Vt uterq; uel eorū alter ad nos de Bibanci uita ſcriberet. Sed tandē eorū ep̄las accepi: quas ad me uterq; dedit. Bibancus ad te ſuas mittit: quibus de ſui animi uoto te facit certiorē: ut mihi per epiſtolā ſignificauit: & ſe adhuc urbem colere. Da igitur operā mi Sicule: ut amico: immo & amiciſſimo iā

Universidad de Deusto
Biblioteca



diu laborāti:uti ſoles:ſubuenias. Nā ut uerū fateamur: tot tanq; aſſiduos annos ī urbe cōſume
re ubi parū aut nihil cōmodi præſertim ueteranis ē:pudori aut inſufficiētiæ potius q̄ prudētiæ
erit imputādū. Sed tu pro tua ſingulari prudētia cætera :quæ dici ſolent cōſiderabis:cū acerri
mos urbis illius morſus perſpicias. Ad te ibit noſter cura & corā cū eo de carminibus ages. Va
le Pyeridū decus ampliſſimū.

Siculus Dionyſio.S.

QVamdiu ego Salmāticæ & tu mi Dionyſi Tholeti fueris minus te requirebam. Poſtq̄
uero ego ſum in Ocania & tu adhuc Tholeti cōmoraris multo maius me uidendi tui
deſideriū tenet. Quod eo impatiētius fero:quo ad ſpem fruendi te propius acceſſiſſe
uideor. Nihil enim magis:quod ſæpe ſum expertus:abſentiū deſideriū q̄ ipā uicinitas auget.
Qua re te per amoré inter nos mutuum rogo atq; obſecro ut ſi fieri poteſt ad me uenias. Nam
ego ad te iam ueniſſem ſi mihi eſſet integrū. Oportet enim me rebus :quæ nunc memorabiles
a noſtris principibus gerūtur intereſſe:& earū cōmentaria colligere:de quibus poſtea pleniorē
cōficiamus hiſtoriā. Biuāco cū hic cómodā & honorificā cōditioné paraſſem :triſtē nūciū de
morte eius accepi:Cui ut uiuēti profui ſemper ſic etiā officiū mortuo perſoluam. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Thomaſio Zacco.S.

ACcepi binas litteras Antonii Biaxādri Ioānes Thomaſi chariſſime. Quas tu que tua
eſt eximia uirtus & humanitas ſingularis:ut deſiderio meo ſatiſfaceres:ad me diligē
ter & officioſe miſiſti. Reddita dico mihi fuerunt exempla duarū epiſtolarū:quarum
alterā Antonius Biaxāder:qui nūc:ut mihi dicitur: Flāminius cognominatur : ad Antonium
Catonē:alterā ad Antoninū Muratoriū iam pridē ſcripſerat. Quæ q̄ gratæ mihi fuerint q̄ iucū
dæ q̄ dulces hau d quidē facile dixerim:tum quod erant Antonii Biaxandri:cuius ingenio ali
quid æditū uidere iam diu uehementer optabā:tum quod fuerunt a te miſſae: quē ego aeque
atq; Biaxandrū ipſum charū ſemper habui. Miſiſti tu quidē mihi munus magnū:præcioſum:
gratū & perutile:quod ego mi Ioannes crede mihi pluris facio q̄ regum omniū diuicias. Nā
Biaxādri litterarū exēpla dū lego uerā quidē illius imaginē:qua plurimū delector:ante oculos
habere uideor. Fuit eni meus olim Panhormi contubernalis:cuius ingeniū magnū fœlix mi-
rabile & rerum oīum capax:cuius uitæ integritas & iucundiſſima conſuetudo quamuis adole
ſcentis:me quidē nō modo mirifice delectauit:uerū etiā plurimū iuuit. Erat eni totus deditus
muſis:totus artibus ingenuis & immortalitati cōſecratus. Sed de moribus Biaxādri & ingenii
uirtutibus alias. Nūc quod me rogas ut quid de eius epiſtolis ſenſerim ad te ſcribā:& ſi hoc iu-
dicare meū non eſſe cognoſco:breui tamē:ut tibi morē geram:quod ſentio dicā. Sunt non pu
blicæ uenæ:& quales nequeo moſtrare & ſentio tantum. Sunt omnino:ſed certe nō uidentur
eſſe noſtri tēporis. Siquidē cunctis orationis ornamentis & uæteres doctiſſimos æquant:& re-
centiores excedunt. In quibus uerba ſunt electa:uerū neq; noua tamen neq; recōdita:Sed e me
dio eloquentiæ ſacrario prolata. Sunt præterea non graues minus q̄ diſertæ:ut pote hominis
æque ſapientis atq; docti:& nemini notioris q̄ mihi:& propterea fortaſſe nulli charioris.

Antonius Biaxander Antonio Catoni.S.

FRequēter hortaris Cato ſapiētiſſime ad reuiſendā patriā:& tanq̄ eius ābitionis ſtoma
chatus uł certe nō uſq̄quaq; ꝓbās lōgā morā ac diuturnā cōperēdinationē: ad dulces
penates:ad amicorū ſuauiſſima colloquia:cōuictus:& optatiſſimos amplexus : ad co
mune natale ſolū charū gratū atq; iocūdū exacuis ac ſollicitas. Facis tu qdē ex abūdātia amo-
ris ſūmi erga me tui mihi ſæpe ac ſæpius pſpecti :& illa nō accerſita neq; inſititia ſed īgenerata
animi ꝓbitate illuſtri ac p̄ceptis uirtutis & morū cōfirmata. Quæ ut cæteris tanq̄ ſublatū qđdā
uexillū ſēper apparuit:Sic nobis potiſſimū nūq̄ deſiit cōſulere atq; ꝓſpicere. Qua ī re amo uni



ce amorē tuū ac grauiſſimū cōſiliū fidei & charitatis pleniſſimū. Et me ꝓculdubio cōmoueret
uolūtas tua: quē principē ad totius uitæ meæ ac ſtudiorū meorū igrediēdā ac ſuſcipiēdā rōnē
ſemp habui. Sed quid faciā? Oē ſpaciū p̄teriti tēporis tumeſcētibus undis & mari magno iacta
tus ſi Romæ oīno fortunæ aura reflauerit:tandē mutata uelificatione patriū portū occupare
ac ſemel capto anchorā iacere ſtatui ultimā. Ego me ieſu in Sicilia ueluti ī elyſio uellē maxime
conquieſcere: de curſo eius ætatis curriculo & rerū anguſtia & ſtudiorū aſperitate afflictatus &
quaſi diuturnis uigiliis delūbatus:a quibus nullū ætatis meæ tēpus abhorruiſſe nō inficior &
ipē coniectas:deberē tādē a tāti laboris pertinatia reſpirare. Noſti eni naturā hominis addictā
aſſidētē & quaſi chartis cōſecratā & prodigā ſui:quæq; nullo pacto ſciuit ſtudiorū triſticiæ tem
perare. Quo igit mihi tot profeſſiones? Itaq; tū ſi egerim Romæ annū aut bienniū ad ſummū
ac duo uolumina mihi octo annos perueſtigata de accētricis:ut uocāt:epycidis & abſidibus:q̄ ī
urbe eſſe iāpridē odoramur:ubi enotauerimus nihil erit atq; reſtauerit:qđ nos a patriis laribus
depellat. Nō mihi parētes obliti erūt:nō excident amici:obuerſabit oculis meis patria:occurſa
bit ſoror aſtabitq; in cōſpectu nr̄o. Cuius incepta uix miror. Quā ſane aſſeris nō ſatis tolerāter
ferre ſeiūctionē noſtrā: atq; ita:ut nullo pacto uelit creari ſacerdos. Muliebra ſunt hæc & anilia.
Vellē ego occurrere eorū tenuitati: Sed uix poſſum meæ:quādoq; illa eorū q̄uo nō mea? At te
requirūt:tui uidēdi deſiderio ardēt:eſto:quid mox? Quid ego ibi in utilis faciā? Vbi nihil uitæ
nobis ſuppeditari poteſt nedū cōdictioni hominis. Tentāda mihi interea cūcta ac parentes ſo-
rores & reliqui nullius tardati abſentia. Agat quod expedit quodq; honeſtas ac deus ipē im-
mortalis opifex & molitor orbis terræ præſcribit & poſtulat:& ſi nō per ſe amicorū tū conſilio
& hortatu æquiſſimo & prudētiſſimo. Hæc ſūma uotorū meorū: De cætero an pēdeā ſpe aliq̄
impoſterū:nō quicq̄ certi ē quod aſſerā. Nūc quod de ualitudine ſcire uis:perbelle habemus.
Atq; primo anno & quidē acrius nobiſcū infirmitas & aduerſa ualitudo cōflixit: & uix ſcio an
hic fuerim aucupatus an aliūde cōtractā ī urbē inuexerim. Sumus tūc aleti faucibus eruti. Pro-
inde nō poſſum nō affici atq; angi te nō frui corporis integritate:& quonā fato fiat. Reliquū ē:
ut prudētiſſime ſimul & doctiſſime aſſeris:tolerātiæ ſuffugium. Addimus fuiſſe Romæ An-
toniū Bellocū:cuius humanitate & dulciſſima præſentia ſumus ſingulariter recreati ac focilla
ti. Graiorum uoluminum hic multa paucitas:ut nihil uenale inuenias: præter librum græce
Nā uocabula tātū circūferunt & inſtitutiones cōſtātini. Latina uero quocunq; gene
re caro uēdūtur:ut mltis ego careā. Quæ erāt Neapoli & plura ac uili ueniebāt. Quare an græ
ca iſtic exponant intabernis librariis: an alibi ſcire exopto:quæq; ſunt eius generis ſcribas etiā
atq; etiā rogo. Fgo ſummos uiros imitatus amaui ī latio erudire iuuenes aliquos:nō imbuere
nudas & teneras mētes: Sed tanq̄ ueteranos excolere:ſic legimus Ariſtotilē ſapientiæ auctorē:
ſic diuinū Platonē:Sic Ciceronē:nō ludū aperiētes. Ita licet naturæ facere ſatis. Sed hic audito
res ut obſcurus habeo per paucos & quod deterius indoctos. Si quos tamē ingenioſos & peri
tos fueri nactus: lectionē aliquā præclarā & illuſtrē cudā:cuius enarratio ꝓdita litteris tuū ſub
actiſſimū ingeniū uiſet eruditiōis plenū & pōderis. Vale. Antonio nr̄o Muratorio ac Matheo
cuppardo lectiſſimis uiris Salutē dicimus ac reliquis amicis. Romæ Decimo ſexto Calendas
Maii. M.cccc.lxxx. Viiii.

Antoni⁹ Byaxāder Antonio Muratorino ſuo.S

NEceſſitudo nr̄a facit Antonine ſacerdotū Canonicorum unicū ſpeccimē:cuius ſumus
aſtricti uinculo arctiſſimo:ut nactus cui litteras certo darē:hāc epł́am mitterem. Qua li
quido aperiret eadē nr̄a amicitia exardeſcere iter nos nec ullo caſu fieri potuiſſe ut ali
qn̄ frixiſſet. Accipio te ī armoniæ peritia tātū ut norma lex & regula ī eadē eruditione uenias.
Nūtius porro nobis nō īgratus:ut pote q ſemp amicorū ſparſū nomē & phamā ingenii late fu-
ſam & natalis ſoli ac p̄riæ ſplēdorē ardētiſſime cōcupiſcā. In his ſita ē oīs uirtutis hominū laus
& hoīs præſtātia non corporis uiribus:quod eſt nobis cōmune cū beluis:ut non tibi Hercules
an ponēdus quod fortior:quod robuſtior:quod ualidioribus lacertis. Siquidē eo fortior & fir

mioribus thoris: fortior Elephas: Sed animi ſplendore & uirtute ingenii atq; mentis cotibus & celeritate metimur. Perſta igitur in ſtudio gratiſſimo & cõtentione eius artis effice excude aliquid elaboratũ & dignũ iſto tuo ingenio & mẽte ex æternis ignibus & diuina origine procreata. Debemus ſemp̃ æterna moliri: ut ſemp̃ immortalitatis amore flagremus. Ita nobis tua ſingularis probitas & uſquequaq; exagerata laudatio grata eſt: ut ſermonis lõgior efficeretur progreſſio. Gaudeo te ualidum eſſe & diuitẽ deſidero una eſſe. Vale.

Lucius Marineus Siculus Clemẽti Prothonotario & cõſiliario regio. S.

AVdio te diu noctuq; Plinianis ſenſibus inhærere: ideſt amplã difficilẽ implicatã & p̃pterea nimis laborioſam prouinciã expeditionemq; ſumpſiſſe: Sed tuis alioquin uiribus & ingenio dignã. Quo frætus & magnarũ ſublimiũq; rerũ capax: ima cũcta deſpiciens altiſſima quæq; ſectaris. Ad quæ te celerius aſcẽſurũ hac ſola ratione proſpicio: quod tibi ducẽ Pliniũ delegeris. A quo uno quæ tũ græci tũ latini uoluminibus innumeris reliq̃rũt: tibi cũcta ſcire licebit: & omnẽ præterea uim naturæ cõtẽplari. Gratulor igit̃ & merito tibi gratulor: Quod unus e paucis multorũ patẽtes hortos & cõmunia poma faſtidiens: Atlãtis occluſos & uigili dracone cuſtoditos ingreſſus multo melioribus defruaris. Vale.

optima

Aelius Antonius Nebriſſenſis ſobrario ſuo. S.

ERam ante hac percupidus tui uidẽdi ex quibuſdã ingenii tui carminibus: quæ mihi legiſſe cõtigit: atq; ex eo quod oẽs: qui iſtihinc ueniũt uno cõſenſu de te narrãt. Nũc uero poſteaq̃ diſcipulus hic tuus me adiit: atq; quali animo i me reſq; oẽs meas eſſes expoſuit: maiorẽ immodũ inflãmatus ſum ſtudio tecũ cõgrediẽdi cõmẽtandiq; multa de nugis meis. Et quoniã ſors oia uerſat: nõ deſpero me id breui aſſecuturũ: maxime ſi curia regia per aliquot dies apud uos deſederit. Ego maneo apud cãtabros atq; adhuc morabor ad mediũ ſeptẽbrẽ iuſſu præſulis mei cardinalis hiſpani: doq; operã quẽadmodũ ex impræſſione excudatur opus quoddã in utriuſq; teſtamẽti ſacras litteras elaboratũ partim meo partim ip̃ſius dñi Cardinalis ingenio. Sed cuiuſmodi opus illud ſit ex hac deguſtatione quã tibi mitto poteris cognoſcere. Mitto præterea partẽ introductionũ mearũ: quibus nũc demũ manũ ultimã impoſui: Videbis multa eadẽ q̃ prius: multa i aliã formã cõmutata. Cauſas partim expoſui partim maiori operi reſeruo. Adieci breue opuſculũ de græcis litteris & declinationes ſine quibus res latina cõſtare nõ põt. Hæc habui: q̃ ſcriberẽ meq; tibi facerẽ beniuolũ. Vale. Viii. calẽdas: Septẽbris.

Ioãnis Sobrarius Aelio Antonio Nebriſſenſi. S.

CVm ex alcagnicio meo natali ſolo Cæſarauguſtã me contuliſſem: elegãtiſſimæ quædã tuæ litteræ ad ſeptimũ idus Septẽbris mihi rædditæ fuerũt. Quæ mihi tãtũ lætitiæ attulerũt quãtũ p̃ſeferebãt grauitatis. His ego cõſequutus ſum: quod iã diu maxime optabã: tecũ uiciſſitudine lr̃arũ uerſari: licet hactenus pudor quidã uel: ut uerius dicam: timor me ab eo deterruerit: ne auderẽ tãtũ uirũ litteris laceſſere. Cupis me uidere ut ſcribis: tua benignitate id facis qđ meũ ẽ: mea eni arbitror referre quocũq; loci peragrare ut Antoniũ Nebriſſenſem uideam: cuius ego dulciſſimo lacte educatus quicquid litterarum habeo acceptum refero. Carmina mea: quæ tibi legiſſe contgit: pergratum mihi facies ſi ad me ſcribes: quænam fuerint ego enim his diebus nulla alia ſcripſi: præter pauca de concurſu regum apud Saonam. Scribis te mecum uelle congredi multaq; de tuis nugis commentari: nimium miror cur nugas appelles res tam graues res tam ſerias & præcipne Antonii. Deguſtatio operis tui de rebus ſacris: ſicut me affecit gaudio propter ſummam doctrinam: ita me reddidit ſollicitũ: donec opus perlegero: tãtã profecto mea ſentẽtia præſefert eruditionẽ: quantũ res diuinæ ſuperãt humanas. Scribis te ultimã manũ introductionibus impoſuiſſe: ob id maxime lætor:



quod maleuolis inuidis uitiligatoribus ſatiſfacias: ne audeant poſthac uel ſua ignorantia: uel animi uitio de tuis operibus male ſentire: de quibus iudicare aliter ac tu cõtra omnẽ litterariã doctrinã eẽ arbitror: Hæc ad te ſcripſi ne p̃uocat⁹ officio igrat⁹ uiderer. Vale ex Cæſarauguſta.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER QVARTVS

Lucius Marineus Siculus Ioanni Sobrario ſuo Salutem

c

Vm ſuperioribus diebus Alfonſus Aragoneus Cæſarauguſtanus ãtiſtes Burgos ad regẽ ueniſſet eius ſecretarius Gaſpar Barrachinus: qui cũ eo uenerat: mihi nunciauit te ex Alcagnicio tuo natali ſolo Cæſarauguſtã ueniſſe ciuitatis magiſtratuũ multorũq; nobiliũ uirorũ litteris accitum. Ibiq; publice tua magna cũ laude & oium ciuiũ læticia uel potius admiratione liberales artes & latinos libros profiteri. Quod cũ audiſſem optime factũ eſſe cognoſcẽs ſtati & tuũ cõſiliũ & Cæſarauguſtanorũ prudẽtiã plurimũ meritoq; laudaui. Poſtero die cũ ad præſulẽ ſalutãdi gr̃a me cõtuliſſem & ille mecũ multa collocutus mihi demũ eadẽ de te: q̃ Gaſpar prædixerat: retulit. Et p̃terea duas legẽdas ep̃las tradidit. Quarũ alterã Nebriſſenſis grãmaticus ad te ſcripſerat: & alterã: qua tu illi reſpõdebas. Quibus perlectis me præſul quid de utroq; ſentirem interrogauit. Ego uero cũ ſentẽtiã & iudiciũ p̃ferre ſemel recuſaſſem: Iterũ tñ monitus a tanto uiro reſpõdi: Cæſarauguſtã tẽpeſtate nr̃a nõ minus fœlicẽ eſſe ſobrario: q̃ Salmãtica ſuo fuerit Antonio. Sed hæc hactenus. Ego autẽ mi ſobrari te in iſta nobiliſſima ciuitate cõmorari: ubi ciuibus uniuerſis & antiſtiti nr̃o illuſtriſſimo principi: quod ex uerbis eius facile percepi: q̃ chariſſimus es: & tibi gratulor & mihi uehemẽter gaudeo. Tibi quod in Hiſpania tota nuſq̃ meli⁹ eſſe potes: mihi uero quod ſi qñ: quod ſpero futurũ: iſthuc uenero habebo quo cũ me oblectẽ meoſq; labores cõferã. De me autẽ quicquid ſcire uoles tibi ſecretarius Gaſpar multo quidem meli⁹ exponet q̃ ego ſcribere poſſem. Vale Burgis pridie nonas decẽbris. Anno. M. ccccc. viii.

Ioãnes Sobrarius Lucio Marineo Siculo. S.

AD decimũ quartũ Calendas Ianuarias Gaſpar Varrachina archipræſulis Cæſarauguſtani ſecretarius tuas mihi litteras reddidit omnis & doctrinæ & elegantiæ plenas mihi quidem ſuauiſſimas & iucundas. Quas cum bis aut ter perlegiſſem non potui non nimium admirari & præſulis eximiam uirtutem & humanitatem: & tuum & Varrachine erga me amorẽ. Præſul enim is eſt qui cunctos uel mediocriter eruditos diligit & fouet. Quem nõ immerito litteratorũ aſylũ omnes prædicant. Tu uero mi Sicule quod apud eum me ita cõmẽdaſti: feciſti te dignũ: qui ſemper ſoles & bene ſentire & melius loqui. Ex quo quantũ ego tibi debeã ip̃e ſum mihi teſtis: teſtis eſt etiã idem Varrachina: quẽ: ut alterum Mecænatem & colo & obſeruo. Cui quod principi ſim charus debeo: quem eo ingenio iiſq; moribus præditũ conſpicimus: ut cũ ſit innocentia clarus: ſingulari tamen prudentia ſincaeriſſima fide ſe præſuli in dies chariorẽ efficit. Itaq; ut meæ erga te & illũ gratitudinis appareat teſtimoniũ: hoc uelim ſcias: me nullã rẽ tua & illius cauſa recuſaturũ. Vale ex Cæſarauguſta pridie Calẽdas Ianuarias.

Tellius Perez Lucio Marineo Siculo. S.

SCripſiſſem ante ad Siculum: ni Siculus deterruiſſet. Cuius doctam doctrinam uenerantur docti. Eſt namq; uel in ipſo nomine Lucio ideſt: ut omnes interpretantur: Luce: qui multorum ingeniis colluxeris: dignitas quædam grauitate coniuncta: quam non niſi alter Lucius non poterit non pertimeſcere. Segura tamen homo tui ſtudioſus

Universidad de Deusto
Biblioteca



continuo concentu & prædicatione de tua humanitate: ita tremorẽ fugauit: ut facile perſua
ſerit te æque humanũ atq; doctũ. Quod ut rariſſimũ: ita maxime in te laudandũ. Verum tu:
ut idem prædicat: immo: ut omniũ laudes confirmant: rariſſimis moribus apprime ornatus:
tuas laudes fugis nedũ uulgatas iſtas reiicis: ut ab omni humanitate proculdubio diſcors ha
beatis. Quibus omnibus permotus ego uehementer: quãq̃ iã pridẽ per me ſatis erã incitatus:
optarã perſæpe occaſiunculã: qua ad te meas litteras darẽ: Ne ſi ſcriberem aut ieiunus aut inſo
lens uiderer. Segura tandem tertium ſe ſatis optatum obtulit. Quem quod amas & me amas:
rurſus ego te: Eſt enim mihi cum ſegura nihil tertium. Tuis igitur laudibus impulſus ego ad
te iam ſcribo: ut qui uiros ſtudioſos amas: me inter tuos connumeres: & me utaris ita familia
riter: : ut quam alii laudant tua humanitate ego iam fruar. Vale Cæſaraugustae pridie calen
das Ianuarias. M. ccccc. Viii.

Lucius Marineus Siculus ſuo Tellio Perez. S.

ACcipio iam inter amicos & quidẽ primos te unũ mi Telli: & quod doctus es & quod
mei te oſtendis amantiſſimũ. Quem ego quo ad potero minime fallam. Sic nãq; tua
uirtus poſtulat: ut qui me ita laudas de me ita ſentis: ut uideatis amore magis q̃ con
ſilio id facere: Te amplectar: te meis iam ſcribam: & æque fœlicẽ me exiſtimẽ: quod tu meus:
atq; tute putas: quod inter meos ideſt quos amo doctrinæ ſtudioſos: ſcribaris. Et enim tuis es:
ut tuæ litteræ promittunt: quẽ amabũt: qui de litteris bene ſentiẽt. Amabo igitur & ego: ut mi
nus te pœniteat meã ita cupide amicitiã expetiſſe: & quia ita cupis: & ego uolo: & quia ſegurã
amas: quo cũ ſi tibi nihil eſt tertiũ: ob eius in me fidã obſeruantiã: eſt mihi uerus amor. Segurã
itaq; quãdo amas & me: ego quoq; te. Vale mi Telli uir doctiſſime: & quẽ: ut ais: pertimeſce
ſcebas Siculũ perſuade tibi et eſſe & futurũ ſemper tuũ. Vale Cæſaraugustæ.

Lucius Marineus Siculus Ludouico Iouerio. S.

CVm ego Ludouice Ioueri natione Siculus: & ĩ Hiſpania unus ex paucis: qui tecũ
litterarum ſacra colũt. Sũ inq̃ hominũ: qui uirtute & eruditione pollẽt q̃ maxime
ſtudioſus. Quare ſi quæ ſunt in te uirtutes reſpexeris: nihil quidẽ aut nõ multũ
miraberis: quod homo tibi neq; conſuetudine: neq;: ut arbitror: ulla fama notus
hactenus ad te ultro ſcripſerim. Nã cũ mihi præter alios multos Gaſpar Varrachi
nus & Ioãnes ſobrarius uiri perdocti magniq; iudicii de tua doctrina de ingenio & multifaria
uirtute multa prædicaſſent: me quidẽ cõtinere nõ potui quin ep̃la breui tibi ſignificarẽ te unũ
eſſe eorũ: quos ego mihi colẽdos propoſuerim. Volui præterea & tibi notus fieri per litteras:
ut ſi qñ iſthuc agnoſcẽdi tui deſiderio uenero: nõ ignotus occurrã. Ergo bñ Vale: & Siculũ tui
nois ſtudioſum: quæ tua eſt humanitas cognoſcere incipias & amare. Iterũ Vale ex Cæſarau
guſta octauo calendas Decembris. Anno. M. cccccc. Viii.

Ludouicus Iouerius Lucio Marineo Siculo. S.

ET ſi nihil aut tam uiſendũ aut tã optandũ mihi fuit: q̃ diſertiſſima ſcripta tua teq; mi
Luci & uidere & legere: Alterũ tñ humanitate tua mihi datũ ẽ ſuauiſſimis tuis litteris:
quas ad me ultro miſiſti: Alterũ: ut ſpero: propediẽ dabit̃ ut ea quãprimũ uideã: ita
eni mihi uideris polliceri ĩ calce tuarũ litterarũ. Quas iccirco ſæpius relego: quia dũ ipas diligẽ
ter intueor profecto te ipſum uidere uideor. Quippe quæ Luciũ Marineum ideſt totum Cice
ronem uſquequaq; repreſentant: adeo ut iam mirari deſinam quod ante mirabar. Te tuarum
hiſtoriarũ: licet eas nondũ edideris: tantam phamam præceſſiſſe. Audiui nuper homines litte
ratos & ingeniis excellentibus præditos: qui quum ea quæ de uiris clariſſimis latinis litteris
mandaſti: ſe perlegiſſe dicerent: ita iudicaſſe: te feſtiuitate narrationis & tractationis uarietare



& ſtructura orationis accurata & acuta tam ſcite tam proprie de uno quoq; dixiſſe: ut nulla
ad legendũ his eſſent potiora. Nempe iſta tua admirabilia & grandia credo ſane te impulerũt:
ut hæc noſtra minuta & uulgaria non pro nihilo putares. Nam quæ uir egregius mecũq; con
ſiliorum omniũ ſocietate coniunctiſſimus Varrachina: & uir in dicendo ſummus & mea ſentẽ
tia longe eruditiſſimus ſobrarius mihi non tam glorioſa q̃ uera quærẽti apud te amice tribue
rũt. Exiſtimare potes eos beniuolẽtiæ in me ſuæ indulgentes ex paruis magna feciſſe. Erit igit̃
prudentiæ tuæ: ne ab homine neq; multũ docto neq; parũ impedito limatũ aliquid dici requi
ras: Præſertim cui quãuis cætera adeſſent: quæ certe omnino deſunt: nullũ tamen eſſe ocium
uides. Alioquin iſta tua præclara ſtudia maximis occupationibus meis libentet anteferã. Vale
& me: ſi hoc idẽ in te facere ſenſeris: ex animo ut facis ama. etiã atq; etiam Vale Ex alcagnicio
quinto idus Decembris. M. ccccc. Viii.

Alfonſus Seguritanus Lucio
Marineo Siculo & præceptori. S.

QVoniã quid de Gaſpare Varrachina ſentirẽ oblata occaſione & rei tu cẽſor illuſtris
a me proxime petieras Luci præceptor optime: & ego: ut pote homo bleſus & qui de
homine multo melius cõcipio q̃ profero: minus q̃ potui tunc reſponderã: iam homi
nẽ plenius expreſſum attende quæſo. Gaſpar Varrachina: ut eſt homo moribus q̃ caſtigatiſſi
mis ita eſt & comis & humanus: ut altero principes etiã maximos ſibi deuinxerit: altero uero re
liquos uicerit. Eſt & in eo grauitas nõ uulgaris: eſt cõſiliũ fidiſſimũ: Eſt certe rerũ omnium ex
quiſitiſſima prudentia: ut non immerito tanti principis ſit contubernalis & rerum intimus co
mes. Quid dixerim diligẽtem eius in negociis diligentiã? Qui multis diſtinctus occupationũ
fluctibus ſingulis liberaliter & non ita oppreſſio ſatiſfecit. Prudenter enim omnia conficit: ex
pedit omnia prudenter: adeo ut quum unũ omnes admirẽtur plures Gaſpares admirari dicas.
Illud autẽ nõ minus mirandũ q̃ laudãdũ in eo eſt: Vt ad rẽ aliquãdo ueniã: qui quũ ſit occupa
tionib⁹ occupatiſſimus ad litteras quaſi ocioſus reſpicit. Quod ſi nõ ſemper: quũ tñ licet: licet
autẽ nunq̃. De litteris tamen aut loquitur: aut mediatur ſemper. Teſtes ſunt uel quas mihi nu
per oſtendiſti litteras perelegantes. Teſtis itẽm & proxima epiſtola: quam ipſe tibi oſtenderat.
Ego quoq; tunc aderam: Quæ omnes uerborũ torrentẽ promittunt: neruoſam uim orationis
innuũt: aptũ artificiũ declarãt: poſtremo ingeniũ uel phenice uiuacius plane oſtendunt. Quid
plura? Vis uno uerbo quod ſentio dicã: ut epiſtolã: ut & orationẽ omiſerim? Eſt ĩ Gaſpare ea in
genii celeritas: ẽ ea uis: qua ſi uni litterarũ ſcilicet occupationi eſſet deditus: nõ dubitarẽ futurũ
talẽ: qualis tu noſtris tẽporibus uideris: ideſt quẽ etiã & propter uirtutẽ & propter doctã doctri
nã noſtrũ Sæculũ amaret: coleret & admiraret̃. Vides iam mi Sicule quid de efficaci Gaſparis
ingenio: quid de integritate ſentiã? Sed neq; hoc quiſpiã putabit profectũ ab affectione animi
magis q̃ a uero. Eſt enim nihil mihi cũ illo: quo affectus coecos exprimã. Vtinam eſſet: & me
Gaſpar non aſpernaretur: ut quẽ amat Sicul⁹ amaret quoq; Gaſpar. Tu uero iam Vale & me
Gaſpari reddito: quãq̃ ſum ita tibi totus deditus: ut reliquis nihil ſit reliquum: Tu tamen illĩ
me tuo nomine dedes Cæſaraugustae.

Lucius Marineus Siculus
Aelio Antonio Nebriſſenſi. S.

ET ſi iam diu te conuenire & coram alloqui maxime cupio uir eruditiſſime: hoc tamẽ
tẽpore: quo mihi cõmodior tui cõueniendi facultas offert̃: anceps uoluntatis erga
me tuæ malui prius te ſalutare per litteras q̃ adire. Veritus gratus ne tibi nr̃ acceſſus:
an moleſtus futur⁹ eſſet. Cæterũ nolim te mirari dubitationẽ hãc noſtrã tanq̃ fatuã minimeq;
neceſſariã: ſiquidẽ nõ cõiectura ſolũ: qua multa deprehẽdunt̃: Sed ratio quoq; ipa: quæ nunq̃
fallit: hoc me uocauit in dubiũ. Quoſdam enim uiros doctos & de lingua latina bene meritos

Universidad de Deusto
Biblioteca



quorum ego doctrinam ſequor & libenter approbo:tu non aliam ob cauſam: niſi quia te mi
hi moleſtiam facturum putabas:indigna reprehenſione nec ſine cõtumelia laceſſiſti:& ſermo
nes:quos de me multis in locis non honeſtos habuiſti:mihi nõnulli retulerunt. Quibus ego:
& ſi magnæ ſunt auctoritatis:paruã tamen uel nullã potius adhibeo fidẽ. Quis enim tantæ le
uitatis eſt:qui te uirũ doctũ & grauẽ:& quod te ſicut & cæteros uitæ mortalis extremũ mone
re debet:ætate prouectũ:detractoris uicio:quod eſt omniũ turpiſſimum delectari credat? Illud
mecum potius interdũ mirari ſoleo:quod te olim Granatæ:poſtea Toleti:Methymnæ quoqꝫ
nuper a Siculo tibi per uicos occurrente declinaſſe ſæpius animaduerti: Quæ quidẽ res nõ mi
hi ſolũ: Sed aliis quoqꝫ per multis:qui te meqꝫ nouerunt:non amoris erga me tui:nõ humani
tatis:cuius exẽpla præceptaqꝫ doces:indicio fuere: Sed magni potius manifeſtiqꝫ diſſidii atqꝫ
contemptus non paruã ſuſpitionem attulerunt. Quod ſi tu quoqꝫ:propter illam iam ueterem
contenciunculã:quæ fuit inter nos olim:non quidẽ noſtra cauſa: Sed illorũ culpa potius: Qui
mendaciis improbiſqꝫ ſuaſionibus te mecũ cõmittere conabantur:adhuc aliquid ĩ me fuiſſe
ſimultatis arbitraris:tua profecto te longe fallit opinio:& ego te ſuſpitione iſta: ſi qua eſt: libe
rũ eſſe uolo. Nõ enim is ego ſum:qui aut clam odiſſe quemq̃: Aut quod in animo habeã diſſi
mulare queã. Quare ſic uelim tibi perſuadeas me tibi ſemper amiciſſimũ fuiſſe:ſemperqꝫ futu
rum: ſi tamẽ ipſe conſuetudinẽ & amicitiã noſtrã non aſpernaberis:illas enim tuas olim minas
in me:cum apud ſocrũ tuã de me grauiter quæſtus es:& ego perhumane me tibi purgare cona
tus ſum:a te quidẽ uix diſceſſerã:cũ penitus oblitus ſum:& me quidẽ ipm̃:quod tibi tunc uel
animi cœca perturbatione:uel graui corporis ualitudine fatigato:nimis audacter & in mode
rate reſpõderam:grauiſſime ſtatim pœnituit:& tibi ipſi:ſi quod in me contumelioſſum uerbũ
protuliſſes:ultro quidẽ omnẽ iniuriã animoqꝫ uoluntario remiſi. Ex quo quidẽ tẽpore:deũ te
ſtor & cõſcientiã meã:me non modo nõ offendiſſe te unq̃:Sed etiã non meo magis honori fa
uiſſe q̃ tuo. Sẽper enĩ & fortaſſe præter opinionẽ tuã : fui natura læniſſimus tam & ſi iuuenis
olim iis:qui me iniuria laceſſiſſent muſis cõmitatus occurrẽs par pari nonunq̃ referebã. Cæte
rũ poſteaq̃ chriſto militare cœpi:& me tũ grauior ætas:tũ ſapiẽtũ uirorũ præcepta: tũ legis no
ſtræ religionis monuerunt exactã quidẽ uitã & præteritos:ſi quos cõmiſerã: maxime perteſus
errores:aliud quidẽ ſalutariuſqꝫ uiuendi genus inſtitui alios mihi mores indui : tũc enim uolũ
tatem nunc uero rationem ſequimur. Aliter namqꝫ cũ deo cui me totũ deſtinaui in gratiã redi
re non poterã. Quid inquis tuã mihi uitã Sicule narras? Nũquid mihi uir bonus uideri cupis?
Nunquid ſcaurorũ fictos & curiorũ ſimulas mores? Ego autẽ neqꝫ curiis inuideo:neqꝫ ſcauro
rum moribus delector:Sed uir bonus ſi mihi forte cõtingat non uideri quidem uellẽ. Sed eſſe.
Quod autẽ de uitæ meæ inſtituto tibi ſignificaui:nõ feci quidẽ quo me uirũ bonũ iudicares:
Sed ut ſimplicis animi receſſus: ſinceræqꝫ mentis affectus oſtẽderẽ. Potes igit̃ Siculo deinceps
tui nominis amãtiſſimo id quod hactenus fortaſſe minus audebas: plurimũ confidere teqꝫ q̃
tutiſſime cõmittere:cuius aperte quidẽ præcordia uides interiora:cuius amor ſi nõ negligetur
abſte ſi tuũ ſibi parẽ mutuũqꝫ cognouerit: te profecto numq̃ fallet. Quod ſi de te mihi ſperare
licuerit:& ex tuis litteris intellexero:te certe nunq̃ pœnitebit:Sin autem aliq̃ ob cauſam:quod
non ſpero futurũ:denegaueris:ipſe quidẽ meo fungar officio. Vale Salmãticæ.

Lucius Marineus Siculus Aelio
Antonio Nebriſſenſi. Salutem.

SVperioribus diebus Calendis:ut opinor: Ianuariis litteras & humanitatis plenas
& animi erga te mei teſtes non ancipites ad te dedi. Quibus:ut idem tu quoqꝫ li
beraliter faceres omni ſimultatis ammota ſuſpitione:te maiorem immodum ac ſi
ne ulla ſimulatione rogabã. Tuas itaqꝫ iam prope triginta dies litteras expectaui:
q̃ mihi quo tũc eſſes in me animo libere declararẽt. Tu uero neſcio qua rõne du
ctus hactenus & quidẽ p̃ter opinionẽ meã:nihil penitus ad me ſcribis: nõ ignarus: ut arbitror:
Quid ex iſto tuo ſilẽtio mihi ſuſpicari liceat. Putarẽ te nõ accepiſſe lr̃as meas:niſi eas puer:quẽ



ad te miſi:tuis manibus tradidiſſet. Quapropter non poſſum quidem non magnopere mira
ri te uirum & liberalibus in ſtudiis educatum:& humanitatis profeſſorem:eius litteris nõ re
ſpondere:qui te non ſine magno uirtutis & amoris indicio ad ſcribendũ prouocauit. Rurſus
igitur te rogo moneoqꝫ ne me pendere diutius ex tuarum litterarum deſiderio patiare. Quod
ſi omnino noſtram paruifacis amicitiã:& me tuis indignum litteris exiſtimas cauendum tibi
quidem diligenter cẽſeo:ne dũ tibi ſoli nimis placere ſtudeas:& alios iniuſte deſpicias:te ipm̃
contempſiſſe uideare. Ego enim & ſi ſum natura leniſſimus:meam tamen æſtimationem ne
gligere nec poſſum nec debeo. Vale.

Alfonſus Seguritanus Lucio
Marineo Siculo præceptori. S.

EXpoſueram quærenti tibi meum natale ſolum ſuauiſſime præceptor: Sed quia:ut ar
bitror:minus diligenter q̃ tunc potueris intelligere: iam altius accipe per litteras. Eſt
locus in ulteriori Hiſpania illiberritano regno prope in conſpectu. Hic mons ſurgit ex
celſus. Arx ſedet hic circũquaqꝫ natura munita. Hæc montes altos circũſpicit:certe propugna
cula maxima: & ad radicẽ oppidũ tuetur muris undiqꝫ cinctũ:a tertio quoqꝫ paſſu turribus ex
tructũ:ut merito ſibi ſeguram nomen uẽdicauerit. Hac planiciem deſpicit amplam:ſed neqꝫ
portuoſior eſt. Eſt enim aſperior aſcenſus. Huic igitur oppido Franciſcus Zambranus uir no
biliſſimus præeſt ſub magnificẽtiſſimo Petro portucarrerio equite militiæ Sancti Iacobi. Iam
uero huius fori eſt uilla Rodrigo Hiſpane ſic uocatum oppidum antiquiſſimũ & percelebre:
cui tãtillum hoc meum ingenium acceptum refero. Quippe in eo natus & in eo educatus pa
triæ quantũ in me erit ingratus nõ moriar. Hec ob id ſum tam multis circumloquutus mi Lu
ci:ut quã tantopere ſaepe petebas:patriã iam monſtrarem. Quod ſi dixeris abuſum me cogno
mine reſpondebo licuiſſe id mihi:quod de percelebri poeta Virgilio. Qui in ande natus a no
biliori Mantuanus poeta celebratur: A nobiliori igitur ego aut ſuauiori & magis breui ſegurã
uſurpaui. Habes iam mi Luci:quare ſegura ſic:& ubi ſegura natus. Habes inquã & ſegurã tibi
deditũ. Bñ uale & me:ut facis ama. Caeſarauguſtae Calẽdis Ianuariis. Anno. M. cccc. Viiii.

Petrus ſancteramus
Nicolao Scyllacio. S.

QVod eo te fortuna duxerit Nicolae frater optime unde me malignitas hominũ expu
lit:uehemẽter gaudeo. Eſt enĩ locus a quo ſummã honoris atqꝫ amplitudinis acceſſi
onẽ facile ſperare poſſis: modo tecũ fata mitius:q̃ mecũ agãt. Id tibi etiã atqꝫ etiã ca
uẽdũ eſt. Nã quãto ſublimior ſpes enituerit:tãto acrior inuidia te perſequet̃. Cõſilia tua diſſi
mulato:& quicquid acturus ſis tecũ habeto:uerbis parcito. Eorũ qui ſe tibi amicos promiſerũt
fidei nihil credito. Quoniã nihil ẽ iſto genere mortaliũ leuius:uanius:& magis infidũ. Gere te
cautũ gladiatorẽ:ut ſcias qñ retibus qñ pugione ſit utendũ. Vtere medicinae tuae ſtudio non
ad corporũ tm̃ remedia: ſed ad occultã animorũ gentis iſtius ægritudinẽ. Alterũ enĩ illis ac ti
bi:alterũ ſoli tibi utile atqꝫ neceſſariũ eſt. Haec ego malis meis didici:qui plus candori meo atqꝫ
nudae ſimplicitati: quam fictorũ hominũ ingeniis tribuẽs incautus ueluti Thales dũ cœlũ ſu
ſpicio in ſcrobẽ incidi:& inſons pro ſcelerato deiectus: quae mihi multis annis pulcherrima pa
rauerã fortunae munera momento tẽporis amiſi. Cæterũ qm̃ hæc ſero prouidimus q̃ emẽda
ri poſſint: Abſint igit̃ q̃rimoniæ: atqꝫ aliud agamꝰ. Nicolae mi ſi ulla ueteris amicitiæ memo
ria ſupereſt rogo te uehemẽter:ut mihi adiumẽto ſis. Breue ẽ quod petimus:ẽ & iuſtũ & impe
tratu facile. ut Theſaurariũ regis meo noĩe cõuenias:eũqꝫ roges:ut meminerit lr̃arũ mearũ q̃s
cã tuis his accepit. Curetqꝫ regis lr̃as:quas ipſi ꝓuiſiones dicũt:ad nos mitti: quibꝰ mandet̃ ſe
creto Meſſanae: ne meĩ exactione iurium ſinagogæ turbare aut impedire deinceps audeat Si
quid ſit intelligere uolueris Panthaleo coruictus tibi exponet. Cura igitur cũ iã ipſam accepe

Universidad de Deusto
Biblioteca



ris:ne obliuio noſtri te ab officio auocet. Da hoc ſaltē amicitiæ:ut cū diu inter mortua iacuerit aliquādo reuiuiſcat. Vale ad portas Meſſanæ: nā hic ſeruamur ob aduentus a Neapoli ſuſpitionem. Vi. Idus Iulias. M.cccc.lxxxx Vii.

Petrus Sancteramus Ludouico ſanctio
Quæſtori & conſiliario regio. S.

ET ſcripſi ad te mi Ludouice:& ſcribā donec mearū litterarū ſatietate affectus:uel mihi reſpondeas:uel non diſſimules moleſte ferre te tam aſſiduas a me litteras legere. Tametſi non parum mihi ſuſpitionis tua taciturnitas inferat non eſſe ad te perlatas epiſtolas meas:quarū tibi faſciculū a patria ſcripſimus. Nā cum tam crebro de me queras:tantaq̧ ſollicitudine incommoda noſtra accipias:ut qui a uobis redeunt nobis prædicant: Adduci nequeo : ut litterarū te mearū pœniteat unq̃:quē nequidē bn̄facere mihi & meis unq̃ piguit. Crede mihi mi Lodouice magno me tui deſyderio teneri :euolaſſēmq̧ ad te iam pridem niſi alas nobis fortuna præcidiſſet. Sed quamq̃ rerū domeſticarū ſim inopia ita deſtitutus:ut uix in patria honeſte uitam agere poſſim:ſi tibi & patri ſit integrū quāprimum uidebis me corā tibi aſtare. Non enim uerebor ſolus uel nautico habitu marinis tempeſtatibus caput obiicere:aut pyraticæ me poteſtati credere:ut q̃ optatiſſimo tuo tuorumq̧ aſpectu aliquādo fruar. Interim uelim tu mihi præſtes pro tua in me pietate quod ſuperioribus quoq̧ litteris ſcripſi:& nūc Petrum Aquilarē condiſcipulum olim tuum rogare inſtitui:ut a rege pientiſſimo petas cōferri mihi aliquod ſacerdotiū ex tam magno numero:qui in regno Neapolitano ſuppeditat. Sunt enim prope trecenti epiſcopatus:& multa in eis beneficia:quæ cottidie Bubulcis & mulionibus creduntur. Pudet me quidem Lodouice ac pœnitet meorum temporum cum uideā purpuratos ac pileatos:qui ne ocreas quidem nudius tertius cruribus hærentes geſtare norant. Liuidus inquies es. Videtur ne tibi alienū a mea profeſſione cum præſertim ſacerdotiū inierim:ut cuiq̃ inuideam? Non equidem inuideo mi Lodouice:ſed fortunam meam accuſo:quæ me ita ſemper laboribus ac ſudoribus durare cœgerit:ut eis finē ſtatuat nullū: Et ætas alioqui nobis ingraueſcens:quæ molli erat ocio fouenda: Iuuenilibus aſſueſcere ſtudiis cogatur. Tu igitur mi Lodouice niſi quod ſpero præſtiteris unde poſſim ſub honeſte uiuere ſcias me apud neminem inuenturum. Cōſtantinus meus immo tuus tecum meo nomine de tota ratione mea loquetur. Tu cura:ut uacuus a te non dimittatur. De rebus aliis ſcripſi ad patrem:tu:ut cōſueſti: mearum rerum apud eum memoriam q̃ ſæpiſſime refice. Vale Neapoli. Viii. idus Auguſti. M.cccc.iiii.

Antonius Roncionius Gaſpari Varrachinæ
Cæſarauguſtani præſulis ſecretario. Salutē.

EAdem lege tibi debetur pacis oratio: qua belli debebatur. Vt enim poſt arma fœdera:poſt prælia ſunt amicitiæ:Ita poſt belli orationem:ne ſola incedat pacis oratio ſequitur. Saturnaliū dierū ociū & Brumæ ludus. Et quia tu ſoles meas aliquid putare nugas tibi aſcribito ſi te ſæpius q̃ aut tuæ occupationes:aut officium meum poſtulet offenderint ineptiæ meæ:fœlix Vale Cæſarauguſtæ Calēdis Ianuariis. M.cccc. Viii.

Gaſpar Varrachina Antonio Rontionio
Sanctæ Sabinæ cardinalis ſecretario. S.

QVæ tua benifica natura eſt Eadē lege mihi deberi pacis orationem dicis: qua fuit & belli dedita. Atqui fieri poteſt Vt mihi debeas quidq̃? A quo nihil umq̃ acceperis? A quo etiam tibi debeantur omnia? Nec præterea ceſſas me indies magis magiſq̧ beneficiis onerare:uel potius obruere. Nec ego quidem deſinam fateri id Ingenue:& ob id gratulari: ſed referre gratiam:tametſi infixum mihi ſit: non opis eſt noſtræ. Ego is Antoni ſum: qui plures





qui plures alieni ingenii labores mihi deſtinatos facio:q̃ extrema munera:nec immerito:nam illa multo præclariora durabilioraq̧:hæc uero nō nihil habent utilitatis ad uitam : Sed obſcuriora & magis caduca habentur & ſunt. Quod ſi:ut Ciceroni placet:magnitudinem eſſe animi cui multum debeas plurimū uelle debere: quid porro ſit hæc tua ſublimis beneficentia quo ue nomine nuncupetur queſo? At ne aliud q̃ diuinū ac deo proximū eſt:qui cum noſtri nihil egeat:cūcta nobis tribuat. Orationē tuā:quæ multa arte in ueriſſimo genere dicendi uerſatur: perlegi:quæ quamq̃ omni ornatu cumulata eſt:& artificio exculta:illaborata tamen fluere uidetur. Quæ uſq̧ adeo ultimos mentis meæ affectus penetrauit:ut a me impetrare non potuerim:quin pax amplectenda adorandaq̧ ſit. Potes mi Roncione dicendo:crede mihi:uel lapides ipſos:ut alter Orpheus mouere. Vale Cæſarauguſtæ ſexto Idus Ianuarii anno domini. M.cccc. Viiii.

Lucius Marineus Siculus Ludouico Sancio Ferdinandi regis cōſiliario & quæſtori generalis. S.

QVod non Siculo ſed aliis hoc tēpore præceptoribus operam das Ludouice regie quæſtor inſignis mlti:qui egregiā tuā erga me uolūtatē ſingularēq̧ beniuolētiam necnō & meā i te ſummā obſeruātiā perſpexerāt:ualde mirant:idq̧ neq̧ ſine cauſa factū eſſe neq̧ ſine ſuſpitione tuæ uolūtatis a me alienatæ credere unq̃ potuere. Quibus cū & ego quoq̧ nec iniuria miror:cū præſertī me nō modo familiarē ſed pene domeſticū tuū ſemper ac tibi deditiſſimū ſine dubio cognoueris. Et quē tu uel uirtute uel humanitate tua:qua plurimum polles:in linguæ latinæ ratione latiniſq̧ libris exponendis reliquis doctis:qui hac tempeſtate in Hiſpania eſſent latinoſq̧ libros profiterētur:non inferiorem eſſe pleno ore apud omnes libentiſſime prædicare ſolebas. Nūc uero me relicto ac ueluti neglecto potius alios tibi præceptores habendos putaſti. Quod eo magis mecū mirari ſoleo:quod neminē unq̃ ne olim quidē puer cum in primis grammatices rudimentis immorabare præceptorem adire cōſueueris. Omnes enim uiri etiā doctiſſimi:qui & tibi ob praeclarā tuā indolē ingeniiq̧ praeſtantiam & patri tuo magno & ſpectato uiro ſeruire maxime cupiebant:ad te inſtituendū libēter accedebāt. Quod præcipue Petrus Sāteramus aſſidue diligenter primū fecit:Deinde eo in Siciliā profecto pater:ut ſis:ſtatim Martinū Siſamoniū iuuenē litteris & moribus elegantē:qui te domi diligenter & aſſidue inſtitueret:ex Bononia uocauit. Nunc autē & natu grandior & regius quaeſtor regiq̧ illuſtri affinitate coniunctus ad praeceptoris hoſpitium te confers. Quod ego & ſi:ut dixi:nō poſſum nō mirari neq̧ reprehendo tamen neq̧ aliqua ſtimulatus inuidia moleſte fero: Sed potius tuae laudi maximaeq̧ uirtuti tribuendū cenſeo tuoq̧ praeceptori:qui ſaepe mihi ſignificauit ſe nō meis honoribus & commodis minus fauere q̃ ſuis:admodū gratulor. De te autem & ſi nunq̃ dubitaui quin me plurimū ſemper dilexeris hoc tamen tempore propter hanc praeceptoris mutationem & qui ſit tuus in me animus & qua hoc ratione feceris ſcire uehementer opto. Nam uel quae tua eſt conſtantia uel qui tuus in me amor hactenus fuit te ſine cauſa hoc feciſſe Siculumq̧ tuum abſq̧ aliquo animi tui motu neglexiſſe credere non poſſum. Me cum ſaepe cogitaui ſi forte tibi aliqua in re moleſtus fuiſſem:nihil uel feciſſe me uel dixiſſe meminí:quod te: cui placere ſemper & labores cum obſequio praeſtare diligentiſſime ſtudui:iure potuiſſet offendere. Quippe qui nemini nō dicam munera & beneficia ſed ne laborum quidem meorum mercedem petendo uel moleſtus fui unquam uel importunus. Quod ſi tamen ut ex montibus Pyreneis & e galliae confinibus uenimus ex longis itineribus me defeſſum non defatigari ſed a lectionibus quieſcere uoluiſti tibi non iraſci quidem Ludouice clariſſime ſed ingentes potius gratias agere debemus. At ſi te uoces & Fauſtus aliorum & extra lectiones magna uerborum copia magis delectat noſtraq̧ taciturnitas humiliſq̧ uox tibi minus probantur & maiores habere præceptores & audire uolueris laudo quidem propoſitum & ſententiam tuam:dummodo me tibi uel in minoribus ſeruire cōcedas. Cupio enim cum tibi: cui plurimum debeo: tum uero patri tuo uiro magnifico & de me ſemper optime merenti ſa

Universidad de Deusto
Biblioteca



tiſfacere:& pro eius in me benificiis & honoribus animi gratitudinẽ pro uiribus oſtẽdere. Qui
bus niſi quicquid in domo regia ſum cõſecutus acceptũ referam:poſſim nõ immerito ingrati-
tudinis accuſari. Vale.

Lucius Marineus Siculus Martino Angulo iure-
conſulto præſtantiſſimo & regio conſiliario. S.

PLurima ſunt Angule doctor excellens:quæ me non immerito uehementer hortantur
ut te mihi ſemper omni ſtudio cura diligentia perpetuaq; obſeruantia uel potius pie
tate omnibus Hiſpaniæ uiris etiam illuſtribus:Rege & Regina dumtaxat exceptis:
præcipue colendum maximeq; uenerandum anteponam. Quod niſi libenter & aſſidue faci-
am & uni tibi labores meos & obſequium præſtem tuæq; uoluntati animoq; morem geram:
Iure quidem ab omnibus poſſim uel negligentiæ uel ingratitudinis accuſari. Mouet enim me
primum non parum recordatio quædam memoriaq; noſtræ conſuetudinis & ueteris amici-
tiæ mutuis inter nos litteris excolenda quæ mihi tecum Salmanticæ olim non uulgaris exti-
tit & multis notiſſima fuit. Vbi cum ego magnas tui corporis & animi dotes præclaram & al-
tam indolem generis nobilitatem eruditionis præmaturam ſegetem magnam ingenii præſtã
tiam mores integerrimos ſummæq; uirtutis multa magnaq; ſigna perſpexiſſem:ſtatim tibi ua
ticinatus ſum:te quam maximum Hiſpaniæ toti lumen allaturum atq; non modo tuis pro-
pinquis & amicis omnibus ſed cunctis etiam Hiſpaniæ populis nec non & regi ac reginæ no-
ſtris xpianiſſimis principibus magno tuo & ſapiẽti conſilio profuturũ. Quod etiã apud mul
tos tunc egregiæ tuæ uirtutis æmulos:qui tibi non ſolum doctrinam ingenium & eloquenti-
am ſed mores quoq; optimos cæteraſq; uirtutes per multas & excel[illegible]nuidebant:teſtatus
ſum. Quod quidem uaticinium & iudicium meum de liberaliſſima tua facie maximoq; inge
nio ſuſceptum neq; inane profecto neq; falſum:Sed tua potius excellenti uirtute ſuperatum
fuiſſe tum hiſpani omnes pleno ore fatentur tum externi quoq; plures non ſine tua uel maxi-
mo laude cognoſcũt. Sunt enim uirtutes tuæ clariſſime uir omnium hominum opinione no
ſtroq; præſagio longe maiores:quibus minime mirum cuiquam uideri debet ſi quemadmo-
dum impenſius olim quam cæteri bonis & præclaris artibus liberalibuſq; diſciplinis operam
ſemper & labores aſſiduos impendiſti:ſic nunc pro meritis & uirtutibus tuis ampliorem apud
regem & reginam dignitatem altiorem locum & maiorem auctoritatem ſis aſſecutus & ampliſ
ſimis officiis & onoribus hornatus. Nam ſi tibi:quæ tua uirtus egregia meretur præmia da-
rentur:eſſes tu inter omnes Hiſpaniae põtifices ſine dubio primus antiſtes. Quem tamen gra
dum dignitatis & ſi tu uir ſapiens & honeſto paruoq; contentus minus optas:tibi tamen tem
pus:quod omnia conficit:allaturum non ſecus animo proſpicio quam ea quæ oculis coram
cernuntur. Alia deinde ratio tuæq; uirtutis non mediocris cauſa me tibi deuincit ſplendiſſi-
me doctor:nam & ſi ſanctiſſimarum legum & utriuſq; iuris laudabilia ſtudia ſectaris & bene re
cteq; uiuendi ſcientiã complexus es:oratoriam tamen facultatem noſtrumq; ſtudium:quod
ſibi non immerito nomen ab humanitate uendicauit:& philoſophiæ præſertim de moribus
unde leges & iura collecta fuere olim maxime coniunctum fuit:non ut inane parumq; ſapien
ti uiro neceſſarium:ut plærique ſtulte faciunt:aſpernaris. Sed quod eloquentiæ ſtudium adole-
ſcens olim tuo uel optimo iudicio diligentiſſime coluiſti:nunc etiam & ſi maximis & innume
ris regis & Reginae negociis q̃ maxime diſtringeris:per interualla tñ repetis:& quicquid tibi
dat̃ ocii latinæ lĩguæ libris & oratoriæ artis ſtudiis diligẽter impẽdis:& ĩ utraq; re labores parti
tus ſtudioſius operã das:ut nõ ĩ eloquẽtiæ minus q̃ legũ ſtudio laborũ tuorũ pfectus appareat.
Qua quidẽ diligẽtiſſima tua prudẽtia magnoq; labore factũ ẽ ut tã philoſophus eminẽs & ora
tor facũdus q̃ iure cõſultus egregius habearis. Huc accedit & alia cauſa uir præſtãtiſſime:quæ
me tibi deditiſſimũ reddit & imperpetuũ facit obnoxiũ:nã cũ ĩ hiſpania tota nõ modo pene
ſolus ſtudia noſtræ facultatis uehementer ames ſed eius quoq; ſtudioſos q̃ maxime colis atq;
foues. Quod tum alii permulti:quos quotidie plurimum iuuas & fortiter iuſteq; defendis:co
gnoſcũt & pro tua ſalute uitaq; lõgiori cœleſte numẽ precant̃:tũ uero Lucius flãminius noſter



uel opem uel auctoritate tua. Salmanticæ latinæ linguæ profeſſionem cõſecutus apud me pri
mum magna ſui animi gratitudine teſtatus eſt:deinde uero coram plurimis ueluti magnus
præco tuæ uirtutis libentiſſime predicauit. Sed quid de me ipſo dicam? Nõne ego & tuã erga
me ſingularis humanitatem & diuinam potius q̃ humanum opem & ſanctiſſimum charita-
tatis opus expertus ſum? Quum mihi nuper apud Reginam noſtrã:cui cum me labores & ob-
ſequia denegaſſe neſcio quis indigne falſoq; perſuaſiſſet:ſalutiferum patrocinium piẽtiſſime
præſtitiſti. Quorum & meorum laborum mercedem & reginæ gratiam quã plurimi ut debeo
facio:recuperaui. Pro qua tua in me uoluntate animoq; nobiliſſimo doctor inſignis quo ge-
nere orationis tibi debitas poſſim gratias agere non inuenio. Maius enim in ea re cauſa pluſq̃
difficili beneficium abs te uideor accepiſſe q̃ aut ipſe credere poſſis aut ego tibi perſoluere que
am. In quo quãta tua ſit humanitas quanta uirtus quantus amor in me per facile quidem per
ſpexi:cum præſertim negocium meum:quod multi nobiles quibus aſſidue labores impẽdo
neglexerunt:a te ſponte ſuſceptum uel in ſumma difficultate noſtra citius opinione confece-
ris. Non equidem ignoro quantum in huiuſmodi cauſa tibi laborãdum fuerit:donec infeſtæ
mihi reginæ:quæ falſis iniquorum ſermonibus prauiſq; & compoſitis mendaciis quod eam
ego negaſſem iam crediderat:uerum perſuadere potueris. Teſtis eſt mihi rex noſter Ferdinan
dus:qui cum ego ei:propterea quod nos in cauſa iuuerat:gratias egiſſem:de tua diligentia ſin
gulari de ſermone in me[illegible]m & honorem & commodum clariſſime mihi retulit. Teſtes etiam
ſunt & alii plures qui [illegible]ant ordinis utriuſq; proceres atq; pontifices. Qui te non ſine ſumma
admiratione de me[illegible]onoribus & commodis loquentem audierunt. In ea enim ſum a te
cauſa defenſus:in qu[illegible]i Cicero pro me dicturus fuiſſet:de ſucceſſu tamen optato non parũ
dubitare potuiſſem. Tua igitur auctoritas honorẽ mihi reſtituit:me reginæ recõciliauit. Cuius
maieſtatẽ lædere non modo ſummũ nephas eſſe & crimen omni ſupplicio plectẽdũ ſed etiam
quouis mortis genere dignũ cenſeo. Deo igitur primũ deinde tibi doctor humaniſſime quas
poſſum gratias ago:cuius excellenti uirtute & ſanctiſſimo patrocinio noſtrã regina iam inno
centiã cognouit:meq; apud ſe in priſtinũ dignitatis & cõmodi locũ reſtituit. In eius enim gra
tiã niſi per te doctor ampliſſime rediiſſem omne quidem mihi uitæ meæ tẽpus infœliciſſimũ
fuiſſet. Vides ergo quantum tibi debeam uir ornatiſſime. Nam quod per immortalem deum
quod a me tuis excellentiſſimis uirtutibus non iure quodam debeatur? Quæ quidem quo ra
tiores ſunt eo certe digniores exiſtimari ac celebrari debent. Magno poſtremo cultu ſummaq;
ueneratione te proſequar neceſſe eſt:clariſſime doctor nõ ſolũ quia de me tantopere benemere
ris & ſtudiis noſtris & artibus ingenuis:quibus oẽs Hiſpaniæ iurecõſultos lõge præſtas:impen
ſius faues:ſed quia præterea nemo te uno iuſtius res ſuſcipit rectumq; defendit:nemo pauperi
bus libẽtius ſubuenit:nemo miſeros & afflictos humanius erigit:nemo proſtratos pientius at
tollit:nemo nobiles & bonos uiros tã hiſpanos q̃ externos:quibus cũ principibus nr̃is agenda
negocia ſunt:uel humanius excipit uel benignius audit:nemo deniq; cũctos enixius adiuuat.
His igitur uirtutibus & uitæ tuæ pulcherrimis inſtitutis:a quibus ego mentis oculos auertere
non poſſum:te nõ immerito uel præcipue colo uel abſentẽ cõtẽplor uel præſentẽ uehemẽter
admiror. Eæ ſunt tuæ uirtutes maxime uir:quæ nõ me ſolum:qui tui nominis perſtudioſus
ſum & in te colẽdo nemini unq̃ ceſſi:ſed oẽs etiã qui te uel aliquo a te beneficio affecti uel tan
tũ fama nouerunt in tui admirationẽ facile conuertunt. Quæ te primũ deinde uero parentes
tuos nimis illuſtrant. Quibus & ſi propriis uirtutibus & ornamentis clariſſimi ſemper fuerũt:
per te tamen eſſe multo clariores omnes affirmant. Tuis præterea uirtutibus etiam patria Cor
duba nobiliſſima ciuitas & ſuorũ ueterũ ciuiũ clariſſimis ingeniis & uiris doctrinis & militari
bus officiis excellentibus admodũ decorata:per te tñ noſtris temporibus multo facta iam illu
ſtrior mirũ immodũ gaudet. Tuis deniq; meritis innumeris & ingenii dotibus cũ aliorũ nobi
liũ uirorũ tum uero noſtrorũ principũ gratiam promereris:tibiq; uoluntates omniũ hominũ
facillime concilias:quibus quidẽ Ferdinandus rex & Heliſabe regina noſtri chriſtianiſſimi ſa
pientiſſimiq; principes nõ ſolum te ad ſua conſilia uocarunt ſed etiam deinde breui quidem
tua fide diligẽtia modeſtia æquitate innocentia conſtantia iuſticia cæteriſq; uirtutibus:quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



noſtris temporibus in pauciſſimis hominibus reperiuntur: inſpectis: uni tibi præcipue omni
um rerum ſuarum curam & ſecretorum adminiſtrationem detulerunt. O hominis prudentia
mirabilis O ſingularis humanitas O uirtus omni laude digniſſima ſummoq̧ cultu ueneran-
da: O uir excellens & uere nobilis: quē non immerito noſtri chriſtianiſſimi ſummiq̧ principes
ſuis maximis rebus & innumeris negociis uelut unum omniū præſtantiſſimum præfecerunt.
At qui non uereor uir inſignis ne cui de te homine mihi uel amiciſſimo uel de me optime me
rito nimis ambitioſe locutus eſſe uidear: huic enim meo maximis de tuis laudibus ſummiſq̧
uirtutibus teſtimonio magnorū quidem uirorū clariſſimi ſermones aſtipulantur. Inuidus igi
tur haberi poterit ſi quis me non ex tuis meritis ſed ex commodis & beneficiis in me tuis de te
tam officioſe locutū iudicauerit. Vale Methymnae idibus Februariis. Anno. M.ccccc.iiii.

Lucius Marineus Siculus Conſalo Calleco
iurecōſulto & regiæ curiæ præfecto. S.

QVaeris a me uir præſtātiſſime quid ſit incœſtus unde nomen habuerit & an cum uir-
gine potius q̄ uel cum ſacra uel conſanguinea cōmittatur. Quod & ſi te uirum litera-
tiſſimum & in utroq̧ iure uerborumq̧ ſignificatione peritiſſimum minime ignorare
certo ſcio: tibi libenter tamen hac in re ſicut in cæteris omnibus facere ſoleo morem geram. Vt
calūniantibus non nullis: qui tibi ueriſſima ſemper aſſerenti minus acquieſcunt atq̧ res quæ
ſunt ipſa luce clariores improbare uidentur teſtimonio noſtro tuā ſententiā confirmes. Atqui
non parum uereor ne noſtrum quoq̧ iudicium uelut indignum reiiciant. Quod ſi forte fece
rint eos cenſeo cū ſua perfidia relinquamus. Verūenimuero quo minus id facere iure poſſint
dabo equidem operā ut quid de incœſto de ſtupro de raptu & quid de adulterio ſentiā doctiſſi
morum uirorum teſtimoniis adiutus paucis expediā. Scripſerunt permulti tum ueterum tum
etiam recentiorum uiri doctiſſimi incœſtum eſſe concubitum illicitum: qui uel cum ſacra uel
cum uirgine uel cum conſanguinea cōmittatur. Hinc incœſtuoſus dicitur: qui ſiue propinquā
ſiue affinem ſiue ſacram uiolat tam matrimonio q̄ ſine matrimonio niſi pontificis auctoritas
indulſerit. Dictus eſt autem incœſtus hoc eſt illicitus coitus a cœſto: cœſtus uero a cœdo cœdis
quod ſignificat ſeco: erat autem cœſtus apud ueteres zona & cingulum ueneris multis uariiſq̧
cæſuris hoc eſt inciſionibus ſiue punctis inſignitum: quo uenus martem & iuno ab ea mutua-
ta iouem a pellicibus reuocare ſibiq̧ conciliare ſolebant. Quare ſcribit Martialis collo necte pu
er ueros amores Cœſton de ſinu ueneris calentem. Idem ſumme citheriaco medicatum necta
re cœſton: Viſit amatorem baltheus iſte Iouem. Hoc itaq̧ cingulum quoniam apud ueteres
nubentibus fœminis pro caſtitatis ſigno dabatur: interdum pro legitimo matrimonio & ma
ritali concordia atq̧ pro ipſa caſtitate poni conſueuit. Si autem cœſtus per quartam flectatur
declinationem: Item uenit a cedo & inſtrumentum ſignificat: quo pugiles utebātur. Hoc erat
apud antiquos lorum ex bouis corio pugilis manibus alligatum & circunuolutum: quo ipſe
pugil uel minus ſentiret ictum: uel aduerſarium grauius feriret. Hinc ait Valerius Flaccus aſpi
ce & hoc crudis durata uolumina tauris. Quibus latini poſtea plumbeas pilas non parui pon
deris inſuere conſueuerūt ferroq̧ addito: quibus inter ſe pugiles maximo cum periculo nec-
non interdum & certa morte dimicabant. Ii ſunt cœſtus de quibus in quinto poeta ſic ait: In
medium geminos inmani pōdere cœſtus proiecit: quibus acer erix in prælia ſuetus ferre ma
num duroq̧ intendere brachia tergo: obſtupuere animi tantorum ingentia ſeptem terga bo-
um plumbo inſuto ferroq̧ rigebant. Stuprum uero & ſi cum uirgine apud multos pro coitu
non legitimo legimus: ut ait Ouidius: nec precium ſtupri gemmas aurumq̧ popoſci. Interdū
tamen eſt concubitus ueneri naturæq̧ contrarius. Vnde puerorum ſtupratores dicuntur. Ra-
ptus quoq̧ non cum uirgine ſolum: ſed cum quacūq̧ muliere ſiue ſacra ſiue uidua ſiue nupta
concubitus eſt uiolentus. Adulterii uero ſignificatio ſua ipſius uoce plane declaratur. Nihil
enim aliud ſonat adulteriū: niſi ad alterius thorum acceſſionem. Sed iam uereor ne me uel fa
tuum uel ineptum iudices: qui noctuas Athenas miſerim. Vale.



# LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER QVINTVS.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Ruffo Archipræſuli
Coſentino ſummi pontificis Legato. Salutē. P. Dicit

Verſus quos in meā laudē ſcripſiſti præſul excellētiſſime uirtutem
tuā admiratus accepi. Miratus equidē ſum ſed non immerito q᷎
tu uir ſummus & omni doctrinæ genere præſtātiſſimus hominē
uix mediocris eruditionis & ingenii quāuis muſarū alūnū tua ſo
la benignitate commotus carminibus excolere dignatus fueris.
Quapropter & ſi tuū miratus ingeniū magno tn̄ elatus gaudio le
gi uerſus a te miſſos facūdos elegātes cultos argutos: dicā etiam
cōſumatos & omnis eruditionis plenos & humanitatis admira-
bilis: demū quales a te fieri nō aliter poterāt: hoc eſt magno & ex
cellēti tuo ingenio digniſſimos: atq̧ quo numero pautiores eo pōdere certe præſtātiores. Qui
bus humilē Siculi muſam craſſamq̧ mineruā maximis attollere laudibus & ampliſſimis uer-
bis honeſtare ualde conaris & enixe contendis. Audio præterea q̄ honorifice de me uerba
facias apud Ferdinandū regē ac multos alios Hiſpaniæ magnates quotiens tibi datur occaſio
q̄ ſtudioſe meum commendes ingenium q̄ impenſe labores & uigilias laudes: adeo ut facile
oībus de me teſtimoniū præbeas & uirtutis & eruditionis ampliſſimū. Sed ego uellē circūſpe-
ctiſſime præſul ut me tā uere laudare poſſes q̄ cumulate ſoles. Nā quū me ſiue ſermonibus ſiue
litteris cōmēdas amorē quidē magis erga me tuū q̄ meas laudes agnoſco. Amor enī plærūq̧
quod loquit̃ nō ſentit idē: atq̧ id ſæpe dat amiciciæ quod ueritati daret. Cæterū ego quamuis
laudes iſtas: quas ī me cōfers: a me prorſus alienas eſſe uideo: & ex amore potius ī me tuo q̄ ex
iudicio ꝓfectas intelligo: quod tn̄ laudor abs te mihi certe plurimū gaudeo ſicut Hector ille ne
uianus quū a laudatiſſimo uiro laudabat̃. Nā cui tā cornea fibra ē: qui laudari ſe recuſet ab his
qui magna ſemper ī laude uixerūt? Quod ſi tu tn̄ Luciū Marineū tuū iā mācipiū laudas impen
ſius ut cū uelis facilius uēdere poſſis: nō me quidē ſed te ipm̄ certe fallis. Me nāq̧ cū uēdibilē
feceris uenalē tn̄ nō efficies. Nō ſum enī dn̄m mutaturus: neq̧ ſi me manu mictas a te unq̄ di-
ſcedā. Nā cui ſeruire Siculus honeſtius poterit q̄ tibi? Qui pōtifices oēs eruditione uincis & hu-
manitate? qui uiros doctos colis foues & extollis? qui ſummi pōtifices in Hiſpania uicē geris &
perſonā refers? Cū itaq̧ Siculū tuū eſſe dixeris ī tuo carmine: tui iuris ero libēter: tibiq̧ ſemper
inhærebo: te ſequar quocūq̧ loco quacūq̧ fortuna. Quid enī mihi fœlicius quid optatius cō
tigere poterit q̄ ut tecū uiuā cui oīa cui deniq̧ meipm̄ debeo? Plurimū quoq̧ debeo & carmini
bus tuis: quibus immortalitate donatus immortales tibi dū uiuā grās agā. Vale circunſpectiſſi
me Præſul & diu fœliciſſime uiuas.

Ioānes Ruffus Archiepiſcopus Coſentinus & ſummi pōtifi
cis Legatus Lucio Marineo Siculo. Salutem plurima Dicit.

EGo uero Sicule uir doctiſſime te neq̧ uerſiculis meis neq̧ uerbis ullis laudare ſatis poſ
ſum. Quippe qui quū de probitate & eruditione tua uel ſcribo uel apud regē Ferdinā
dum loquor non tuis uirtutibus & meritis: quæ doctiſſimorū uirorū præconio digna
ſunt omnium iudicio: ſed amori erga te meo & officio ſatiſfacio. Quod quidē multo libētius
multoq̧ cumulatius facerē: niſi & tu me plus nimio laudares. Vereor enī quū te laudo ne non
q᷎ debeo facere: ſed tibi parē gratiā referre uidear. Quā ob rē te rogo mi Luci ut poſt hac de me
parcius & loquaris & ſcribas. Nā laudes quas ī me tuæ lr̄æ cōferūt & ubiq̧ tu prædicas cū me
introſpicio tua opinione minores inuenio. Erit igit̃ tuæ prudētiæ uir humaniſſime cauere: ne
tuus ī me amor eximius & benedicendi cōſuetudo te decipiat: ne ue te uel præſentes adulato-
rem uel futuri mēdacem iudicaturi ſint. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Lucius Marineus Siculus Ioanni Ruffo Antiſtiti Cóſen-
tino ſummiqꝫ pontificis Legato. Salutem plurimã Dicit.

M Odeſtía tua facit excellẽtiſſime præſul: ut tuæ laudes ĩ epiſtolis nr̃is tibi maiores uide
anť q̃ in te uel aſpexeris ipẽ uel agnoueris. Nã ego quũ ad te ſcribebã detegere quidẽ
magis imbecillitatẽ ingenii mei q̃ tuas laudes: ut par erat: repræſentare mihi uidebar.
In quo nimirũ tã uerũ noſtrũ fuit iudiciũ q̃ impar ingenium tuis laudibus. Ideoqꝫ nó arbitror
me tibi adulationis noíe fuiſſe ſuſpectũ quaſi te plus æquo laudauerim. Faciunt ení tuæ uirtu
tes ut nó adulatores aut fatui qui te laudãt exiſtimenť ſed impii potius & ingrati qui non lau-
dẽt habeanť. Quã ob rẽ te certatim laudãt oẽs atqꝫ tũ deniqꝫ ſe uiros bonos eſſe putãt quũ tuas
uirtutes magnis laudibus extulerint. Profecto magnus honor & qui quo rarior eſt eo certe tibi
gratior eſſe debet: tuis præſertim meritis nó indebitus. Non igiť mihi timẽdũ puto ne me ſint
uel præſentes adulatorẽ uel poſteri mẽdacẽ iudicaturi. Quapropter ſum equidẽ & ero ſemper
tuarũ uirtutũ & ſi nó idoneus uerus tñ atqꝫ beniuolus buccinator. Vale.

Ioãnes Ruffus Archiepiſcopus Coſentinus ĩ Hiſpaniis Legatus
Lucio Marineo Siculo uiro eloquentiſſimo Salutẽ plurimã. D.

T Vrpe quidẽ Luci noſter ſemper duximus doctrina ac litteris a quoq̃ ſuperari. Sed ti-
bi ꝓpter ingenii tui ſublimitatẽ tuaſqꝫ aſſiduas uigilias ac etiã noſtrã ſũmã erga te be
niuolẽtiã ĩ his facile libentiſſimeqꝫ cedebamus. Verũ elegãtiſſima ſuperiore ep̃la tua
nos humanitate etiã uicere uoluiſti: Quod ſi pateremur ꝓfecto eẽt turpiſſimũ. Illas nãqꝫ immo
dicas laudes: q̃s a nobis reieceramus: tantis præconiis: ut tua ẽ eloquẽtia: ornatas ad nos redi-
refeciſti: ꝙ plane cognouerimus Iudiciũ de nobis tuũ ex nimia tua in nos obſeruantia & amo
re allucinari atqꝫ hebetari. Quare poſt hac ſi nobis credes de meritis ac uirtutibus noſtris ſi q̃
ſunt: ut prioribus litteris te rogauimus: longe partius eoqꝫ uerius & exiſtimabis & ſcribes.
De animo uero & ſingulari nr̃a ĩ te charitate atqꝫ zelo nunq̃: ita nos adiuuet deus: tantũ cogita
bis aut mente cócipies: ꝙ in nobis multo plus: ſi res ferat: nó ſcis inuẽturus. Et ſi unq̃ poterimus
qcq̃ id eẽ ueriſſimũ tibi eminẽtiſſimiſqꝫ uirtutibus tuis libẽtiſſime oſtẽdemus & meritiss. Vale

Lucius Marineus Siculus Ioãni Ruffo archipræſuli Coſenti-
no Romani pótificis in Hiſpania Legato. S. Plurimã. Di.

Q Voniã ꝓpter caſum: q mihi ꝓximis diebus infœliciter accidit: exire domo nó poſſum
circũſpectiſſime p̃ſul: abſentiæ meæ cauſam tibi per ep̃lam dicere: ne forte meã uel ne
gligẽtiã uel ingratitudinẽ accuſes: per neceſſariũ duxi. Calẽdis decẽbris e Cronio taci
te diſcedẽs ĩ Nauarrã ad ducis Nagerẽſis caſtra ꝓfectus ſum: hiſpanorũ cupiẽs & Gallorũ uide
re magnos exercitus: ut quæ de cantabrico bello ſcripturus ſum me uidiſſe teſtari poſſim. In
quo nó meo uoto ſolũ ſed officio etiã ſatiſfeci. Nã poſteaq̃ Galli a Põpilonis obſidione diſceſſe
rũt ego magnã Nauarræ ꝓuintiæ partẽ luſtraui: & ad loca oĩa: ĩ quibus prælia geſta fuerãt: ac
ceſſi: eaqꝫ notaui & diligẽter inſpexi. De quibus ad hiſtoriã cóponẽdã cómẽtariũ ſcripſi perne-
ceſſariũ. Huc inde reuerſus nonis Ianuariis & nouũ ingreſſus hoſpiciũ prima nocte cũ per ſca
larũ gradus aſcẽdere fallẽte ueſtigio præceps cócidi: brachiũqꝫ perfregi ſiniſtrũ ĩ lacerto ſupra
cubitũ. Quod duabus tabellis aſtrictũ & funiculis arctiſſime colligatũ me dolore afficit incre-
dibili: quo quidẽ ſum: ut opinor: nó niſi cũ uita cariturus. Accipe igiť antiſtes clariſſime abſen-
tiæ meæ cauſam & excuſationẽ: quæqꝫ tua ẽ ſingularis humanitas Siculũ tuũ cóſolari malis q̃
accuſare. Vale.

Ioannes Ruffus Lucio Marineo Siculo
uiro doctiſſimo Salutem plurimã Dicit.



D Olore me affecit dolor tuus mi cariſſime Sicule: terret ení tuus cũ brachio ſimĺ cófra
ctus animus: ut non poſſim nó timere ne tibi: qđ deus auertat: eueniat qđ Alpenori:
quo mihi grauius accidere nihil poſſet. Sed te uirũ doctũ & ſapiẽtẽ mĺta nimirũ cóſo-
lari debẽt. Primũ ꝙ hoc malũ tibi caſu & nó culpa tua cótigit: deinde nobiliũ & medicorũ tur
ba: q̃ tua uirtute & Ferdinãdi regis catholici iuſſu te circũſtat: poſtremo ſapiẽtũ multiplices lctõ
nes: & tua ætas uitaqꝫ iã exacta laudabilis & ſine labe. Eſto igiť animo forti mi chariſſime Sicule
& intrepide luxatũ brachiũ medicis p̃be cóſolidãdũ. Digna ẽ ení pars iſta corporis tui lógiore
uita: quæ ſcribẽdo reges magnanimos & fortiſſimos duces immortalitate donat: atqꝫ poſterita
ti cóſulit. Ego abſentiæ tuæ excuſationẽ libẽter accipio: & ꝙ Cãtabriæ ꝓuintiã luſtraueris deqꝫ
tumultu eius & cóflictu cõmẽtaria feceris plurimũ laudo: exornãt ení locorũ ſitus ſcriptorũ li-
bros & mõtiũ ac Fluminũ deſcriptiones animos legentiũ ualde delectãt. Quod & apud græcos
ſcriptores & apud latinos nr̃os ſumus experti. Vale Sicule Vale: & tuæ ſaluti ſi me amas ꝓſpici
as diligẽter. Quod ſi feceris & te dolore & me ſollicitudine liberabis. Iterũ bene uale

Lucius Marineus Siculus Ioanni Ruffo Archip̃ſuli Coſentino. S

Q Vod te dolore meus caſus affecerit ãtiſtes illuſtris ꝓfecto nó miror. Nã ut es natura be
nignus & ingenio mitis ſic a te nihil humani alienũ putas. Nimirũ ſenſus iſte tuæ mi
ſerationis interior & humanæ mẽtis affectus: quo miſerabiles aliorũ caſus gemis: uir-
tus ẽ admirabilis: & quo rarior ẽ ĩ pectorib⁹ humanis eo quidẽ magis laudari debet. Quæ fere
nó niſi ĩ nobiliũ uirorũ præcordiis & eruditorũ reperiť. Sed tu clemẽtiſſime præſul: qui me nó
ſapiẽter minus cóſolaris q̃ pie: de meo caſu iã potes nó amplius eſſe ſollicitus. Sum ení ualde re
creatus ac focillatus ep̃la tua: quæ mihi nó ſolũ dolorẽ minuit: uerũ etiã ſpẽ uidẽdi q̃ certiſſimã
attulit. Supereſt igiť ut a te quaſi uita donatus tibi & immortales gr̃as agã & qđ uiuã acceptum
referam. Vale.

Alfonſus Segura Ioanni Ruffo archiepiſcopo Coſen
tino & Legato ſummi pótificis. Salutẽ plurimã Dicit.

N Arat Siculus mihi: ut alia: ſic amicos uel quos habet auctoritatis amãtes: & diuites pa
tronos oẽs in cóe: ut neminẽ aut amet ipẽ: uel colat: uel ueneretᷣ: quinidẽ quoqꝫ mihi
ueniat ĩ lucro ip̃o iure toto cóplexu tenẽdus: ſuſpiciẽd⁹: & utraqꝫ manu: ut numẽ qđuis
adorãdus. Quo minus habes ꝙ mireris præſul humaniſſime impudẽtiam noſtrã cũ temerita
te: ſi quã eſſe putas ĩ hoíe cãdidiſſimo aío: ꝓptereaqđ hó minime tibi notus uulgaris & ſciolæ
cuiuſdã lectionis ſic ambiã uotis: ut diciť: cópẽdiariis uolũtatẽ tuã id eſt antiſtitis generoſi & ex
cellẽtis doctrinæ. Nã cũ ad Siculũ e Salmãtica ueniſſem: cũ nónulla comẽtãdi gr̃a cũ eo: tũ p̃ci
pue ĩ his feriis ab ſtudio reficiẽdi atqꝫ ſpiritũ recreãdi multa lectióe iure cóſultorũ debilitatũ: ra
tiones uiſum ẽ ut uterqꝫ redderemus: ſimul & cóferre lucra & paratos ꝓuẽtus. Confert Siculus
mĺta diuidit & partiť mihi numero & calculis paribus: ſed illud ſolẽnius & mĺto p̃cioſius quũ
ad te uenimus. Quẽ narrat p̃ter ſummã eruditionẽ Antiſtitẽ oĩ gñe uirtutis ꝓbatũ: fide & obſer
uãtia colẽdũ: uoto & uotis expetẽdũ: oĩ ſtudio & opa ꝓmerendũ: & cóſeruãdũ diligẽtia. Quæ
oĩa & alia lógo ordine ꝓtin⁹ quũ recẽſuit: ſũ ĩ gratiã tui accẽſus aío flagrãtiſſimo. Sed quia ló-
ga differẽtia & dignitatis & auctoritatis obſtabat: quominus ad te uel p lr̃as repedarẽ: ſignifica
rẽqꝫ meã erga te uocaliſſimo tui noĩs Siculo cõtractã & pietatẽ & obſeruãtiã ſæpe me iã agẽtẽ
retraxi. Cæterũ eiuſdẽ Siculi perſuaſu a quo totus pẽdeo tanq̃ a ſuperiori ſcipióe gẽs Cornelia:
citra ullã dubitationẽ imo potius timorẽ imprudẽtiæ ruſtico quoqꝫ pudore depoſito his litte
ris uolui tibi perſtrepere. Peto ergo abs te digniſſime præſul Siculi cũ ſegura probes cóuẽtionẽ.
Et qñ is te amat: & colit: utraqꝫ: qđ aiũt: bucca p̃dicator p̃ſtantiſſimæ tuæ uirtutis: patere obſe
cro te a nobis pie coli & obſeruari & uenerari. Quod ſi p me nihil tuæ fauſtæ dignitati acceſſe-
rit: ut a Siculo: certe nihil minueť: et habebis me cũ eodẽ Siculo cóuocalẽ tui noĩs bóboſũ Buc-
cinatorẽ. Vale: & uiue ĩ terris fœliciſſimus: Cui patet ĩ cœlũ tua uirtute aſcẽſus beatiſſimus.

Ioannes Rufus Archieṗs Coſentinus. Seguræ. S.

NOn mirũ mihi uiſum ẽ intelligere Siculũ nr̃m m̃ltæ doctrinæ ac lectionis uirũ aliquid
de nobis pro ſua humanitate: qua uincit oẽs: aut amãter locutũ fuiſſe aut honorifice
ſenſiſſe. Quæ eius in nos officia & ſi longe maiora q̃ mereamur eſſe intelligimus: ta-
mẽ ea nõ aſpernamur. Plurimũ enim gaudemus ab optimo uiro magnopere amari & aproba
tiſſimo i omni uirtutis genere probari. Verũ enim uero nihil mihi gratius efficit aut iucũdius
q̃ cum eos mihi parat amicos: qui ſua uirtute maxime me ornent & decorẽt: Qualis tu Segura
noſter cãdidiſſime & eruditiſſime exiſtis. Qui & ſi inter iuriſconſultos uerſeris ea tamen es do
ctrina & eloquẽtia præditus: ut alter ab illo ſis futurus. Quare pro tua in nos admodũ propẽſa
uolũtute ac tuis humaniſſimis litteris gratias nõ mediocres agimus: multoq̃ libẽtius ſi quãdo
occaſſionẽ nacti fuerimus referemus. Teq̃ deinceps una cũ præceptore tuo Siculo: qui nobis
ſemper chariſſimus fuit: pie fraterneq̃ complectemur. Nec e noſtro unq̃ dimittemus pectore:
Modo in noſtris laudibus ſi is ſum qui laudari merear eũ nobis ponatis modũ: Ne a ſingulari
ur̃a i me beniuolẽtia iudiciũ ur̃m allucinari ac decipi uideatur. Bene Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Baduario iurecõſulto
equiti nobiliſſimo & uenetorũ oratori. Salutem.

EXpectaui magno cũ deſiderio iã ſatis atq̃ ad eo nũc auidius expecto uir præſtãtiſſime
quod mihi Methymnæ pridie nonas Aprilis promiſeras. Quod diſtuliſſe te iam pro
pe duos mẽſes nõ poſſum nõ magnopere mirari: cũ præſertim nõ tua ipſius cauſa mi-
nus q̃ mea mittere debuiſſes. Ne cõmittas igiẗ ut tibi i tua dignitate defuiſſe uideare. Ego enĩ
poſteaq̃ tecũ locutus ſum meo cõmotus officio te primũ plũbeo ſtilo deliniaui & deinde peni
cillo & uariis coloribus imaginẽ tibi q̃ ſimillimam diligenter expræſſi. Quã ſi uideris & ſi qui
buſdã liniamentis & ualidioribus membris oratoris eſſe Venetorũ nõ dubitabis in ea tamẽ te
ipſe nõ agnoſces: eſt enĩ trũca & ſine capite: qd̃ ſi miſeris aut ceruici: ſi fieri poterit: aut ſi minus
pedibus apponã. Vale.

Ioãnes Baduarius Doctor eques orator Lucio Marineo Siculo. S.

LItteræ tuæ magno mihi tũ gaudio tum amoris erga me tui indicio fuere. Iis enĩ me id
exequi coegiſti: qd̃ licet optarẽ ꝑ negociorũ tñ crebritate poterã minime p̃ſtare. Qua
i re nõ minorẽ mei curã gerere oſtendiſti: quã ipſe in quoq̃ mihi amiciſſimo poſſem
deſiderare. Plurimũ igiẗ tibi uel hoc noĩe debeo. Quid enĩ mihi oibuſq̃ apud hũc regẽ mune
re oratorio fungentibus poſſet optatius euenire: q̃ a celeberrimo totius Hiſpaniae ſcriptore
inter annales ulli nunq̃ tẽpori ceſſuros reponi? Quãobrẽ hoc habeas perſuaſũ me nihil hic aut
i patria eẽ unq̃ ullo pacto omiſſurũ: quod tibi uel ornamẽto uł uſui fore cognouero. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Baduario iurecõſulto
& equiti Venetorũq̃ oratori uiro præſtãtiſſimo. S.

MAxima tua uirtus & ſingularis humanitas facit uir inſignis ut ea tibi q̃ gratiſſima ſint:
q̃ ipẽ nõ ex officio meo minus facio q̃ ex amore & obſeruãtia erga te mea. Mihi uero
lr̃æ tuæ eo iucũdiores fuerũt & illuſtriores quo tua maior ẽ autoritas. Opus: qd̃ de Re
gibus Aragoniæ ſcripſerã: ad te mitto: ſed ea cõditione ut tecũ maneat te duce Venetias petat:
tuas ædes ingrediaẗ & q̃uis indignũ inter alios tñ tuæ bibliothecæ rerũ ſcriptores colloceẗ: ut
ſit amoris erga te mei ꝑpetuũ monumẽtũ bñ uale uir clariſſime & Siculũ tui noĩs q̃ſtudioſiſſi
mũ eẽ ſemperq̃ futurũ tibi perſuade. Vale.

Ioãnes Baduarius Doctor Eques Orator Lucio Marineo Siculo. S.



QVod mihi tot tãtaq̃ amoris ĩdicia oñdiſti nulli dubiũ ẽ quin te redamẽ ac tuis officiis
deſiderẽ uti q̃familiariſſime. Tu qm̃ id ob maturũ diſceſſum meũ negatũ iri timebas:
Tarraconẽſem hiſtoriã ingenii tui præclarũ exẽplar dono mihi dediſti: ut cũ ea q̃ſi te-
cũ poſſem cõtinuo fabulari. Nihil mihi gratius accidere potuiſſet q̃ hõis mihi amiciſſimi deq̃
rebus hũanis optime meriti quãdolibet imaginẽ cõtẽplari: ſimulq̃ cõceptũ iã pridẽ amorẽ poſ
ſe imꝑpetuũ fouere. Tibi igiẗ tãtas habeo gr̃as quãtas gratiſſimi hõis animus capere poteſt: eaſ
q̃ tibi reddã accumulatas ſi unq̃ occaſioni potero adeſſe. Vale.

Siculus Ferdinando Veguae ſcĩ Iacobi Alcantaræ & calatrauæ
militaris ordinis præfecto & conſiliario regio. S.

EX multorũ ſermonibus intelligo Ferdinande uega clariſſime uir me tibi charũ eẽ tuæ
q̃ uirtuti plurimũ debeẗ: ꝓpterea qd̃ nullo meo ꝓuocatus officio ſed hũanitate tua ſin
gulari de me ſemꝑ nõ mõ bene ſentis ſed etiã honorifice loqueris & ꝑbenigne. Quod
eo mihi iucundius ẽ atq̃ p̃clarius quo tua maior ẽ auctoritas: uel quia tu non niſi ꝓbos uiros &
eruditos comẽdare ſoles. Ego uero cũ una omniũ uoce didiciſſem te magnũ eẽ uirũ & ꝑhũanũ
ac eorũ maxime ſtudioſum: q bonis artibus deditĩ res præclaras ſecuntur & ĩmortalitatis famã
q̃rũt: in tui amorẽ & cultũ ſum uehementer accenſus: teq̃ merito dignũ exiſtimaui: quẽ ꝓpter
egregias tuas & innumerabiles uirtutes oĩs ætas agnoſcat. Diligẽter igiẗ operã dabo deinceps
ut quãtũ officio meo & oĩ cura p̃ſtare potero te lr̃arũ monumentis immortalẽ faciã per longiſſi
mã poſteritatẽ. Tuũ erit igiẗ uir ĩſignis officiũ meũ: qd̃ tibi q̃deuotiſſime offero: nõ aſpernari:
quãdoquidẽ ego te ſecũdũ a rege Ferdinãdo colendũ mihi cõſtituo: & muneribus nõ fortunæ
quidẽ ſed ingenii proſequendũ Vale.

Lucius Marineus Siculus Petro faiardo Velienſium Marchioni. S.

MAgnũ facinus & memorabile auſus ſum Marchio clariſſime: in quo tuũ iudiciũ expe
riri uehementer opto: laudandũ ne me an accuſandũ cenſeas. In hoc enĩ res utilis ho-
neſtatẽ deſiderat: q̃ apud ſtoycos ẽ oĩ utilitati p̃ferẽda. Cũ itaq̃ facinus: noſtrũ & tibi
& cæteris oĩbus: q claris ingeniis & rebus ĩmortalibus gaudent: ſit maxime ꝓfuturũ &
nõ mediocrẽ allaturũ delectationẽ: quia tñ & diuinis & hũanis legibus ꝓhibeẗ: mihi nõ accuſan
dũ ſolũ uerũetiã periculoſum uideẗ. Quare te in hm̃odi re non mõ iudicẽ ſed defenſorẽ quoq̃
ac patronũ mihi habendũ ſtatui. Quid ẽ inquis? Qua in cauſa & iudiciũ & patrociniũ noſtrũ re-
quiris? Dicã equidẽ ac me in dicẽdo fortitudo magis & audacia iuuabit q̃ metus terreat & ipſa
impediat uerecundia. Cũ eſſem nudiuſtertius apud regiã cõueniens me Petrus Martyr ſicule
inquit hodie apud me ſis obſecro: ſolet enĩ me frequẽter cõuiuã habere: libẽter inquã tibi mar
tyr more gerã faciẽdũ ẽ enĩ qd̃ iubes: in hac re p̃ſertim: qua nõ hiſpanos modo ſed Lucullũ quo
q̃ Romanũ cõuiuãtiũ omniũ principẽ lõge p̃ſtas: Martyre enĩ nemo liberalius nemo lautius
amicos excipit. Eius itaq̃ hoſpiciũ ingredimur. Cæterũ dũ Martyris pueri alii fercula parãt alii
abacũ ſtruũt igni ſe fouet martyr: ego ꝑtricliniũ ſolus icedo ac martyris ſecretorũ ꝑcupidus mox
cubiculũ: cuius fores late patebãt: ingredior: circũſpectãs oculis ac totũ luſtrãs cubiculũ. Vbi cu
biculi ãgulos & latera oĩa ſatis inſpexi thoro: q ſericis ornamẽtis ac purpura ſtratus erat: acceſſi.
Hic aũt ipm̃ ante thorũ & ſpõda ſub ipã nimio cultu & ornatu atq̃ arte ſũma politiſſime ꝑfecta
& elaborata patebat arca. In ãgulo altero aurũ & argentũ cerno nõ mediocre: in altero plures eõ
poſitoſq̃ libros: in medio & alia plura maximi p̃cii male ſeruata oĩa & negligẽtiſſime cuſtodita:
q̃ uiros etiã ſctiſſimos ad p̃dã furtũq̃ facillime ꝓuocaſſent. Miratũ cubicularii & aliorũ dome
ſticorũ negligẽtiã me intraſſe pœnituit. Verebar enĩ ne furis uel crimẽ uel nomẽ incurrerẽ: nec
tñ iniuria timebã: nã & auro & argẽto cæteriſq̃ rebus: qbus meus minime capiebaẗ aĩus: facilli
me neglectis: libris dumtaxat abſtinere nullo modo potui. Illos itaq̃ ſingulos euoluens legẽſq̃
nouum Martyris opus arte exactiſſima uigilatum meas in manus incidit: furtum ſtatim legere
cœpi. Primis uerſibus operis argumentũ: quod de Ferdinandi regis & Heliſabes reginæ laudi

Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



bus erat:facile percipio. Perlegere cupiẽtem uocat me martyr naturae ut ſatiſfaciamus:quãdo iam nobis erat menſa parata & ceteris donis inſtructa. Librum igitur:quem manibus tenebam legebamq;:propere in ſinu repono & aſcando corde ſub trepido captus operis & titulo & argumento nec non carminis uerborumq; nitore. Mouerat me præterea & Alexandri gerardini epiſtola:quæ ibidem inuenta plurimum martyris opus cõmendabat. Diſſimulanter igitur egrediens menſae protinus me accingo:& contra ipſum ſedeo Martyrẽ. Prandeo ſatis propere ſũmo perlegendi operis deſiderio. Miratur Martyr meũ inſolitum prandendi morem nimia feſtinatione. Nam fame uix depulſa Martyr inquam dimitte obſecro me atq; ignoſce: nuntius enim ex Trinacria modo adueniens me cũ litteris expectat:qui me ſollicitũ ac ſuſpenſum tenet donec quod ex patria ferat non ignorẽ. Tandem uale dicens mulam aſcendo:adhibitiſq; calcaribus meum ingredior hoſpiciũ. Hic itaq; quaſi abditus triduo martyris librũ totũ diligẽter inſpexi. Qui mihi uiſus eſt omnino digniſſimus ut exeat iam in lucem. Hoc igitur opus furtiuum illuſtriſſime marchio ad te mitto:& ut impreſſoribus tradas te hortor atq; obſecro. Ego autem interim Martyrem ipſum cõueniam & cum eo prudenter agã ut ſi quã habet in nos furti actionẽ nobis remittat. Ego enim furtum quod non cõmiſſi feciſſe confiteor. Tu itaq; cauſam noſtram defendes & accuſatione an laude dignus ſim acerrimo tuo iudicio facillime iudicabis. Ego autem interim te ipſum moneo:ut ſi quando Siculum inuitaris ad cœnam non mappas non mantilia ſed libros & egregia atq; illuſtria poetarum & oratorum opera cuſtodiri diligenter iubeas. Illa enim hermogeni libentiſſime relinquam:hæc uero cupidiſſime ſurripiam. Vale.

Lucius Marineus Siculus Bernardino ſcomaforo neapolitano iureconſulto & conſiliario reginæ neapolis. S.

ET ſi mihi maximã uoluptatẽ attulerunt lr̃æ tuæ uir humaniſſime non paruo tñ dolore ſum affectus quod conſuetudine tua:qua iã annum frui facile potuiſſem:caruerim. Qua in re utriuſq; certe noſtrum negligencia eſt accuſanda: tametſi mihi ueniam non immerito dandam puto:nam cum ego in atria nobilium regiamq; domum raro me conferã:te minꝰ hactenus cognoui. Quod ſi tu quoq; me apud nr̃os prĩcipes eẽ nõdũ noueras pariter es extra culpam. Supereſt igitur:ut præteriti temporis fructum:quem nõ paruũ:ut opinor:amiſſimus:deinceps aſſidua conſuetudine penſemus. Cæterum quod de pientiſſimo ſcribis eoſdem auctores uſos inuenio:quos ipſe cõmemoras:quibus & ſi ſunt recentiores non minorem tamẽ fidem adhibeo quam ueteribus & priſcis auctoribus. Sunt eñi erudítiſſimi & linguæ latinæ ratione caſtigatiſſimi. Qui aũt pientiſſimum nõ latinũ eſſe contẽdunt:& tantorum uirorum ſententiæ non acquieſcunt & perfidia quidem & calũnia ſua peccare & Horatiũ non legiſſe mihi uidentur:qui noua plærumq; & uerba & nomina fingere libere docet. Ego cur acquirere pauca ſi poſſum inuideor? Non enim me latet nec uiros illos doctiſſimos: quos ego libenter ſequor:& iſti nõ bene pro recentioribus modernos appellãt:a pio noĩe:q̃uis accidẽs intenſibile & remiſſibile ſignificet:nõ formari cõparatiuũ:ſed docti quidẽ uiri: qui latinã linguã ditari uoluerũt:a Pio uerbo piẽs pientior piẽtiſſimus:pienter pro pie:pientius & pientiſſime dixere. Proprie aũt pio idẽ ẽ qđ colo. Vnde pietas diuinũ cultũ ſignificat:cui græci euſebiam nomẽ dedere. Dicta quoq; pietas:qđ ea:q̃ in ea ſunt penitus & impenetralibus recondita ſint. Sed ne iſti quoq; nõ inueniri pio uerbum calũnientur Plautũ legant dicentẽ Vbi piem pietatem: ſi iſto more morata tibi poſtulem placere? Et Neuiũ:nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. At qui uereor ne aduerſarii:ut illos tanq̃ recentiores improbant:hos etiam ueluti nimis ueteres reiiciant. Vale.

Cataldus Pariſius Siculus Lucio Marineo Siculo. S.

SEcundae litterae tuae fecerunt ne priores mitterem:quae huiuſmodi erãt. Scripſiſti ad me ſponte & ipſe prouocatus tacui:tu laude ego uero repræhenſione dignus. Tu humanior diligentior & mei amãtior:ego incultior ſegnior ac ſiluestrior iudicãdus ſum:



quare ignoſce. Spero tamen poſt hac me tantae erga te inurbanitati litterarum crebritudine ſatiſfacturum. Quod ſi minus fiet q̃ tu uelis & ipſe iure debeo ueniam dabis occupationibus meis. Vale. Conſilium de te meum:quod tantopere ſæpe requiris & efflagitas: & ſi non uerum fidele tñ & amicũ accipe. Si diuicias cupis ditiſſimã Venetiarũ urbẽ petito: ibiq; emorere. Si ad laudẽ famã breuiſſimũq; fumũ:quod poetis peculiare eſt:anhelas:reges tuos ſequere aut ſaltẽ eorũ curiã. Idq; aliquo modo uocatus nõ tua ſponte facias. Si utrãq;:ut decet philoſophum:negligis in patriã reuerte. Hæc eſt quo ad te animi mei ſententia. De me robuſtiſſimo boue illud habeto:iugũ quod mane nemine cogente ſubiui:ratione abſtringente neceſſe eſt ad noctẽ uſq; patientiſſime perferã: ut Paulum relaxante dño conquieſcam: ne inutilis iecto onere pro corii precio impiiſſime excorier. Fortuna indies maiora amplioraq; ſereniſſima fronte nobis ſpõdet. Quæ qm̃ uitrea eſt & cũ maxime ſplendet tum maxime plaerũq; frangitur:a me nihil penditur:& quantũ arduũ ſilicoſumq; heliconẽ egroti ægriq; aſcenderimus minores rectius iudicabunt q̃ noſtrates. Vis ut in patriã redeã;quo nam animo illũ:omniũ cũ uenia loquar:principũ phenicem relinquere auſim Ioannem regem:qui orientẽ occidenti in totius chriſtianitatis cõmodũ coniunxit? Qua item perdita audatia Georgiũ illius unicũ filiũ deſeram? Hic uiuam hic moriar:immo:ut totum promã:malo hic emori q̃ alibi magnificẽtiſſime uiuere. Quod ſcribis philoſophos nõ mercatores nos huc ueniſſe deꝰ ſcit. Forte philoſophi uenimus ut mercatores rediremus. Nõ enim debemus nos tempora cum ſuperiorũ nr̃orũ tẽporibus ubiq; metiri:ſed illorũ mores & uitas ad nr̃a referre tẽpora:& in q̃buſdã illos imitari in q̃buſdã arguere & pœnitus cõtẽnere. Quamq̃ nihil ĩ ueterũ philoſophorũ uita a xp̃iana religiõe alienũ cõperiamus. Apud illos uir ꝓbus:qui ſe pauperiorẽ ꝓfitebat̃:ditior ac ſapiẽtior iuxta euãgelicã doctrinã ꝑdicabat̃. Nr̃a uero tẽpeſtate ſecꝰ ſi oĩbus naturæ dotibus cumulatus necnõ ſalamonior incedas: pauper ſis:ridiculũ uiliſſimũq; caput crudeliter eiicieris. Redẽptor eñi nr̃ ſi præcipiebat uẽdi oĩa dariq; pauperibꝰ nõ erat mirãdũ. Quippe qui potẽs erat lapides in panes aquã in uinũ uertere. Et qcũq; illũ ſequeret̃ nõ timebat fame frigore ue aut calamitate aliqua perire. Nunc aũt ſi facultas deſit quo nã pacto illius præcepta adimplebimus? Ne unũ quidẽ ex ſeptẽ miſericordiæ operibus ꝑfitiemus. Nec præceptũ illud oĩbus æque conuenit. Nã ſi habẽs filios & uxorẽ oĩa q̃ habet uendat detq; pauperibus:neſcio ſi legẽ adimpleat uel potius ſubuertat. Huic itaq; hæreo ſentẽciæ. Debere nos honeſto iuſtoq; labore q̃rere diuicias etiã mõtes aureos ſi fieri poſſit:cõſtruere. Nũq̃ tñ rẽ diuinã nec que ad rẽ diuinã ſpectãt prætermittẽdo pro ſua quiſq; cõditiõe. Quæſitis nõ male ſed bene in dei ſeruiciũ uti ac tale ſit ante quæſita bona ꝓpoſitum & poſt quæſita talis ſit diuitiarũ uſus. Pro deo liberaliſſimi quin etiã prodigi:ꝓ diabulo auariſſimi & oĩno tenaciſſimi ſimus:nõ autẽ ecõtrario pro deo auariſſimi pro diabolo prodigiſſimi. Si eos nos ipĩ in uita gereremus:q̃q̃ oĩa bona nõ uenderemus pauperibus diſtribuenda:redẽptoris tñ præceptũ:qui mũdũ ſequimur:nequaq̃ tranſgrederemur. Sed ad ſiculos reuertamur. Quid dicĩ? In cãnos ſiculi plæriſq; hiſpanis uenimus opinionẽ:ut dictũ Hieronymo tributũ:qđ ad huc nuſquã memini me legiſſe:ſæpe exprobent. Oẽs inſulani mali ſiculi aũt peſſimi:eſto dixerit. Ab illa Hieronymi ad hãc uſq; ætatẽ multa excurrerũt ſaecula:& ob id uarias hominũ mutationes extitiſſe:nõ ne idẽ ſolũ uno anno ſalutiferas herbas altero inutiles ſpinas interdũ producit? Si liceret de patriae laudibus & de ſingulis in oĩ uirtutũ genere praeſtantibus honeſte referre: nõ uane poſſem dicere mille facundiſſimi oratores ab inſulae primordiis ad hodiernũ uſq; diẽ ſiculorũ geſta artes ſciẽtias ſanctitates per mille annos ſine intermiſſione notantes nõ adhuc abſoluerent:iis quae tam temere tãq; impudenter contra ſiculos mentiunt̃:oculos quidẽ corporis dedit excelſus deus: quibus prauos maloſq;:ſiqui ſunt:ſiculos uideãt. At oculos mentis: quibus eminentiſſimos & cõſumatos ſiculos diſcernãt:prorſus ut indignis abſtulit. Nõ aduertũt obtuſi rudes caeciq; ex agris fruticoſis ſpinoſis & aſperis maximos prouentus euenire ſolere quociens diligẽti cultura rũcantur abradũtur arãtur & poliũtur. Equos quoq; eos praecipue uiribus curſu ſaltuq; excellere uidemus:quos ferociores peruerſioreſq; ĩ domãdo antea cognouimus:euulſis eñi eiectiſq; naturae uiciis ĩp̃e reluſceſcũt uirtutes. Et forteſi quis eſt:qui mihi imbecilli cordis imbecillaeq; periciae ueriſſima dicenti fidẽ non habeat:in iis pauciſſimis:q̃ de cõpatriotĩs actigi: nõ duos treſue

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



aut quattuor teſtes incredulo: quibus ad ſanctiſſimas furcas iuredice perducatur: ſed uniuerſos fere utriuſq; linguae auctores ad teſtimonia dicenda exhibeo: ſed de iſtis haec hactenus: Martinus medus erit mihi poſt hac tua cauſa chariſſimus: nec unq̃ ullis in rebus iuueni deero. Vale.

Lucius Murineus Siculus Cataldo pariſio Siculo iureconſulto & poetæ clariſſimo. S. P. D.

GRauē tuā atq; diſertā epiſtolā ea uoluptate perlegi Catalde uir præſtātiſſime: qua legere debui rē mihi diu & uehementer optatā. Nā & conſiliū mihi dediſti Catone ſapientius: & etiā: quod ſcire uolebā: uitæ tuæ iſtitutū plane declaraſti. Quod quidē ego non probo ſolū uerūetiā plurimū laudo. Eſt enim tua iſta apud Ioannē regē magnanimū honeſtiſſima conditio: unde tibi multū & honoris & cōmodi ſperare licet. Ego uero tuū cōſiliū ſecut⁹ ad Ferdinādū regē & Hiſabellā reginā potentiſſimos principes proficiſcar: qui me uel honorifica condicione propoſita & ſpe certa beneficiorū per lr̄as uocarūt & nūcios. Viuamus igit̄ in hiſpania mi iucundiſſime Catalde & ſi uis etiā moriamur. Eſt enī prouintia hæc aeris & climatis ſalubritate fœlix: atq; rebus oībus: quæ ad humanæ uitæ cultū & uſum pertinēt habūdās. Hiſpanorū præterea hominū mores ingenia & conſuetudo me maxime delectat: nobiliū præſertim & litteratorū: qui me nō odio nō inuidia ſed amore beneficiis & honoribus proſecūtur colunt & uenerantur. Quos ego ſic redamo ſic lectionibus excolo ſic eorū mores & uirtutes æmulor: ut nō minus hiſpanus appellari poſſim q̃ Siculus. Quare & ſi patria nr̄a Sicilia eſt omniū rerū diues & admodū fœlix: hic tn̄ manebo q̃diu ſummo deo placebit. Sed de hoc hactenus. Eos q tibi de Siculis: ꝙ ſint peſſimi: mendatiū fingunt mi Catalde: ego nō modo indoctos & latinæ linguæ penitus ignaros: ſed etiā ſtultos & dementes exiſtimo. Eſt enim maximus error ſi quis dixerit ego ſum malus tu autē peſſimus: nā aūt nō ſimilitudinē cōiungit ſed diuerſitatē ſignificat: ut tu es hiſpanus ego autē ſiculus: & ego ſum latinus tu autē græcus. Quē quidē errorē tam puerilē nō comiſiſſet Hieronymus uir nō doctus minus q̃ ſanctus nec ſanctus minus q̃ doctus. Dixiſſet igit̄ Hieronymus uir ſanctiſſimus & ſermonis latini peritiſſimus oēs inſulani mali ſiculi aūt piiſſimi. Præterea nō erat Hieronymi ſanctitatis officiū tā inſigni cōtumelia ſiculos afficere Siciliāq; dei munere fœliciſſimā: quā ſcriptores oēs & græci & latini ſūmis laudib⁹ extulerūt. Quæ uiros & doctrinis excellentes & ſanctitate celebres inumeros peperit ſemp & parit hodie. De quibus multis ommiſſis: qui mihi nūc in mentē ueniūt: per paucos referā. Quis etenim neſcit Coracē Atiſiā Epicarmū Gorgiā Theocritū Empedoclē Diodorū: & permultos alios uiros oī genere doctrinæ præſtantiſſimos ſiculos fuiſſe? Recēſerē & recentiores: niſi me longa nomēclatura tibi moleſtū fore putarē. Plurimorū etenī clariſſima ſiculorū proximis ānis ingenia floruere. Ex quorū numero fuerūt Andreas abbas panormitanus & Barbatius duo utriuſq; iuris clariſſima lumina: & Antonius panormita cognomēto bononienſis: fuit & Gactus Cephaledēſis eps̄ oī genere doctrinæ præſtantiſſimus: Magiſter Henricus Ranzanus theologorū maxim⁹: & Corſectus Melitenſis eps̄ & eius cōterraneus Renaldus mons aureus eps̄ Cephaledenſis omni litteratura præſtantiſſimus qui nuper a mortali uita migrauit. Obiit & Ioannes naſo cui ſiculus fuit agnomen: qui ſi nō fuiſſet morte preuentus nō dubito quin poetica uirtute & carminis maieſtate cum alios magnos poetas tum etiam Virgilium adæquaſſet. Fuit & noſtris temporibus Iacobus Mirabellus in oī ſciētia & græce & latinæ doctiſſimus. Quibus ſucceſſit Petrus grauinius Panormitanus uir elegantis ingenii & politiſſimæ doctrinæ: qui carmina cōdit inter ſaſacra uatum merito reponēda. Quid præterea de ſiculis in mathematicis & arte medica præcellentibus dicā? In quibus & numero plurimis & operibus maximis admodum floruerunt tēpeſtate noſtra Nicolaus palmerius Ioannes burgius Mattheus odus Nicolaus datus Sanctorus liuotus Necolaus ſcylacius & Guliermus Piccius conterraneus meus. Quorū alii nuper uita defuncti ſunt: & alii uiuūt hodie de hūano genere benemerentes. Sūt & ex Bizinatibus meis conterraneis Petrus ingus & Antonius cannizarius inter Sicilie medicos præſtantiſſimos. Sed ad rhetores & poetas redeo: nō enī ſilēcio p̄teribo uirū nobilitate generis & eruditiōe clariſſimum



Thomaſiū Mōticatinū Aternionis comitē de muſis & oībus doctis hominibus bene meritū. Qui præter alia: quæ ſcripſit multa: reliquit etiā epl̄as ſententiis & grauitate plenas. Quē æmulantes Petrus Cardona Guliſani comes & Ioannes Luna comes Sclafanæ & Calatabelloctæ magnū nomē eruditiōis adepti ſunt. Quib⁹ annumerari merito debēt Antonius mōticatinus Thomaſii prædicti nepos & Ioannes uintimilius aſtrologus excellēs. Addimus his Petrū ſancteramu & Gilbertū Piſaurū condiſcipulos nr̄os & in officio docendi Panormi collegas lr̄is & moribus excultos: Marianū præterea Acardū Bernardū gentilē Luciū flaminiū & Frāciſcū pocellū inter uates & oratores memorabiles merito reponendos. Nouimus & ꝓximis ānis in Gymnaſio Cathanienſi præter alios uiros eruditiſſimos Antoniū cognomento iuuenem & eius filios Minuciū & Matheū doctrina præclaros. Vidimus etiā diſputātes Benedictū Aſmariū & Antoninū campiſanum theologiae profeſſores excellētes. Quibus cū Melchior Riguerius & Gaſpar eius frater philoſophi celebres de lr̄is acerrime cōtendentes. Vbi iureconſultos inter alios duos nouimus in iure ciuili præſtantiſſimos Petrū petrolū ſcilicet & Ioānē Richarē: quos audiebat Federicus lancea iuuenis doctiſſimus: cuius hodie frater Blaſcus lancea uiuacis ingenii & magnæ doctrinæ utriuſq; iuris præſtātia maxime pollet: & cū eo pari doctrina & ingenio præditū Antoninū Viuaiū Ioannæ Neapolis regine conſiliariū. Sed qs mihi fidem adhibebit ſi dixero Antoniū flāminiū Siculū: qui Romae nūc ē: cūctos mortales qui ſunt hodie & qui fuerūt unq̃ oī genere doctrinæ longe ſuperare? Quē quidē ego ꝓpter eius uite honeſtatē & ſanctiſſimos mores inter ſctōs ſine dubio ſpero reponendū. Quid præterea Siciliæ ſctōs & ſctās: quid uirgines & martyres cōmemorē? Nōne Sicilia tota ē multis & magnis Siculorū hominū martyriis miraculis & meritis decorata? Nōne Agatha Cathaniēſis & Lucia Siracuſana uirgines & martyres pro xp̄o militantes altera Quintianū & Paſcaſiū altera ſuperauit? Quis Leonis Siculi eccl̄ie Romane ſummi pontificis eruditiōnē ſanctitatē cōciōes & opera quæ ſanctiſſime cōpoſuit ignorat? inſigni præterea laude fœlicē & illuſtrē Siciliā ac memorabilē faciūt Agripina uirgo & martyr: ſanctus Baſſianus Zozimus & Martianus: & Fantinus martyr Siracuſanus: ſanctus Sabinus & Claudus cū aliis nouē & ſeptuaginta martyribus. Diuus Angelus leucathenſis ordinis carmelitarū: ſanctus Albertus aricinus confeſſor: ſanctus Vitus & Modeſtus & eorū mater Creſcentia martyres: Rufus & Martias Siracuſani martyres. Sancta Chriſtina uirgo & martyr. quā nōnulli panormitanā fuiſſe uolūt: ſanctus Ludouicus Siciliæ Regis filius: ſanctus Philippus argirionēſis preſbyter: beatus Curraus nothenſis heremita: ſanctus Orlandus agrigentinus eps̄: ſanctus Apuleus & Gaius meſſani martyres: ſcā Geruſia cū quattuor filiabus & Hadriano filio. Hæc fuit regina Siciliæ: q̄ cū de bt̄e Vrſulæ cōiugio audiſſet ad eā ſe cōtulit: & cū ea martyriū ſuſcepit. Memorare poſſem & alios q̄plurimos Sicilie uiros tā uite ſanctitate q̃ doctrina præſtātiſſimos: quos omitto ne epl̄e modū ecedā. Siquidē Cōſtātinus laſcaris uir græce & latine perdoctus ultra centū Siculos doctrina excelentes mihi & nominatim recēſuit: quos in græcis hiſtoriis legerat. Vides igit̄ Catalde uir clariſſime q̃ inepte loquunt̄ uel potius q̃ aperte mentiunt̄ iſti: q de Hieronymo uiro ſanctiſſimo atq; doctiſſimo huiuſmodi monſtrū cōfingūt. Quod ego q Hieronymi libros perlegi tere oēs nuſq̃ offendi. Valeant ergo detractores & inuidi ſuoq; liuore pallētes nugari nō deſināt. Vale & me ſicut ſoles ama quandoquidē ego te colo ueneror & obſeruo.

Alfonſus a Segura Lucio Mirineo Siculo: ac perinde latinorum principi. S.

DIfficile eſt dictu quantopere concilient animos comitas affabilitaſq; ſermonis. Ciceronis uerba ſunt. Ego Siculi deinde addo. Et me deus probitatis ac litterarum unicum ſpecimen ita eſt. Immo: ſi libere licet loqui: te eum eſſe tibi dicam: quem praedico: hoc eſt qui humanitate uel ipſos lapides in amorē tui excitare queas nedum hominū ingenia allicere: tāta ē animi uirtus: quinetiā illud Quintiliani merito inuertā: nam idē uix elegātius dicā: quo tu magis uales eo te min⁹ attollere ac dilatare conatis. Nobilē animū: & cui uix ſimulē reperias unū. Sed haec diuinit⁹ īfuſa tibi & tecum nata haud ꝓfecto dubitarē. Nō enī facile ē cuiq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca



uel homini ſapientiſſimo ſeſe ab iſtis abiectiſſimis humanis illecebris uẽdicare. Fœlix tu qui te
hominem cognoſcis. Quid referã famoſam doctrinam: quã edoctus aliquis etiã ſi nũc præter
opinionẽ e cœlo dabit͛ moribus angelus: ſeſe et efferet & oſtẽtabit: fauorẽ hominũ cupiet aucu/
pari & haberi præſens & abſens nominari: nec ita facilis erit omnibus. At tu alio quodam inge
nio præditus non modo non te ipſum laudas non te iactitas: ſed ne id quidẽ ab his de quorum
ingeniis tu es optime meritus audire pateris. Non modo fauorem non aucupatis: ſed ac ſi eſſet
res multo maior ꝗ̃ ut te deceret repellis. Tu inquam parem te geris omnibus nedũ facilem præ
bes. Sed uelis nolis: cum tua pace inquam: litterarum decus abſens nominaberis: quãdoquidẽ
preſens nomẽ recuſas. O uirum egregiũ: qui de multis bene meritus emeritã laudẽ repugnas &
aufugis. Noli Sicule abſte abiicere hunc honorẽ debitũ: imo uero famã. An uero fugies id qđ
tuũ eſt? Caue nedum fugis præripiant alii. Sunt enim hæc qui optime norunt. Qui non dicam
tua ueſtigia ſed utinam latine ſentirent atq; uix ſuum nomẽ latine proloqui ſcirent & apud do/
ctos & indoctos audacia quadã & ſcientiæ ſimulatione. Scio ego didicerũt Scio ego iterũ inquã
conſtabit fortaſſe nihil eſſe. Sapis tu tñ qui dũ te diſſimulas & neminẽ aſpernaris omniũ ore in
te conuertis. Omnes eni te amant Oẽs te honorant Oẽs te uelis nolis: ut modo dixi: in cœlũ di/
uinis laudibus efferunt. Quas tibi debitas ſi foret mihi uel uix tangendum: non dicã & recẽſen
dum & exornandũ: uix huic rei artificioſa Ciceronis compoſitione ſatis putarẽ me facturum.
Sed de his ſuperſedeo: es enim tu ſatis per te laudatus. Illud uero abſte uolo & te ualde etiã atq;
etiam rogo & obſecro: ut me non fallas: nam ꝗ̃ ſim tibi deuinctus perpetua obſeruantia experie
ris ſi quando me uti noles: te inquam rogo ne me faſtidias. Obtundã ſæpe quæ ſe offerent quæ
ſtiũculis. Quod ſi obtũdo & nimis ꝗ̃ deceat ſum eni garrulus cõcedas ætati haud te dedecebit:
quæ ad litteras eſt ardẽtiſſima. Addeq; tecum colloqui uel de re a nobis aliena habeo pro lectio
ne. Et memini apud Ciceronẽ adoleſcentes qui ſe ad claros & ſapientes uiros contulerint qbus
cum ſi frequentes fuerint fore ſe ſimiles eorum quos ſibi ipſi delegerint ad imitandũ. Qui ſi ſi/
milis tibi non fuero ſpero non ero omnino diſſimilis ſi me aut non aſpernaberis aut non faſti/
dieris. Quorũ utrũ minus uelim non facile dicam. Admodũ tñ ſpero me & iucundũ & apud te
gratioſum fore. Vale litterarũ decus & me tibi deditum perſuade ex noſtro diuerticulo. Nonis
Auguſti ueſperi te uiſam Iterũ Bene Vale.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo ſeguritano
diſcipulo Iuuenum ſuæ ætatis eruditiſſimo. S.

DIligebam te prius Alfonſe digniſſime uel potius: quod ipſe fortaſſe ex noſtro cõmuni
colloquio colligere poteras: mabã. Sed tunc ut mihi ante & ex parua conſuetudine fa/
miliaritateq; uix cognitum: & ex pauciſſimis unum: qui ſacra lr̃arũ ſtudia diligentiſſi/
me colunt: magna cauſa tamen amoris & iuſta ſatiſq; uehemens iis ad amandũ: qui propter uir
tutes homines diligunt: & qua tu nimirũ maximorũ uirorum gratiã: nedũ meam: quæ tenuis
eſt & prorſus inutilis: demereri facile poteras. Nunc autem perſpectis litteris tuis: quas ad me ꝑ
humane & officioſe ſcripſiſti: inhumanus certe mihi ne dicam ferreus uideri poſſim: niſi te dẽ
inceps unice diligam & libenter amplectar. Non tñ quia tua mihi tantum tribuit epiſtola: quã/
tum ego nec peto nec mereor: Sed quia diligor abſte probatiſſimo ac ſtudioſiſſimo uiro: quem
ego non ſolum ingenio magno & excellenti & erudictione multa uerumetiam ſpeculariſſimo
animi candore & eximia uirtute præditum eſſe facile cognoui. Ideoq; ſtatim te nec immerito
uel noſtra: quam libenter es auſpicatus amicitia: uel omnium præſtantiſſimorum hominum
beniuolentia digniſſimum exiſtimaui. Quapropter hoc tibi uelim perſuadeas te mihi eſſe ꝗ̃ ca
riſſimum. In cuius rei teſtimonium hãc perbreuem epiſtolam tibi mitto quaſi pignus amoris
erga te mei. Vale ex hoſpitio noſtro Cæſarauguſtæ Octauo idus Auguſti.

Alfonſus a ſegura Lucio Marineo Siculo
præceptori Salutem plurimam dicit.



VTinã Balbus nõ eſſem mi Sicule: hoc eſt uel uerba noſtratia natura nõ negaſſet: nã latĩ
na in hac re deeſſe haud dubites: ut ꝗ̃ de tuis lr̃is cœperĩ uoluptatẽ uel uno uerbo apud
te ſubſignificarẽ: aut uel una dumtaxat lr̃a poſſem innuere. Eæ ſunt: crede mihi: quas
& fuiſſe iucundas: & utilia fore mihi ſpecularia certe dixerim. O flos elegantiæ. O eloquẽtiæ ri
uus. Quã profecto uberrimã uel triũ lr̃arũ & promittit in te & ueſtit oratio. Quid referã de ſingu
lis. Profecto ita ſunt oĩa & egregia & perfecta. Quid pluribus? Certe Siculo digna. Vt quo ſæpiꝰ
lego: nã & ſingulis diebus perlego: eo magis quid cui præferã dubito. Sed de huius rei cenſura
ſuperſedeo: ꝗ̃ ſi qua erit: ea certe erit qua Siculus facile cognoſceris. Humanitatẽ tuam æque &
admiror & laudo: qua in te uno nihil laudabilius poteſt eſſe: qui pro tua eximia animi uirtute
æquũ atq; æque honeſtũ duxeris meis illepidis & ruſticis lr̃is uiciſſim reſpondere: quas etiã de
lectaſſe te: ut ex tuis uerbis intellexi: nõ poſſum mihi nõ gratulari. Sed lõge mallẽ ceſpitãtem me
notaſſes. Nõ eni cũ ſcribo abs te laudẽ peto: ꝗ̃ꝗ̃ a laudatiſſimo uiro laudari nõ parũ eſt. Sed co/
rectionẽ cupio. Qua in re meã de te opinionẽ nõ fallas ualde rogo. Sed iã pignus amoris dedi/
ſti: quod antea minus dubitarã. De me tantũ habeo polliceri quicqd iubeas me tua cauſa factu
rũ diligenter aut certe ꝓ uiribus. Vale ingeniorũ optimũ luminare ex nr̃a caſa q̃rto Idꝰ ſextilis.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER SEXTVS.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo Seguritano diſcipulo. S.

A

Ccepi lr̃as tuas: quas nõ minori ſtudio & amore perlegi: ꝗ̃ fuerunt
a te ſcriptæ. Erant eni plene uirtutis officii diligẽtiæ & amoris er
ga me tui. Gratulor ego mihi ac me non parũ fœlicẽ exiſtimo: qđ
te talẽ ſum ſortitus amicũ atq; diſcipulũ quo nihil eſt diligentius
nihil officioſius nihil amabilius: & ut ex præſenti animi affectu di
cã quod ſentio: nihil eſt crede mihi tuo ingenio tuaq; uirtute ad
promerendã hominũ gratiã accomodatius. Feciſti per paucis die
bus: quibus hæc amicitia nobis inita eſt: ut tantũ iure te unũ dili
gã: quantũ eorũ neminẽ: qui diutius mecũ cõiũctiſſime uixerũt.
Nã merito poſſem odio dignus haberi niſi hoc ĩ te animo eſſem.
Siquidẽ tu das operã diligenter: ut hæc inter nos recens orta neceſſitudo mutua lr̃arum conſue
tudine indies magis confirmetur. Caeterum uellem ego tantũ mihi dari ocii: quo tibi poſſem
in officio reſpondere: quantũ enim tuo ſtudio delector intelligere facile poſſes. Sed nihil ẽ hoc
tẽpore: quod te ſcire nõ dubito: me uno curis diſtrictius nihil occupatius. Quapropter ignoſce
meatũ litterarũ breuitati. Nã cũ negocia: quibus nũc obruor cõfecero: lõgiores ad te dabo Vale.

Ad Lucium Marineũ Siculũ praeceptorẽ Alfonſi Seguritani Epiſtola.

ITa confidẽter me aut impudenter potius facere mi Luci tui animi cãdidiſſima uirtus:
hoc ẽ comitas: ac manſuetudo: certe quae tua in oẽs ẽ mollis indulgẽtia facit. Nã quũ
lr̃arũ ſacris operanti tibi ſemꝑ & obſtrepã uerboſus & me intẽpeſtiuũ obiiciã: quo nõ
mõ odiſſe me ſed & effugiſſe deberes: tu tñ ꝓ tua innata uirtute & excipias laetus: & ac ſi eſſem
par ꝑ hũane ãplectaris. Ad hoc laudes me tãtũ quãtũ: ut merito lauder & ſentio: ab eo abſum: ſũ
eni: ut ſcis: nouitius atq; tyrũculus: poſtremo ut ex uultu mihi pſuadere poſſum: re quoq; cõfir
mas: quũ me uno neminẽ tibi oñdas iucũdiorẽ & uix ullũ chariorẽ: facis ꝓfecto: ut ꝗ̃ mea aetas
ẽ temeraria: ut maiora cõmittã: maiorẽ aniũ addas. Ego uero mi Luci pro tua in me ſingulari
beniuolẽtia & indulgẽtia tam larga: tã multas tibi gratias ago: ut quas aliis agam nõ habeã. Et
utinã aliquãdo referre poſſim. Poſſum tñ habere: nõ ut pari amico: ſed ut Lucio præceptori &
lr̃arũ principi beniuolo. Et id qđ poſſum ſemꝑ faciã: & ut ẽ: ſemꝑ erit mihi ĩ ore mĩtus Siculus:

Universidad de Deusto
Biblioteca



&te amabo colaq; ſemper & obſeruabo:cuius conſtantiæ ero ubiq; gentiũ. Quod ſi quãdo de
ſinã:crede mihi:tunc id erit quũ tu rẽ latinam deſeres. Nã ego te colam ſemper & uenerabor:
qui mihi uel ſolo concurſu & colloquio nõ minus triduo:ut ita dixerim:q̃ meus herrarienſis
Iſtaue frequenti dictato:profueris. Sed ad rẽ deuenio. Sæpe hortanti tibi:ſi meminiſti:perge-
rẽ & arte & imitatione:poſtremo ſcribendi exercitatione frequẽti meũ ingeniolũ excolere:in
uentionẽ præceteris deterrere me reſpondi. Sed id ego diu noctuq; mecũ retractãs ac recogitãs
ſi facerẽ fore utile. Contra conatus de te materiã:quæ ſe ultro offerebat:accipio. Non quia hac
re uel aliquã gratiã tibi poſſe referre me exiſtimem:ꝙ immortalẽ uideor te reddere:nam hoc
non niſi alter Lucius nimis ad unguẽ poſſet conficere. Præterea es tu per te ſatis factus immor
talis:deinde chartã hanc certe ſcio propediem periturã:Sed quia uſum me tuo conſilio aman
tiſſimo:& mihi prodeſſe & ut tibi in amore aliquando reſpondere me intelligas:uehemẽter cu
pio. Expreſſi igitur te uir doctiſſime penicillo certe craſſiori:ac coloribus minus perfectis q̃ te
decuerit. Nec id mirũ debet eſſe. Nã eſt ĩ te neſcio quid perfectius:q̃ in Lucio uel ab apelle po-
lite exprimi & effigiari poſſit. Sed qualecunq; id ſit:quod totũ uerũ eſt:tibi trado tibi dedico:
id demũ tibi tanq̃ alteri Apollini cõſecro. Quod & legas & perlegas:& in eo te oblectans litte
rarũ faſtidium nonnunq̃ remittas. Et te in eo ueluti in tranſlucido lapide inſpiciens & ornes &
incultũ cõponas. Poſtremo quis qualiſq; ſis:quid quãtũq; feceris legens facile agnoſcas. Qua
re fac hoc uel in minima tuæ Bliuiothecæ timula reponas. Vt ſi quando caſu in manibus acce
peris memineris ſegurã tibi deditiſſimũ. Vale & quæ tua humanitas eſt me ſemper ama. Iterũ
bene uale inter paucos uir docte. Cæſarauguſtæ nonis Octobris Anno. M.ccccc: Viii.

### De Lucio Marineo Siculo per Alfonſum Seguri tanum per breuis narratio cum præfatione.

PErlegerã proxime Lucii Marinei Siculi opus de laudibus Hiſpaniæ nõ minus oratio
nis ſuauitate illectus:q̃ quæ fuerit noſtra Hiſpania cognoſcendi cupidus. In quo quũ
de multis multa uiderẽ ſatis cõpte & exacte & quod poſſum dicere uere ſcripta:an eũ
dẽ ipſum Luciũ cõperiã reuoluo. Quumq; eũ & ubiq; ſentirẽ & nullibi legerẽ: Hiſpaniã non
modo ingratã ſed immemorẽ etiã reprehendo. Fuiſſet eni decorũ immo uero debitũ:ut qui
totã Hiſpaniã ſtudioſiſſime cõſcripſiſſet & ad immortalitatis gloriam:quod antea nemo no
ſtrũ tẽtarat traduxiſſet quod in multis unus & extulit & oſtẽdit lumẽ:idẽ accepiſſet uiciſſim.
q̃q̃:quod minime negaueri:q facibus præit ſplendorẽ nõ amittit. Nos tñ ne ĩmemores oẽs ui-
deamur:eodẽ obſequio Luciũ demerebimur ingreſſi:& umbrã:quæ parua in eo eſt:quãta ma
xima poterimus diligentia fugabimus:& eũ totũ circũquaq; procul etiã proſpectantibus oſten
demus. Non quia nobis confiſi de eo exacte & nimis ad unguẽ poſſe ſcribere putemus:eſt enĩ
res multo difficilior q̃ cui etiã omnes:de quibus ſatis late ipẽ conſcripſit:uiciſſim poſſint ſatiſfa
cere. Sed quia prodeuntẽ per ſeipm̃ ad ĩmortalẽ memoriã:quis qualiſq; fuerit deliniãtes penĩ
cillo coloribus ſuis & exprimemus &:ut ſpero:aſcendentẽ coadiuuabimus. Quod ſi minus fe
cerimus q̃ & eũ decuerit:& feciſſe nos oportuerit conſiderandũ eſt in eo multa eſſe:quæ nõ mo
do exprimere & deſcribere lateq; ornare:ſed neq; animo conſequi uel in hac re exercitatiſſimus
poſſit. Deinde eũ ſe ſuis ſcriptis ſatis ĩmortalẽ extuliſſe quæ & ſi Luciũ ſatis declarant:quod tñ
de ſeipſe ſiluit nos modice percurremus. Lucius igitur Marineus Siculus eſt in Bizino oppido
nobiliſſimo natus. Is quũ a natura ſingulari eminentiſſimi ingenii fœlicitate eſſet dotatus cõ
iectura prope diuina ab infantia ſemper litteras ſuſpexit. Quas quum ante alia puer cuperet:&
de earũ deſiderio ad parentes ſæpe retuliſſet:ipſi tñ conſiliũ non probantes pede:quod aiunt:
utroq; pertinaciter ſemper abnegaſſẽt:parẽtibus inuitis naturã ipſam ſquallidã ac indies ſqual-
leſcentem magis omni auxilio diffiſus iam uigenarius maiore animo q̃ ſit credibile tergere in
cipit. Nam ut altius repetam:cum his primũ ſtudiis ſtatim ſe dederet:quibus ætas puerilis ſole
at informari:omnibus fere ludibrio circunflictatus ob idq; a parentibus per litteras nonnunq̃
obiurgatus:ipſe nõ modo ab incæpto non deſtitit:ſed & tela oppugnãtibus honeſtate ſpecioſe
retorquens



retorquẽs:eo animo cũ ætate eſt reluctatus:ut breui tempore omnium opinionem fefellerit.
Cæterũ quũ ad maiora animũ protenderet:deſperato parẽtũ auxilio:inceptum minus minu
it. Quamq̃ nõ poterat non deterreri & ætate in qua facilius decreſcit memoria:& uia lõga:ſed
maxime omniũ rerũ inopia. Retractatis tamẽ omnibus hac diu ſecũ penſitatis:quãdo eo pro-
ceſſerat unde retroferre pedẽ haud honeſte quidẽ poterat:aleã iacere decreuit:& oĩa libentius
pati q̃ ĩ breuiori uia ſiſtere. Deinde labores omnes inuaſus conſtantia tandem magis q̃ ui ſupe
rauit. Primũ Catinam Siciliæ ciuitatem ſe contulit:ubi a Petro Angueſſa uiro doctiſſimo pri-
mas habuit litteras. Poſt annum inde Panhormũ ad Ioannem Naſonẽ cognomento Siculum
tranſit. Hic eſt ille Ioannes naſo cuius extat opus heroicum de celebritate rerũ:quas Panhor-
mũ ædidit quũ Barcinona Gothalana ciuitas rebellis Ioanni regi indeditionem poſt decem
annos ſe ſubiecit. Vbi præter opinionẽ:nullis ætatis infirmæ illecebris irritatus:nõ enim facile
eſt ætatẽ ſuperare:quæ prudentiæ expers fere libidinibus ſemper obnoxia eſt:Vigilias feſtas &
profeſtas aſſidue pernoctans cũ diſcipulis adeo ante celluit:ut præceptori:eius uirtus nõ minus
fuerit formidoloſa:q̃ cæteris oĩbus admirabilis. Nã non multo tẽpore poſt uita defuncto Na-
ſoni uno omniũ cõſenſu ſucceſſit. Sed animo multo plura ſitienti ultra procedere maxime fe
ſtinat:eo nõ demiſſiore q̃ antea. Verũ ita eſt ꝙ quoquis aſperius litteras mordicat:eo allicitur
dulcedine magis:& altius proficit. Igitur Lucius modicis uiribus ibi iam cõquiſitis ſede quie-
ta & honeſta non allectus Romã tranauit firmius inſtituendus: Vbi ſub Põponio leto ac Sulpi
cio diſciplinarũ optimis præceptoribus tãtũ doctrinae imbibit:ut in eloquẽtia æque atq; in re
liquis artibus iam præceptoribus ſit dignus diſcipulus. Quo factũ eſt:ut quẽ habuerint diſci-
pulũ nõ modo eos ipõs non pudeat parem extollere:ſed ꝙ eũ ſint ſortiti:qui ſuũ nomẽ etiam
amplũ & teſtificetur & exornet & ſe & gloriãtur & iactitãt. Cæterũ uix extremã adoleſcẽtiã na-
ctus iam ſummus orator:& in cæteris artibus:quas appellãt liberales:non minus edoctus Pan
hormũ rurſus accitus: Audierat enim Panhormũ Luciũ iam præter ætatem præceptoribus &
ſcientia & ſapiẽtia parẽ:ibi cũ ſummo ſuo nomine propoſita etiã bona cõditione publice pro
fitendi munus exercet. Sub quo multi per quinqueniũ ibi floruere. Eo tẽpore Federicus Ma-
ris Hiſpaniæ Põtharchus:quẽ Hiſpane Almirãtem appellamus: Qui annam Siculã comitẽ mo
dicanã in uxorẽ duxerat:eo profectus Lucii nomẽ audit. Quem ad ſe quũ accerſiri imperaſſet:
ad Hiſpaniam opportunitate ſub inde prouocat. Ea re Lucius ſatis permotus tam & ſi Panhor
mum relinquere nõ ſatis commode poterat:Deinde ꝙ optimis quibuſq; bene charus erat:cer
te relictis omnibus Põtharcho obſequutus fortunam experiar inquit. Quam in mari adeo ad-
uerſam eſt perpeſſus:ut paulũ abfuerit quin uitæ diffideret ducente tamen uirgine Maria:cui
Lucius ipſe deditiſſimus eſt:in Hiſpaniam tranſmigrauit incolumis. Quo aduentante:quod
poſſum uere dicere:tota Hiſpania iam tandẽ incipit ſplendeſcere. Nã per id temporis in Hiſpa
nia quæ olim latina lingua appellabatur:eo & multis ante ſæculis deprauatis:in barbaram re-
ciderat. Hanc reſtituere cupiens Lucius ſimul & Hiſpaniam demereri:Salmanticæ:quo ſe pri-
mum contulerat:noſtrum Nebriſſenſem:qui per paucis ante annis ex Italia docte doctus lin
guam latinam reportarat:manu:ut ita dixerim:utraq; effodientem abſtruſam & pene perditã
noctu dieq; & effodere eruere & expurgare coadiuuans cum Nebriſſenſi linguam latinam re-
duxit. Nam ſtatim inſtitutiones grammaticas cõpoſuit:Breuiores ille quidẽ:ſed ad informan
dos pueros certe perutiles. Ad hoc ibi in maximo præcio habitus per duodecim annos aut cer
te amplius publice profeſſus non modo Barbariem proſtrauit & deleuit:ſed & extirpauit &
cum radice euulſit:uel minimum quippiam non amplius propagaturam. Idq; fecit diligẽter:
adeo ut non minus Salmanticæ & per totam Hiſpaniam de linguæ latinæ triumpho Lucio
tribuatur. q̃ Romæ & per totam Italiam Laurentio Vallæ. Quo ſuo Sæculo meram ſinceramq;
patriæ linguam reſtituens Barbariem:quæ altius increuerat:Gothicamq; linguam pepulit:
& in exilium proſcripſit:eo uiuente nunq̃ amplius redituram. Cæterum Lucius & officiũ au-
gere & hiſpaniam pleniore obſequio demereri cupiens:eam carmine:in quo componendo a
natura adiutus inter raros pollet:& deſcripſit & breuiter laudauit. Sed non multo tẽpore poſt
plenius & de laudibus Hiſpaniæ & eiuſdem uiris illuſtribus ſolutum opus condidit. In quo

non modo de rebus hiſpanis diligenter lateq; conſcripſit:& noſtri Sæculi uiros ob res ſingula
res geſtas memoria dignos immortales reddidit:Sed etiam perpetuæ memoriae plærosq; pro
pe iam obſoletos reuocauit. His & aliis huiuſmodi ſtudiis: Taceo eius perdulcem conſuetudi
nem:& uel in minimum quemq; facilitatem:comitatem & morũ elegantiam:quæ uel agreſtes
poterant commouere:optimi cuiuſq; animum ſibi conciliauit. Adeo ut quum iam poſt duo/
decim annos:quibus Salmanticæ docendi profeſſionem: ut dixi: & ſine inuidia exercuerat:
huius nomen increbuiſſet & ad Ferdinãdum & Hyſabellam principes accerſiretur:nemo erat
qui eius ſuauiſſimam conſuetudinem non deſideraret. Verum enimuero eſt Lucius eius ani
mi:quem ſimiliorem dixerim aureo Sæculo:quod fabulantur poetæ:q̃ huic noſtro fallaci.
Quippe qui innata quadam uirtute non inflatus ſui opinione doctos uiros:quos ipſe plærosq;
pares facit:non modo latratu inſequi mordereq; non nouit:quod noſtri Sæculi hominibus:
qui aliquantuli ſunt nominis:præliuore pallentibus plæriſq; aut ſemper ringere quaſi a natu
ra datum eſt:nõ inquam pares ſed ac ſi eſſent doctiores omnes & amat & colit. De ſe prædicat
nihil:putat enim nihil deformius nihilq; fædius q̃ de ſe ipſo quicquã prædicare. Immo:ut po
te qui ſapientiſſimus eſt: interrogatus quo ætas inquit creſcit:ut quod de me ſentio dicam:eo
rerũ in me decreſcit perfecta cognitio. Viro doctiſſimo digna profecto ſententia. Infimosq; quo
q;:tanta uiri uirtus eſt:non modo non aſpernatur: Sed audit benigne & requirit uiciſſim. In/
terroganti enim:quod doctiſſimi hominis eſt ſimul & profeſſionis:ac ſi diutius amaſſet uel mi
nimo cuiq; perhumane ſatiſfacit. Quid in reliquis eius admirandam ſapientiam referam? Id
profecto uere dixerim:quas habuit partes Democritus in eo fuiſſe omnes. Nam quibus morta
les dulcedine quadam alliciuntur:diuitias ipſe deſpicit paruo cõtentus. Honores ridens iis ni
hil leuius exiſtimat. Tenuis enim uictus: Tenuis cultus:ſtudium maxime: Præterea nihil dele
ctat. Poſtremo quæ cæteri omnia eorum cupiditate & delectatione ducti & admirãtur & rictu
quodam erecto ſequũtur. Sapiẽtia rariſſima pro nihilo putat. Ad hoc labori ingenii totus de/
ditus hominũ congreſſus & ſocietates:eorum maxime qui in loquẽdo agendoue & inſuaues
ſunt & parũ habent penſi & fugit & odit. Loquitur & ipſe raro. Quod nõ tã auerſuto ingenio
ita ut aliquid mõſtri:quod multi taciturnitate promittũt:intra ſe alere uideatur:q̃ a perfecta ſa/
piẽtia & uirtutis emulatione proficiſcitur. Cæterũ quum loquitur nõ modeſte minus q̃ ſapien
ter:& ac ſi prius pẽſitaſſet uerba effundit. Sed eo cõſulto redeo unde ſum digreſſus. Nã in hac
re difficilius q̃ incœpi finiã:ſi perſequar. Satis tamẽ eſt uiri ſingulares uirtutes ſignificaſſe. Lu
cius igitur quum ad principes accerſitur: ſtatim rex miniſtros ac famulos litteris informãdos:
& regina palatinos ſacerdotes plenius inſtruẽdos cõmẽdarũt. Quod quum faceret diligenter
Equitibus etiã plæriſq; uel pœſim uel oratoriã per ociũ lectitaſſet:& uita & moribus caſtigatiſ
ſimus a minimis adſummates omnes ſibi conciliauit. Ipſe tamen quũ principũ imperio eo li
bentius ſe ſubieciſſet:q̃ ſperaret id utile futurũ & ad litterarũ ſtudia multo opportunius:q̃ ani
mi tranquillitatẽ iã eſſet conſequutus:longe fallitur. Nã quũ principibus nullibi ulla ſit certa
ſedes:dein quũ res aduerſae etiã maximos perſequãtur:Ferdinandũ regem per Maria ac terras
uolitantẽ ſemper ſequutus:& ſibi:quod nunquã euenturũ putarat:plurimũ defuit. Verũ ita ẽ
q̃ quo uis uel mediocris ingenii aſſiduitate & inſurgit & creſcit:eo etiã homine iam prouecto
& in litteris maturo ingenium decreſcit tabeſcitq; indies longi tẽporis capedine. Ad hoc quæ
ſtudiorũ præſidia ſunt:ea fere omnia defuerunt. Hoc eſt librorum copia:temporis ocium:nõ
nunquam litteratorum conſuetudo:poſtremo ipſa loci opportunitas. Reluctatus tamen ad ſtu
dia reſpicere nunquã deſtitit. Vt ſi nihil emolumenti certe nihil dãni cõſequeret̃. Sub idẽ tẽ/
pus iã regis patris Ioãnis Aragonũ principis memoriã diſtractã ac:ut ita dixeri tẽporũ culpa:
pene diffutam: in unũ contrahere & reſarcire incipit. Quam tandem nõ ſine maxima difficul/
tate pereleganter latine conſcriptam fœliciſſime reſtituit. Hæc habui de Lucio Marineo Sicu/
lo quæ in hunc uſq; diem ab eo uel ſunt ædita:uel ædentur propediem. Qui de eo latius ſcri
bant forte non deerunt:uel quum tandem naturæ conceſſerit: Optimum maximumq; impe
ratorem deum oremus : uiuat diutius: Vt cumulatiore litterarum beneficio & olim Bene ſe
uixiſſe teſtetur. Viuat hic & in æternum.



Lucius Marineus Siculus Alfonſo Seguri
tano diſcipulo. Salutem plurimam Dicit.

QVam de meis olim ſtudiis narrationem accepi Segura doctiſſime:legiq; per libenter.
Quæ ſi mihi delectabilis magis fuerit: q̃ admirabilis ſignificare quidem tibi uix poſ
ſum. Mirabiliter enim ſum delectatus meorum laborum memoria:quã tua mihi ma
gna cum mea laude narratione retuliſti. Sed ingenii certe tui præſtantiam non minus ſum ad
miratus. Enimuero mirũ eſt quod ĩ iſta tua facis adoleſcentia:adeo:ut ſi tua cum ætate cæpta
creſcant:te alterum Siculum:non Lucium dico Marineũ:ſed Antoniũ illum Flamminiũ fore
nõ dubitem:Quem ego:quod ſine inuidia dictum uelim:& omniũ:qui ſunt hodie longe do  *Antonij Flāminij laus.*
ctiſſimũ ſapientiſſimumq; iudico : & inter ueterum repono præſtantiſſimos. Cuius tu quidẽ
ad amuſſim & ſtudendi rationẽ & uiuendi modũ ſequeris:hoc eſt & ſtudii labores maximos
& uigilias & admirabilem uitæ caſtimoniam & integritatem. Eſt præterea tibi & ea uis inge/
nii:quã in Flãminio nõ humanam quidem ſed diuinam potius eſſe mihi perſuaſi. Sunt & ra
riſſimi mores:& non Sæculi noſtri:quales olim ego primum Panhormi & deinde Neapoli in
Antonio Flamminio ſuſpexi : & nũc homines præſtantiſſimi Romæ mirantur. Tanto uiro te
omnino parem ſpero futurum mi Segura:niſi:quod abſit:in itinere forte defeceris. Dicerẽ etiã
maiorem : ſi hoc Flamminius : qui ſibi primam uirtutis & omnis eruditionis gloriam præri/
puit:pateretur. Nam ſupra hominẽ prorſus ſapiet:qui Flamminium uel eruditione uel aliqua
uirtute ſuperabit. In uno ſiquidem Antonio Flamminio uis humanæ naturæ quãtũ in omni
genere uirtutum poſſet experiri uoluit. Quapropter & tibi magnopere gratulari & mihi non
parum gaudere iure debeo Segura chariſſime:ſi Flamminii:quod a tua uirtute mihi ſperare li
cet:uel gloriam æquabis uel ſaltem eruditioni proximus accedes:ut idem aliquando ego de
te poſſim merito dicere:quod nuper apud Ferdinandum regem & alios multos hiſpaniæ ma
gnates de Flamminio. Interrogatus enim diligenter a Rege quidnam de Flãminio ſentirem:
eum eſſe Flamminiũ reſpõdi:qui:ſi mihi optio daretur: eſſe mallẽ:q̃ quiuis omniũ mortaliũ.
Eſt enim Flamminius nullius magis q̃ ſui ſimillimus. Sed interim ego tibi mi Segura macte
uirtute pro tãto tuo in me amore & obſeruãtia magnas:ut debeo:gratias ago:& ſi potero quã/
doq; referã cumulatius. Video enim me diutius non tã meo q̃ tuo ingenio uicturũ. Quã ob rẽ
& ſi tibi multo maiora debeo: q̃ quæ poſſim perſoluere:una tamen re tuis meritis ſatiſfacere
mihi uiſus ſum :quod unũ te mi Segura tantũ diligo:ut non paruã cæteris inuidiam fecerim.
Vale & Siculũ tuæ uirtutis & ingenii amatorẽ eſſe ſemperq; futurũ nõ dubites.

Alfonſus Seguritanus Lucio Marineo
Siculo præceptori ſuo. Salutem.

DEbeo tibi tantũ mi Sicule præceptor optime:quantũ Antonius ille Famminius:qui
cũ me cõfers:& te referẽte naturæ debet. Quẽ:ut ais:adeo caſtigatũ effinxit:ut iam ho
minẽ plane ſuperauerit. Debet item & ipſe tibi:quantũ: quæ tua manus eſt liberalis:
cũ omnibus tũ illi ſemper præſtas libentius. Qui homo æque natione Siculus per te ad Gades
uſq; iam eſt totus hiſpanus. Debet tibi multum fateor:qui etiam tuo beneficio uiuet tãtiſper
donec ſcripta tua cũ tota ſimul Hiſpania pereant:in quibus de eo honorificam mentionẽ per/
curris. Sed tibi perſoluet ipſe aliquãdo:ut pote homo doctus & ſapiens:quẽ etiam prædicant
oẽs dei celebrẽ cultorẽ. Perſoluet inquã tibi mi Sicule:uel quia Siculus ẽ:uel quia:ut ex tuis ſcri
ptis intelligo tui eſt q̃ ſimillimus:adeo ut cũ hominẽ deliniaueris & te facile expreſſeris:ut ſub
eodẽ ſideris de Fluuio utrumq; natum haud dubitem. Ego uero cũ tu nullis erga te meis me/
ritis me magnis officiis ſemper accumules: ideſt indies ultra tribuas q̃ fortaſſe & ipſe ſentis:&
ego in me minus agnoſco:ut iam Seguram plane deleas & Flamminium ſubſcribas:cum æta
te omni facultate tibi impar ſoluendo:fateor:nõ ſum :& quas gratias agam nullas habeo:ani/
mo tamen gratiſſimo non deſtitutus immortales habeo quas non ago. Sed quid de tuis litte/

Universidad de Deusto Biblioteca



tis ſentiam mi Sicule iam uide. Quod meos duos & uiginti annos cũ quinquaginta fere & tam
bene actis compares: ſi tuo teſtimonio hoc eſt humaniſſimi ac perinde ſapientis uiri ipſe mihi
non placeam inhumanus proculdudio uidebor. Sed & ſi cornea fibra mihi non eſt: ſum profe
cto minus mei neſcius. Ego mi Sicule quod cum Antonio Flamminio laudor ſatis ſum abſte
laudatus: Sed an Flamminio iniuriam feceris ipſe uide. Me autem quantum in me ſit ne te fal
lam in breuia & ſirtes urges. Vtinã aut cum Flamminio aut certe tecum mi Luci omnes meos
annos uiuerem: ut tibi ſimilis Flamminio non eſſem omnino diſſimilis. Vale & mea & littera
rum ſpes & Seguram tui nominis cultorem: ut facis: ſemper ama. Cæſarauguſtæ Vndecimo
Calendas Decembris. Milleſimo. ccccc. Viii.

Alfonſus Seguritanus Siculo præce-
ptori. Salutem plurimam Dicit.

QVid ais mi Luci? Ego ne apud te? Tu iam hic per annũ permanſurus? Quam fœlix
ego bone deus. cœpit profecto: omen abſit: mihi iã fortuna fauere: quippe cuius
& nomẽ te prædicatore: q̃ Segura percrebuit: & quod me magis effert: nõ te per tri
duũ ſum ſortitꝰ præceptorẽ. Viuas Galinde: bñ uiuas in æternũ: qui nuncius tã iu
cũdus prior occurriſti. pfecto mi Sicule cœnitaui apud te perſæpe opulẽter quidẽ
& de diuerſis: Sed appoſuiſti nihil unq̃ dulcius q̃ heri. Quod ſi me nũc reliquiſſes: crede mihi:
non aliter q̃ in æſtate ſitienti exiguũ uas eripuiſſes. Age igitur mi Luci: quẽ Politianum totiẽs
promittis: ita inſtituas: ut Siculi quoqꝫ ueſtigia ſequar. Et ut cumulatius opinioni reſpõdeam:
nugas iſtas: ingenioli tua uel ſingulari doctrina ad uiuum reſeca. Sed hoc nõ tam ut exhorter:
q̃ ut prece te agẽtẽ impellã. Bene Vale & de me pluſquã de diſcipulo ſenti. Cæſarauguſtæ.

Alfonſus Seguritanus præceptori Lucio
Marineo Siculo. Salutẽ plurimã Dicit.

AGam ne tibi gratias mi Sicule pro tuis ĩ me humanitate cõiũctis tot & tãtis bñficiis?
An quando referre non poſſum immortales habeam? Vis plane dicam? Neutrum
ſatis poſſum. Poſſum tamen dicere: ut totos tibi ſinus pandam: refiges nunq̃: quo
me tibi ſemel cõpegiſti: clauum trabalem: ne ſi forcipibus coneris. Velim ea uis eſſet: uel amo-
re minor: qua Seguram te aliquando uerbis reſpondere ſentires. Reſpondeo tamen: quo ad
poſſum: animo: quo me amas: eodem. Quod idem: quæ tua humanitas eſt: minus negas. Indi
dit operi Politianus litterarum unicum ſpecimen Miſcellanea: Miſcellaneorum mecum retra
ctans: ut pote græcarum litterarum ignarus: effinxi ſæpe ſignificatum. Id quum mihi minime
ſatiſfaceret: Solent mea niſi prius abſte probentur: mihi minus placere: ad te confugio. Qui
quum confuſum quid per Miſcellanea ſignificari reſpõderes: docte ſubiecta ratione: ſtatim an
Politianus ſe ipſum enodet: reuoluo. Inuenio a te ne unguem quidem Politianum tranſuer-
ſum egiſſe: hoc eſt inordinatam quaſi ſiluam uellicatim compoſitam interpretatum miror.
non quod docte reſponderis: nã facis ſemper id & ſapienter: Sed quod uerbis Politiani pene
eiſdẽ expoſueris. Ita ut facile iurarẽ Politianũ abſte cõtrectatũ: & quæ tua doctrina eſt & diligẽ
tia: docta manu notatũ. Tu uero quando de Politiano tã bene ſentis: quo tuos impuleris: eo
te quoqꝫ cõfer. Et ut ſi tibi nihil nocuerit nobis prodeſſe poſſis diligentius fac uel a cœlo An-
gelus ad te ueniat: ut doctã tuã bibliothecã cũ cæteris ſimul cõuerrat Bñ Vale Cæſarauguſtæ.

Lucius Marineus Siculus Lucio Flãminio Siculo. S.

QVid hoc eſt Flammini? Oblitus ne es quod hinc diſcedens pollicitus fuiſti? ad Siculũ
te crebras litteras daturũ? Non inquis. Cur igitur ſiles? Quare non ſcribis? Si te nõ de-
ſidiæ non ſegnitiæ non ſecordiæ non inertiæ non ſomno non deliciis ullis deditum



Siculus unquã nouit? Sed labores uigilias & inediam uirtutis amore pluſquã æquum eſt pati?
Oportet igitur te: uel mihi tui ſilentii reddere rationem: uel tibi magnum aliquem patronum
qui tuam cauſam agat: ſtatim parare. Nam ego niſi quod mihi recepiſti quamprimũ abſte ſo-
lutum iri intelligam: tibi pro meo iure ad iſtum uel æquiſſimum gymnaſiarchũ diem dicam:
& in Salmanticenſe ſeueriſſimum forum te reũ adducam. Ex quo non ſi pro te Cicero dicat:
indemnatus abire poſſis. Plinii dices publica ac perdifficilis interpretatio: quæ nunc in mani-
bus eſt & intelligi uult & exponi recte deſiderat: me ad Siculum ſcribere non ſinit. O quã ma-
le Flammini cauſam tuã agis: q̃ te uel imprudenter uel inepte defendis: qui tuis ipſius ratio-
nibus & argumentis te iam uictũ confiteris. Non ne Siculus te publice hiſpali ſingulis diebus
denas diuerſorum operũ lectiones interpretari ſolitum nouit? Atqꝫ multis dictare neqꝫ tamen ſi
luiſti? Et quid eſt quod tuũ iſtud non poſſit ingenium? Quo nihil maius: nihil ſublimius no
ſtra nouit ætas? Non ne uides quã probabili ratione: quã iuſta cauſa te iam Flammini condẽ-
no. Dic quæſo cur ſiles Flammini? Si ſcribit Siculus? Qui diſcipulis multas lectiones exponit:
Qui magnis principibus ſeruit: qui palatinis regiiſqꝫ ſacris intereſt. Qui deniqꝫ hiſtoriam & re
gia geſta componit? Quare mi Flammini niſi uel tui ſilentii cauſam dixeris: uel mihi promiſſa
non ſine fœnore ſoluta fuerint: ego tibi quidem litem ſeuerius intendam. Cupio enim tuarũ
litterarum fructum: quem hactenus amiſi tua negligentia: poſthac abs te frequentioribus litte
ris cumulatius mihi reponi. Sed iam ſatis iocati ſumus. Nunc mi iucundiſſime Flammini pro
mea in te beniuolentia: quæ tanta eſt: quanta uix eſſe poſſet in filium: te rogo moneoqꝫ: ut uer
borum: quibus te diſcedẽtem ſum allocutus memoriam teneas. Martino Angulo iurecõſulto
regioqꝫ conſiliario familiaris antea ſemper fueram: nunc uero tua cauſa factus ſum q̃ familia-
riſſimus. Qui negociũ meum tua comendatione libentiſſime ſuſcepit. Quod etiam multo me
lius ac citius expediet: ſi tu ad eum ſcripſeris: ut Siculi cauſam: quã ſibi tuo rogatu curæ fore pol
licitus eſt: breui & ex noſtra ſententia conficiat. Te enim mirifice diligit: & apud omnes pluri
mum comendat: ideoqꝫ tua cauſa ſe pro me omnia libẽter facturum mihi recepit. Vale ex Me-
thymna idibus Marciis. M. ccccc. iii.

Lucius Flamminius Siculus Lucio
Marineo Siculo Salutem.

ET ſi me falſo negligentiæ crimine inſimulatum perſpicio mi iucundiſſime Sicule: ta
men iſta tua accuſatione pigritiæ meæ ſine ulla inficiatione gaudeo. Quippe per quã
iucundũ mihi futurum exiſtimo: ſi me ſemper tardũ in ſcribendo nominabis: aper-
te mutua beniuolentia colligetur. In qua re etiam ne mihi ignoſcas oro atqꝫ obſecro: quoniam
nil mihi poterit iſta tua querela iucundius euenire. Vnde aſſiduam te tui conſiculi memoriã
habere perpendam. Bene igitur facis: dum amoris fomitem excitare ſtudes: non dico ſopitum:
quod impium inhumanũqꝫ rerer: Sed quodammodo ceſſantem excitare ſtudes eiqꝫ ſponte
currenti calcaria addere: Hoc enim eſt ardentiſſime cupienti deſideriũ augere: et: ut dicũt: uelis
remiſqꝫ accurrere. Poſſem equidem amice huius noſtri diuturni ſilẽtii rationem reddere. Cũ
diem noctemqꝫ Plinianæ lectioni non omnibus ſatis bene compertæ: & imprimendis comen-
tariolis noſtris impẽdimus: Sed hæc tua nos plurimum querela delectat. Quare nec noſtræ Mi
neruæ: nec Ciceronis: ut dicis: patrocinio egemus. Sed de his hactenus. Accipe nũc: ſi lubet: no
ſtram uitæ ſeriem. Scito me imprimis multorũ inuidiã uirtute ſuperaſſe. Liceat mihi apud te
gloriari: quem ſum mihi ſemel in capiendis conſiliis cæteriſqꝫ rebus patronũ ſortitus. Rem di
lucidius aperiam. Nam hac noſtra: quæ gloriam nobis nõ mediocrem peperit: lectione Plinia
na omnes hi Zoili: uel ſi alio nomine mauis: homeromaſtices inuidia flagrarũt. Vnde illorũ:
qui plus in frõte quã in receſſu tenent iam diu latens inſcitia perſpicitur. Qui nunquã me: quẽ
dicterio adoleſcentem uocant: Plinium enucleaturum aſſerebant: quem nulla unq̃ ſæcula ſa-
tis bene percepiſſe: meqꝫ plus oneris quã exigerent noſtræ litteræ ſuſcepiſſe cõtendebãt. Quos
tamen res ipſa mendaces effecit: ut ſuo pudore afflati conticeſcant: & quaſi piſce illo marino

Universidad de Deusto
Biblioteca



obtuſi penitus obſtupeſcãt. Noſcunt enim nunc:uel potius edocentur Pliniana ſenſa immẽ
ſæ obſcuritatis tenebris inuoluta non minus dictione noſtra illuſtrata:quam Romano dola-
torio leuigata politaq;. Ad q; audienda q̃ frequentiſſimus & ſcolaſticorum & medicorum pro-
uentus confluit:ut uix nos ulla pene capiat achademia. Itaq;:ut paucis colligam:ii ſunt:Qui a
fronte comendant:a tergo uero detrahunt:aliud corde fixum tenent: Aliud uultu promptũ.
Qui more canum blandiendo cauda ceuent:manu prenſant. Mendoſe frigidiq; ſubrident.
Altero tamen latere ſpurciſſimum uenenum:ad quod nati ſunt:uiperino more ſuffundunt:ut
difficile ſit tot angues in herba latentes euitare. Curabo interea ne ſecundis frætus uẽtis nimis
altum petam neue timens uentorum inconſtãtiã ſcopulis collidar:meq; in bifrontem:bona
iani uenia:cõuertã. Itaq; malo cũ hac iſta laude aliorũ inuidiã:q̃ ſine inuidia ꝓpriã ignauiã per
ferre. Cæterum ſinamus oblatrãtes canes euomere:quando ſuſpendio illis arborem eligimus.
Sunt ii:ſi ſcire cupis:ad quos ſcribis:qui coniurarunt in me ruinã ob nouam lucẽ formidãtes:
mihiq; a tergo bellũ indixerunt:a fronte tamẽ pacem ad umbratam propalantes. Solus Ticius
noſtriq; olim duo competitores quã tum cõiectura capimus a nobis nunq̃ defecerunt:ſed ex-
tremae quidem dementiæ foret:Supra titubantia fulciri:in eoq; ſummam rerũ ponere:cuius
uix ullam ad ueſperum certitudinem habeamus. In aliis hoc uidemur aſſecuti:ut nihil illis tã
arduum tanq̃ abſtruſum ſeſe offerat:Quod nobis apertiſſime non pateat:& hæc de me inue-
terata iam opinio conduruit:ut idipm̃ non quidem ducam inglorium. Habes igitur mi Sicule
quã influctuoſo pelago iactamur:ut clauus ipſe non ſit ſine mea:quæ laudatur induſtria regẽ
dus. Dabo tamen operã:ne hic palinuri officiũ deſideretur. Ammonitiones autẽ tuæ:quas mi
hi abeunti quaſi magnũ theſaurũ tradidiſti:in primo etiã mentis intuitu tanq̃ duces occurrũt:
in mentẽq; trahunt:ne ullo pacto præſcriptam legẽ prætereã. Quibus & ſemper geſſi morem:&
quottidie geram. Sunt ſane & utiles & ſalutares præſertim in hoc orbe:ubi magna eſt amico-
rum penuria. Te itaq; mi Sicule rogo:ut me tardũ ſemper arguas:atq; tuis litteris excites:quæ
omnẽ animi mei caliginem ita purgant:ut olim a Diomedis oculis nebulam ſubſtuliſſe tradiť
Minerua. Ego uiciſſim meũ ſilentiũ:ſicut iubes:non ſine multo fœnore reſartiã. Impreſſimus
nuper in Plinii prohemiũ cõmentariolũ & orationes quas fecimus & nonnulla carmina:ĩ qui-
bus te inſigni epigrãmate inuenies decoratũ:in quo non tuã laudẽ:Sed meã in te fidẽ penſare
tibi licebit. Quandoquidem tua uirtus ſatis tuo marte percelebris ubiq; locorũ eniteſcit. Va-
le ex Salmantica octauo Calendis Aprilis. M.ccccc.iii.

Lucius Marineus Siculus Lucio Flammi
nio Siculo. Salutem plurimã Dicit.

PEroptatas litteras tuas accepi:quibus non amicitiæ noſtræ obliuione hactenus nõ re
ſpondi:ſed ipſa temporũ conditione:quæ me ualde ſollicitũ tenuit. Annona enim:
ut ſcis:non modo cara eſt nimis:ſed inuẽtu quoq; per difficilis:mihi præſertim:qui
nũc magnam cogor alere familiã. Nã poſteaq̃ hinc diſceſſiſti Ioannes cognomẽto naua aluari
nauæ filius:qui regi noſtro Ferdinando ſernit ad menſam:mihi traditus eſt & alendus & inſti
tuendus. Quẽ ego & quia nobilis eſt & Siculus noſter:& quod pater eius mihi ſemper amiciſſi
mus fuit:deq; me bene meritus a multis hic rogatus nobilibus in meũ contubernium non in-
uitus accepi:& cũ eo præterea duos pueros:alterum Siculũ & Hiſpanum alterũ. Tenet igiť aſſi
due me cura uel maxima panis quærendi. Quare ſi deinceps ad te mi Flãmini rarius fortaſſe
ſcripſero:ne mireris:ſcis enim quã durũ ſit puerorum panẽ petentiũ & quos uentris dira rabies
atq; fames exagitat uoces audire. Meũ itaq; rogo ſilentium æquo animo feras:& Siculi tui mi
ſereare alẽdæ familiæ cura & non ſolum pueris panis quærendi:ſed mulis equiſq; parandi
pabuli ſollicitudine laborãtis. Me præterea hoc tempore ad te ſcribere palatina ſacra diuinæq;
cærimoniæ:quibus dies ac noctes impendo:non ſinebant. Nunc autem & ſi mihi fere nihil eſt
ocii:breui tamen tuis litteris reſpondebo. Quibus ad me tuæ uitæ ſeriem perpulchre ſcripſiſti.
Quod autem uirtute tua multorũ inuidiam ſuperaueris nobis mirumimmodum gratulor.



De qua re tu apud me non immerito gloriaris:& iſtorũ emulationẽ non moleſte ferre:Sed ti
bi potius ad gloriã ducere debes. Marcet enĩ:ut ait Seneca:ſine aduerſario uirtus. Et Zoilis iſtis
qui tibi adoleſcentiã obiiciunt & dedecus ignauiãq; ſuã impudenter arguunt:iure potes illud
reſpondere:quod Zoilo:qui homeri uerſus & exiſtimationẽ indigne lacerabat:dixiſſe tholo
meus fertur. Dic ergo tuã perdiſertã adoleſcentiã in iſto ſplẽdidiſſimo Gymnaſio uel uno die
plus honoris & cõmodi conſecutã eſſe:quã multis annis imperitã multorũ ſenectutẽ. Hoc enĩ
reſponſo eos ſine gladio facile iugulabis. Sed tu gaude eos te æmulos habere:quos Flammi-
niomaſtices appellare poſſimus. Quibus tamen:ſi tu Siculi conſiliis parere uolueris:te rogo
moneoq; ne cures ad omnia reſpondere:ipſi enim canum more latrando iam defeſſi contice-
ſcent. Optimi quippe gubernatoris eſt ĩ procelloſo pelago nauem regere periclitantẽ:& ceſſan
tibus uentis tutum ad portum perducere & quo uelis peruenire. Quod autẽ de tuo apud Frã-
ſciſcum Bobadillam iuuenem nobilem contubernio me conſulis:hæc mea eſt ſententia:ut ne
quaq̃ ab eo diſcedas:hoc præſertim tẽpore:quo tanta eſt frumenti inopia. Tibi præterea dili-
genter cauendum puto:ne nobiliſſimo iuueni:qui te benigne & perhumane ſuſcepit:uel incõ
ſtans uel ingratus eſſe uideare. Operis tui:quod ad me miſiſti:orationes & æpigrammata cupi
diſſime perlegi. Quæ mihi non minori uſui:quã uoluptati fuere. Me namq; æpigrammatũ ua
rietas mirifice delectauit. Quod uero me inſigni carmine tantopere celebraſti:tibi ingẽtes gra
tias ago:atq; ſi quando potero cumulate referam. Cõmentariũ autẽ in Plinii prohemiũ nõdũ
inſpexi:legam tamen cum primũ aliquid ocii nactus ero. Litteras:quas ad patrem perferri cu-
pis:ad me mittito:multi enim in Siciliam nauigaturi quottidie mihi ſeſe offerunt. Hac epiſto
la ſcripta aliam tuam accepi:qua eodem me negligentiæ crimine:quo ego te prius cõdemna-
ram:accuſas. Quod mihi non moleſtum quidem fuit. Abs te enim ſcribendo uinci mi Flam-
mini facile patior:dum te cura panis quærendi:qua ego maxime premor:liberum eſſe intelli-
gam. Vale ex Methymna idibus Aprilis. M.cccc.iii.

Lucius Flamminius Siculus Lucio
Marineo Siculo ſuo præceptori. S.

NEoteros priſcoſq; ſcriptores litteris mandaſſe legimus Siculos noſtros nullos ſitis fa-
miſq; labores perterruiſſe:ut apertiſſimo nobis argumento ſunt Carthaginenſiũ Ro
manorumq; duces:quos etiam cũ pauciſſimis copiis terra mariq; noſtri profligarũt.
te tamen unũ:quẽ omniũ laborũ patientiſſimũ putabã:a Siculis degeneraſſe proſpicio. At for
te inquies:durũ eſt cum uentre bellũ gerere & præſertim pueris:qui in horas magis eſuriunt:
& inediæ tantum perterriti nomine fameſcunt. Quos omnino oportet:ut dicis:cibare:opor
teat ſane ſi lubet:& hanc domeſticorum alendorũ curã non affirmo modo:Sed augeo. Id unũ
plurimũ deteſtor eſſe ſemper uentri ſuccunbendũ. Quando ſtudioſis animi mẽtiſq; eſt potius
actionibus indulgendum. Illi uero debemus moderate conſulere:ne natura defraudetur:Sed
in optimo ſuo ſtatu integra conſeruetur. Cui quidem humido tantum ſiccoq; nutrimento nõ
exquiſito:ſed ex tempore parato proſpicitur. Appoſitum ſane eſt:quod ſat eſt:parabile eſt:
quod natura deſiderat. Quid eſt ergo quod te tantopere ſollicitat? Quod te lancinat? Quod ex
carnificat? Cum tot animalium genera cognoſcas:Quæ nec ullus quidem famis timor exagi
tat. Tibi uni in hoc natura nouerca? Cũ tam large tanq̃ benigne in omnibus arrideat? An tuus
magis uenter:q̃ tot leonum inteſtina capiat? At milo meus non me mouet. Qui etiã non elixũ:
non dico famelicus ſed ſatur abſorbeat:Cuius fames magis q̃ gehennæ:ut dicitur:gurgites in
gurgitant:atq; liguriunt. Arripe animũ mi Sicule ſolueq; metum:cũ tot pingues letæq; undiq;
fruges inſtent. Quæ tibi tuiſq; iampridẽ affatim neceſſaria præſtabunt. Sed hæc ſatis de fame.
Nũc te oro ne ſemper in muſarũ tripode deliteas. Sed aliquid tẽporis ſtudiis tuis detrahas:mi
hiq; adiicias. Ne te tui filii:ſi modo meminiſti me te ĩ patrẽ adoptaſſe:obliuionẽ cœpiſſe pu
tẽ. Ago gratias mi Sicule quod libellos & legiſti & pariter laudaſti. Cæterũ uereor ne hoc amã
tis ſit. Inuicẽ ego epiſtolas tuas lego & laudo:quibus tantũ eloquentiæ atq; dulcedinis ineſt:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ut eas frequentiſſime lectitans ſemper in manus quaſi nouas reſumē. Verũ elephantorũ fœtu
tardiores:quo magis deſiderio tui accendor. Quod ſi tu poſthac ſcriptorio calamo parces:ego
tibi hoſpitem Herculē obiiciam. Vale Salmanticæ. Calendis Maiis.

Lucius Flãminius Siculus Lucio Marineo Siculo. S.

VEereor ne noſtra litterarũ aſſiduitas græculi poetæ induſtriam imitari uideatur: Cæ-
ſari e palacio redeunti uerſiculis quibuſdam ſemper obuiantis. Quãuis ille ſibi inopi
opem poſtulabat:ipſe uero:ut mihi tantũ in amore reſpõdeatur. In quo ſi utriuſq; cõ-
ſenſus nõ adfuerit fruſtra ſine dubio laborabit:qui ſuo pleno ĩ alieno uacuo pectore ſe quæri
tat. Quare cum in te me quæro & non inuenio areſcit amor. Quippe ad duo ſimul opera uis
naturæ nõ ſufficit. Qui ſicut ardentius ex utroq; lumine deflagrat:ſic alterius fomite ceſſante
decreſcit:quando reciproco amoris munere natura copulatur. Quod ſi de te nõ dico exiſtima
ri:ſed ne fingi quidē poſſit:tamen litterarũ tarditas uidetur obliuionis neſcio quã ſuſpitionē
afferre:quam oro ut aſſiduis litteris depurges:ne uulgaris mercenariaq; fuiſſe noſtra amicitia
uideatur. Et ne te uidear aut lõga epiſtola deterrere:cum tibi nihil magis breuitate placeat:aut
nullis ornamentis allicere:placuit ſic breuiter ſcribere:ut te a longius ſcribēdi labore liberarē.
Vale ex Salmantica Calendis Auguſti. M. ccccc. iii.

Lucius Marineus Siculus Lucio
Flamminio Siculo. Salntem.

REdditæ mihi fuere litteræ tuæ:quibus ad me ſcribis intermiſſionem litterarum mea
rum mei erga te ceſſantis amoris nonnullam ſuſpitionem attuliſſe. Ego uero non pu
to te hoc de noſtra in te beniuolentia ſuſpicari: Quæ iam diu ad ſummũ amoris cu
mulum peruenit. Quare mi Flamminii opinionem iſtam de me tuã ab animo tuo procul am
motam quam maxime uelim:eſt enim falſa:atq; mutuo inter nos amore prorſus indigna:nõ
enim is ego ſum:qui cum quemquam uirtutis amore diligere cœperim:hunc amare quando
q; deſinam. Quod ſi rarius ad te fortaſſe ſcripſerim:q̃ tu uolebas:id quidem non tui obliuio
ne:quæ nec cœpit me unq̃ nec capiet:ſed meis occupationibus accidit: quibus ita plærumq;
diſtringor:ut nõ ſolum ad amicos ſcribere nequeam:ſed ne meæ quidem ſalutis habere ratio
nem poſſim. Nam præter lectiones aſſiduas cæteraq; negocia:quæ ſibi non parum temporis
expoſcunt:me quoq; nõ mediocris ſcribendi cura ſollicitat:quæ mentem continua cogitatio
ne laborantem quieſcere non ſinit. Opto enim uehementer hiſtoriam: quam regio iuſſu ſcri
bendam ſuſcepi: dum fata ſinunt:abſoluere. Quam ſi quando dei benignitate cõfecero:tum
certe ſi qua mihi pars uitæ ſupererit:eã quidē tibi totã impartiã experiarq; ſi te forte uel litteris
explere:uel ſcribēdo uincere poſſim. Quod ſi nobis:ut optam⁹:cõtigerit: efficiã ꝓfecto:ut quã
to te Siculus tuus amore dilexerit apertiſſime cognoſcas. Nihil enĩ minus boni hoĩs eſſe puto:
quã iis amore nõ reſpõdere a quibus ultro ꝓuocati ſumus. Quare interĩ hoc tibi mi Flãmini
uelim perſuadeas te mihi eſſe q̃ chariſſimũ: nõ ſolũ quia Siculus es:& me tãtopere diligis atq;
obſeruas:ſed etiã quia moribus elegãs eruditione magnus humanitate cũctis anponẽdus:&
q; cæteris uirtutibus quam maxime polles. De doctoris facultate:qui Petroſam doctoratus ti
tulis ornauit: Quod ſcire cupis a puero:qui nr̃as tibi litteras reddidit oĩa cognoſces:qui noſtrã
etiã hac de re ſententiã tibi declarabit. Vale ex Methymna pridie nonas Auguſti. M. ccccc. iii.

Lucius Flãminius Siculus Lucio Marineo Siculo. S.

QVoniã ſum te ſemel cõſiliorũ meorũ ſortitus auctorē:placuit etiã honoris facere parti
cipē: Quē nr̃a nobis uirtus nuper peperit. Nã cũ nr̃orũ decurionũ aurib⁹ miniſtri ge
neralis ordinis ꝑdicatorũ aduēt⁹ intonuiſſet:decreuerũt hominē ĩ hãc urbē diuertētē



& maximis honoribus:& duabus contionibus excipere. Quarum alteram A rio:ut ad noſtra co
micia paucis inuitaret:delegarunt:mihi uero alteram: ut illum publice & uirum integerrimũ
& omni uirtutum genere excellentem noſtramq; academiam miro præconio celebrarem:hinc
magnam expectationem:illic inuidiam concitarem. Demum & illi magna omnium celebrita-
te cumulatiſſime reſpondi:& hanc cœlitum fauore detrahentium etiã ſententia ſuperaui. Vale.

Lucius Flamminius Siculus
Lucio Marineo Siculo. S.

INdignatiunculam:quam mihi tuum ſilentium exagerat:non poſſum mihi tempera-
re quo minus tibi per epiſtolam effundam. Nihil eſt inquis quod ſcribã:ad ipſum ſcri
be:ut ait Plinius:nihil eſt quod ſcribas:quamuis id quidem bona fronte nõ dices. Cũ
plures mihi debeas tocies abs te efflagitatas & tãq̃ a creditore repetitas epiſtolas. Quod ſi dares
æqualis longioris moræ pœnas:uix etiam ſine fœnore ſoluendo eſſes. Bone deus quis expletũ
ſtomachum non digereret expectoraretq; aduerſus & prouocatum tocies & rogatum? Si nos tu-
is litteris dignos non exiſtimas:id minus egre feremus. Cum me & ſi non maiores tui tamen ſi-
miles ſoleant crebris litteris & celebrare & quottidie ad reſcribendum concitare. Quare ſi ex hac
tua aurifodina nihil haurire poterimus:tuam tamen nobis operam concedas. Quam ſolemus
abs te per quottidianas litteras efflagitare. Si ne id qdē dabis amicitiæ ingẽs proculdubio aliena
ti animi argumentum apparebit. Sed puto te tuis negociis diſtrictum excuſabis. Quaſi nos præ-
tereat quantum temporis tuæ iſtæ ſollicitudines deſiderant. An dabimus hoc hiſtoriæ quam
ſcribis? Quæ nec inſtitui quidem poteſt niſi præparato ocio:nec exiguo tempore abſolui. Nec
tam facile interrupta contexuntur:quam inſtituta perficiuntur. Aſt cum te & omni alia cura:&
negocio carentem perſpexerim:& ab huius fluctuantis curiæ procellis diſiunctũ tuæ uitæ q̃uis
hiſtoriæ mancipatæ ceſſionem uacationemq; liberam ocioſamq; appellarem. Quis nam eſt: q
magis Siculo receſſu gaudeat ſeq; ipſum ſequeſtrare? Sed ne tecum agens induſtriam irritoſq; la
bores omittam finem faciam:ſi te prius rogauero ut me rem hanc ſolam:ne tibi laborem impo
nam:per litteras edoceas ſi noſtrarum nuper litterarum manipulum receperis. Vale Salmanti-
cæ tertio Idus ſeptembris.

Lucius Marineus Siculus Lucio
Flamminio Siculo. S.

TV crebras ad me litteras mittis:ego uero ad te raras. Cuius rei cauſam eſſe opinor:quod
tu iuuenis:ego ſenex:te Plinianæ tantummodo lectionis interpretatio: me nõmodo
complures lectiones:ſed hiſtoria quæ in manibus eſt:& non parum ſibi temporis expo
ſcit:aliæq; permultae curæ fatigant. Omitto cærimonias & ſacra palatina:quæ magnã diei par
tem mihi ſubtrahunt:adeo ut ea quæ nocte meditor die conficere non poſſim. Ideoq; te nuper
admodum per litteras obſecraui:ut tantiſper mihi minus ad te ſcribenti uelles ignoſcere:donec
inſtitutum ſaltem hiſtoriarum opus abſoluerem:tu tamen neq; meo ſilentio parcis: nec hone-
ſtam atq; iuſtam excuſationem accipis:ſed meas quottidie litteras efflagitas:meq; primum litte
ris prouocaſti:deinde meum accuſare ſilentium cœpiſti:nunc deniq; quaſi reprehendentis in-
dignatione acrius urgere ac potius laceſſere non deſinis:adeo ut non poſſim non timere:ne q̃n
doq; ad conuicia procacitatemq; deuenias. Quod ſi feceris:tu quoq; Siculi tui fortaſſe non lo-
quacitatē minus:q̃ taciturnitatem experieris. Sum enim aduerſus eloquentes eloquentiſſimus.
Tu igitur mi Flammini caue tibi ſi ſapis:ne in meam loquacitatem incidas. Cæterum ego meri
to quidem meo gladio confodior: qui canem iam dormiētē excitaui. Sed tu dic obſecro quid
meas tantopere litteras affectas? Nunquid mihi forte paruam habes fidem? Nõne iam tibi me-
is litteris affirmaui te mihi eſſe quam chariſſimum? Quod ſi forte de mea in te beniuolentia:
quod minime debes:iam dubitas: illud quidem amoris ſummi erga te mei inditium & teſti-

Universidad de Deusto Biblioteca



monium maximum atq; certiſſimum tibi eſſe debet: quod ex omnibus tam Siculis q̃ Hiſpanis:
qui ad me ſcribunt: nemini profecto uel crebrius uel libentius unq̃ reſcripſi q̃ tibi. Quare hoc ti
bi mi Flammini uelim perſuadeas: te neq; in Sicilia neq; in Hiſpania mihi chariorem eſſe quē
quam. Quod ſi quid acciderit: in quo tibi opera mea opus fuerit: non re certe minus: quam uer
bis experiere. Sed hæc actenus. ex prioribus litteris tuis; nam binas nuper accepi: honorē: quem
Salmanticae per orando conſecutus es: nō ſine magna letitia cognoui. De quo & tibi gratulor:
& mihi non parum gaudeo: & maiores indies euenire tibi fœlicitates & honores exopto. Litte-
ræ: quas ad patrem in Siciliam deſtinaſti: mihi redditæ fuerunt: eas Ferdinando: cui uolebas cō
mitti: quamprimum dedi comendauiq; plurimum. Qui omnia tua ſibi magnæ curae fore mi-
hi recepit. Is diſceſſit Idibus Septembris Valentiam uerſus: ubi nauis eum morabatur: in Siciliā
ſoluēda cum primum optatos Zephiros nacta eſſet. Vale Ex Methymna nonis octobris anno.
M.ccccc.iii.

Lucius Marineus Siculus Lucio Flamminio Siculo. S.

FRanciſcus Pucella: qui noſtras tibi litteras attulit: & conſiculus noſter eſt: & iuuenis
tum litteris latinis: tum moribus optimis elegantiſſimus: iſthuc profectus: non tam p̱
fitendi quæ ſcit: q̃ ſacris litteris & philoſophiæ ſtupēdi cupidus. Verū id ſuis impenſis
aſſequi non poteſt. Tuæ igitur uirtutis & hūanitatis erit: pro eo quod omnes patriae debemus:
in aliqua ei paranda conditione laborare. Quod ut faceres mi Flammini: te quidem rogarem
pluribus: niſi eſſem uel amicitiæ noſtræ: uel tuæ humanitati iniuriam facturus. Fac igitur ut cō
ſiculus noſter: qui & patria noſtra & omnium fauore digniſſimus eſt: & tuam in omnes huma-
nitatem: & in me ſingularem amorem cognoſcat. Nam & ſi inquærenda conditione temporis
importunitas propter frumenti inopiam ſummam difficultatem habere uideatur: erit tamen
in tanta tuorum diſcipulorum frequentia generoſus & diues aliquis cultor latini ſermonis & ſci
endi cupidus. Sed ego quemadmodum te rogatum uelim: ut hominem quantum poteris ad-
iuues: ita quoq; te obſecro: ſi nullam eſſe conditionem noueris: nec eum incerta ſpe ſuſpenſum
teneas. Nam ſi iſthic eſſe commode & honeſte minus poterit: ad nos eſt quamprimum reuer-
ſurus. Vale Ex Methymna Idibus Auguſti. Anno. M.ccccc.iii.

Lucius Marineus Siculus Lucio Flāminio Siculo. S.

SI oblitus amicitiæ noſtræ tam longo ſilentio uſus eſſem: non leui quidē culpa dignus
iure tibi uideri poſſem. Sed utinam ratio noſtri ſilentii mi Flāmini nullam haberet ex-
cuſationem. Mallem enim cuiuis culpæ obnoxius eſſe: q̃ ea paſſus: quæ mihi his tēpo-
ribus acciderunt. Nam luctuoſiſſimo illo die: quo Regina noſtra chriſtianiſſima in humanis e
ſſe deſiit: cum ſatis lachrymatus omnia: quae ad proſequendum funus Granatam uſq; neceſſa
ria erant: paraſſem: repente laterum acerbiſſimo dolore correptus decubui: lectoq; iacui menſes
tris mortis circunuentus doloribus. Quibus non ſolum amicorum omnium ſed mei quoq; ipſi
us penitus oblitus ſum. Quo caſu non parum quidem & aſpectum tuum & officium deſidera-
ui. Tandem morbo liberatus ſummo langore confectus nuper ex Methymna ad Regē in Tau
rum ciuitatem lectica delatus ſum. Vbi hactenus priſtinam uix agnoſco ualitudinem. Rogo igi
tur te mi Flāmini ne me tardum ad ſcribendum: non deſidem ad reſpondendum: non deniq;
tui immemorem iudices. Nam unus quidem es: cuius ego ut tibi ſæpe ſignificaui: propter ma-
gnā eruditionē & eximiā uirtutem non meminiſſe non poſſum. Res autem Franciſci Iugonis
iſtius academiæ quaeſtoris: quam mihi tantopere comendaſti: non paruae quidem mihi curæ
eſt: tum cōmendatione tua: tum etiam quod ille mihi ſemper chariſſimus fuit: cui & parentibus
eius: ſi non ingratus eſſe uelim: me multū debere fatear neceſſe eſt. Quippe qui me multis com
m odis multis honoribus affecerunt: adeo: ut illis etiā mortuis ſatiſfacere uehemēter optē. Quā
tū igitur in filii rebus ſim laboraturus ex hoc intelligere facile potes. Nemo quidē me in Hiſpa



nia: cum a te diſceſſerim: cui ſemper omnia bona magis optem: q̃ illi: ſed de eius negocio quid
actum ſit ab eo cognoſcere poteris: ad quē quid mihi rex pollicitus ſit: & cætera pluribus uerbis
perſcripſi. Paucis ante diebus homo quidam ſtatura procerus & nomine: ut opinor: Paſſamon
tius epiſtolam tuam: quam ad eum nuper ſcripſeras: nobis oſtendit: qua eum rogabas ut me q̃-
reret: noſtraq; conſuetudine frueretur: idq; non ſine mea uel magna laude dicebas. Qua in re &
tuam ſolitam uirtutem & erga me humanitatem & beniuolentiam ſingularē cognoui. Et quo
niam eum tuum in me animum ſemper expertus ſum: placuit te de recenti noſtra dignitate &
honore participem facere: cum præſertim certo ſciam ex hoc te magnam uoluptatem eē captu
rum. Nam id quidem conſecutus ſum: quod tu mihi ſemper optaſti. Contulit itaq; mihi Rex
noſter Ferdinandus nudiuſtertius ſacerdotium: ideſt Abbatiam quādam: cuius redditus mihi
ſatis eſt ad honeſte beateq; uiuendum. Eſt enim: ut a multis accepi: quotannis ducentorum au
reorum: mihiq; dexteram eius oſculanti munera & beneficia multo maiora pollicitus eſt. Quā
ob rem ſi ſeruiendum eſt mortalibus mi Flammini: regibus quidem ſeruiendum eſt. Quod ſi
qua in regiōe ſacerdotium habeamus ſcire uelis in noſtra quidem chariſſima & illuſtriſſima pa-
tria. Locus eſt: ut mihi plures retulerunt: amœniſſimus: qui diſtat ab urbe Meſſana; clariſſima
paſſuum milia duo. Habemus igitur ubi & omnipotēti deo præcipue: & interdum muſis inſer
uire poterimus. Vale Ex Tauro ciuitate ſeptimo Idus Aprilis a Anno. M.ccccc.iii.

LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS

Lucius Marineus Siculus Antonio rontionio
ſanctæ ſabinae Cardinalis Secretario. S.

Vm proximis diebus ad Gaſparem Barrachinum Cæſarauguſtani
præſulis ſecretarium: quo cum mihi magna eſt & peruetus amicitia:
ſalutandi gratia ueniſſem: uir præſtantiſſime: ille de tuo excellenti in
genio de magna eruditione & humanitate ſingulari multa mihi præ
dicauit. Quibus in tui amorem uel in admirationem potius ſtatim cō
motus opportunitatem quærebam: qua: ſi fieri poſſit: ſine ambitione
tuam familiaritatem & amicitiam auſpicari poſſem. Sum enim docto
rum & bonorum hominum: qualem te eſſe non dubito: amator ſtu-
dioſus & cultor. Nam quanta uel humanitate uel eruditione pollere
debeas: cum patriæ tuæ conſuetudine: tum uero Gaſparis ſecretarii magno iudicio: qui non ni
ſi uiros egregios probare ſolet: & mihi quidem facile cōprobari poteſt. Quæ ſit autem tua uir-
tus fides & auctoritas: eximia ſanctæ ſabinæ Cardinalis prudentia: qui te in Hiſpaniam ad ma
gna negocia miſit: q̃ optime declarat. Cum itaq; non paruo deſiderio ad inſinuandum me tibi:
teq; adeundi tempus & modum captarem: tandem uenit ad me iuuenis quidā nomine Alfon
ſus ſeguritanus: tuam nuper: ut ipſe ferebat: familiaritatem conſecutus: qui mihi retulit te cum
eo de me nonnulla uerba contuliſſe: & ſcriptorum meorum aliquid requirere. Deniq; me tuo
ſuoq; nomine rogauit: ſi quod ædidiſſem carmem ad te ut uellem mittere. Audiui me ieſu iu-
uenem libenter: qui & ſi mihi nuncius fuit iucundus & peroptatus: propterea quod tuis māda
tis in eundæ nobis amicitiae tecum fœliciſſimum præbere uidebatur exordium: multo tamen
gratior iucundiorq; fuiſſet: ſi quid ego tibi mittere potuiſſem: quod te hoīe doctiſſimo dignum
putarem. Nam quid homo q̃uis natione Siculus annos pene quattuor & uiginti commoratus
in Hiſpania latine ſcribere poterit: quod homini latio & Romæ præceptoribus illuſtriſſimis in
ſtituto non barbarum uel ineptum uideatur? Cum præſertim meum ſcribendi genus ne Hiſpa
nis quidem ipſis: qui Italorum omnium ſcripta uehementer admirantur: reſpondere poſſit?
Sed quoniam meum officium: quod nemini unquam negare auſus ſum: requiris: & rem pe-
tis honeſtam: quamuis inutilem: ego iam & tibi uiro digniſſimo: libenter obſequi uolui: & ſi-
mul Alfonſo ſeguritano iuueni tui nominis & uirtutis amantiſſimo gratificari. Mitto itaq; ti-

Universidad de Deusto Biblioteca



bi librum paruum & incultum: quem ab hinc ãno ſextodecimo de Hiſpaniæ rebus conſcripſeram. Qui tametſi tibi nihil fructus nihil oblectationis erat allaturus: eum tamen tua uirtute & humanitate frætus ad te mittere nõ dubitaui. Propterea quod ſi mea ſcripta minus probaueris: in peritiæ malo tibi: q̃ in humanitatis accuſari. Ergo Vale: & me tibi deditiſſimum eſſe perſuaſſum habe.

Antonius Roncionius Lucio Marineo Siculo. Salutem.

HEc libro tuo de Hiſpaniarum laudibus laudabilius: nec litteris tuis ſuauius quicquã uiſum eſt. Prouinciam hanc & te cognoſcere cupiẽti gratum opus gratiſſimum fecit epiſtola tua & eloquentiæ & humanitatis plena: cui ego in amore reſpõdere poſſum: laudibus non poſſum. Tibi tamẽ q̃ maximas gratias ago mi Luci. Te enim duce uno die abſq; uiatico uniuerſam Hiſpaniam peragraui: ſimul & uirtutis tuæ monumentum cõſequtus ſum & pignus amoris: quæ & ſi p ſe iucunda ſunt: multo tamen illa iucundiora facies præſentia tua: quẽ diem numerabo meliore lapillo. Bene Vale

Lucius Marineus Siculus Antonio Roncionio
Sanctae Sabine Cardinalis Secretario. S.

+ bona

MIrifice ſum delectatus ep̃la tua uir humaniſſime: quam non ſemel: ut alias: legi ſed ſæpius. Erat enim & ingenio & eruditione plena: latioq; ſale condita. Cuius ſola quidem breuitate ſum offenſus: non quia plenius abs te laudari cupiam: nam hoc fieri non potuit: ſed quia me perauide legentem epiſtola ſtatim perlecta non aliter deſtituit: q̃ ſicientem in principio hauſtus exiguus potus. Librum: quem ad te miſeram: ad me rediiſſe miratus ſum. Eo quippe animo tibi deſtinaui: ut tecum maneret. Ideoq; iterum miſſus ad te reuertitur. Carmina ſi quæ ſunt apud me tibi mittere non auſim: ſiquidem nõ ea eſſe cognoſco: quæ te delectare poſſint. Ego namq; plures annos inter Hiſpanos cõmoratus facilius ꝓfecto Martis: q̃ Apollinis officiũ præſtare poſſem. Hiſpanis enim: pauciſſimis exceptis: nullum eſt cũ muſis cõmerciũ. Oẽs ſi mihi credis: huius nationis hoĩes: qui litterarũ ſtudiis temporis aliquid impendunt: nõ amore Mineruæ: ſed Mercurii litteras adiſcunt: lucro ſiquidem: non ſapientiæ ſtudẽt. Vale

Antonius Roncionius Lucio Marineo Siculo
Ferdinandi Regis hiſtoriographo. S.

POſtq̃ ueni in Hiſpaniam nihil mihi fuit antiquius: q̃ Hiſpaniam cognoſcere: magnus quidem labor: ſed iucundus: cuius partem tulit liber tuus nunq̃ ſatis laudatus. Reſtãt nonnulla: inter quæ eſt illud apud Ciceronem in epiſtolis Aſinii Pollionis: nam ſaltus Caſtulonenſis: qui ſemper tenuit noſtros Tabellarios. Et apud Titum liuium Caſtulo urbs Hiſpaniæ ualida & nobilis & adeo cõiuncta ſocietate pœnis: ut uxor inde Annibali eſſet. Quæ ſit nunc Caſtulo & ubi nam olim fuerit: a qua ſaltum Caſtulonẽſem dictum crediderim: ex oraculo tuo petẽdum duxi: ueluti alterius Herculis Hiſpaniæ domitoris. Da igitur uates ſanctiſſime: nam non indebita poſco: rebus dubiis fidem. Ego enim tuas ſortes arcanaq; fata dicta meæ gẽti ponam. Bene Vale & me amare non deſinas.

Lucius Marineus Siculus Antonio Roncionio ſanctæ Sabine Cardinalis Secretario. S.

QVod ubi Caſtulo ſit dubitas uir doctiſſime nõ equidẽ miror. Nã & ipſe quo ad in Bethycam prouinciam profectus ſum ubi nam eſſet Caſtulo & quo nunc hiſpane noĩe uocaretur penitus ignorabam. Quippe qui opinabar e duobus oppidis: q̃ huius noĩs ſimilitudinem quãdã habent: alterum eſſe Caſtulonem aut alterũ. Propterea quod eſt oppidũ



in prouincia Tarraconenſi apud Ampurias uerſus montes Pyreneos: quod hiſpani Caſtillon uocant: & alterũ eiuſdem nominis apud Valentiam: quorum alterũ: ut dixi: Caſtulonẽ eſſe aut alterũ opinabar. Sed anno proximo in prouinciam Bethycã proficiſcẽs Caſtulonem perueni. Quod eſt oppidũ in ea ꝓuincia ꝓpe Baetiã: fuitq; olim maximi incolatus: ut eius incolæ mihi ꝑſuaſerunt: & bellis: q̃ inter hiſpanos & mauros geſta fuere: deletũ pene totũ: Cæterum nũc hiſpane nomine corrupto Caſlona dicitur: & eius ſaltus inde dictus Caſtulonenſis Serra murena uocatur. Vale.

Hieronymus plutinus Lucio Marineo Sacerdoti optimo. S. P. D.

CVm primum te in ſuboſcura cællula quaſi acrius meditantem adirem: adhibuiſti me deinde placidius ut quaſdam epiſtolas tuas ab ore recitantis audirẽ: feci libenter. Inde uero ſumma eruditione permotus iterum ſæpiuſq; libentius acceſi: ac in manibus totũ codicẽ ſuſcepi. Inter ea quidẽ & mirifice nitebat lucubratio illa diſerta & luculentiſſima de partis. Varia oĩa atq; cultiſſima in multiplici illo uolumine ſe offerebant. Ferax quippe ſeges multarum frugum eſt. Itaq; uno perſpecto alia accuratius euolui. Acrius perpendi quanta ſentẽtiarum grauitas quantaq; orationis lenitas & perſpicuitas in eis eſſet. Plena oĩa uiſa ſunt: exacte ac diligẽtiſſime caſtigata: ut auidior factus q̃ a principio fuerim Nõ niſi auulſus inde diſceſſerim. Sicuti plerumq; hoſpiti euenire ſolet: dũ tugurium qđ primo in cautius conſpicatur: ingredit̃. Vbi cum refertiſſimam ſuppelletilẽ auro gẽmiſq; diſtinctam: inſtructamq; diligenter omniũ rerũ ſeriẽ aiaduertit: attentior fit: & iocundo in intuitu uehemẽter affectus: quaſi inuitus inde diſcedit. Nũc uero quod & mihi & cæteris maximo uſui futurũ ẽ: te ſummope exhortor & amice cogo: ut partũ q iãdiu ad decimũ prope mẽſem maturuit: aliquãdo ædas: & gemmulas quas in abdito recondideras proferas. In primis eni rex nr̃ inclytus Ferdinandus dignitatis tuæ fautor benigniſſimus: qđ iuturna expectatiõe rerũ tuarũ pẽdet: ipſa æditiõe expleatur. Et ex eo quoq; ſpẽ capiat librum tuũ de rebus ſuis geſtis maiorũq; ſuorũ maturius affuturũ. Ex eo etiã patria tua Sicilia plurimũ illuſtret̃: Principũ laudes: conſilia: præclare geſta carptim cõprehẽſa in manus omniũ prodeant. Quibus tanq̃ exẽplis pulcherrimis diſciplinae & inſtitutorũ & hoĩbus noſtris & poſteris proſpicere poſſis. Plurima quidẽ monumẽta in ep̃lis tuis pulcherrime nitent: incidit quippe in ep̃lis delectabile & frugiferũ ſcribendi genus: ubi præcepta uitæ & eruditionis non tanq̃ præcepta ſæpe contingunt quæ ꝓ rerum occaſione ſparſim poſita libentius audimus & legimus & quaſi quibuſdã floſculis interiectis auidiorẽ animũ retinere ſolent uarietate. Quæ uero præcepta in ſuo opere traduntur tanq̃ in re perpetua & conſueta ſegnius animũ cõmouẽt & inſtruunt. Itaq; ex diuturno carcere iã iã ardentes ex ire relaxa. Ip̃m qđẽ opus multiplex quaſi bombix inuolucris non amplius ſuſtinentibus erumpere geſtit. Nũc uiuentẽ ſuũ authorem apud manus hominũ hylarius referat. Nõ ne audiſti uulgo dici: periculũ eẽ in mora? Verendũ quippe eſt: tum uariis caſuũ incurſibus: tum forte poſt te ne hominũ negligentia ſupprimãtur. Pluteus tandem ipſe archetypũ ſufferre non põt nec uult. Oĩs eorum maturitas nũc in celeritate poſita eſt. Ex Vallidoleto. iiii. Calendas Nouembris. M. ccccc. xiii.

Lucius Marineus Hieronymo plutino. S. D.

Duentus tuus & lr̃æ tuæ iucundiſſimæ mihi fuere: & tãto iucundiores quãto rarius ex
a italia ad hæc loca uiri eruditi cõmeãt. Quã ob rẽ Marcello Lelio & Fabio: qui te huc ad
duxerũt: ingentes gr̃as habeo. Quod tantũ nr̃a placeant tantũq; mihi tribuas et ſi tanq̃ ab optimo & beniuolẽtiſſimo aĩo ꝓfectũ libẽter accipio: nõ tñ tãti nugas meas duco: quãti liberius ipſe prædicas. Quod præterea impenſius flagitas ut aedantur: quod & pleriq; faciũt: ne me nimis durum aut in humanũ putes piae tuae morem geram uolũtati. Sed magis qđẽ ut tibi obſequar: q̃ ꝙ rẽ aeditiõe dignam exiſtimem. Quare ſi opinioni hominũ nõ reſponderit: me recta rõe defendã: te eſſe in cauſa Plutine: q plura ab amico exigas q̃ ipſe polliceatur aut ꝓ̃ſtare poſſit Vale kalendis Nouembris. M. ccccc. xiii.

## Antonius Mudarra Lucio Marineo Siculo. S. P. D.

HAnc epiſtolam mi iucundiſſime præceptor obſecro ne cum aliqua tui animi moleſtia: ſed magna potius cum uoluptate perlegas: nihil enim habet: quod tibi præſertim uiro docto ſummaq; ſapientia prædito moleſtum eſſe debeat: nec ego is ſum: qui ad te quicquam ſcribere audeam: quod tibi: cui iucundiſſima quæq; ſemper optaui: moleſtũ fore putarẽ. Reliquas igitur epiſtolæ partes: ut ſoles omnia: leto uultu quæſo perlegas. Externa nocte cum tui meiq; pueri uerbis certare primum cœpiſſent: deinde ad conuicia: poſtremo ad armorũ pugnam magnumq; diſcrimen deuenerunt. Quod cum mihi cœnãti nunciaretur: tam meorum: quam tuorum inſolentiam & rei nouitatem admiratus obſtupui. Deſcendo ſatis propere: ne dicam præceps: & in fabrorum ferrariorum platea meis domeſticis fugientibus occurro: quos pueri tui Petrus iumentius & Ioannes galindus fortiſſime pugnantes in fugam uerterant: & acriter inſequebantur. Atqui Ioannes galindus amicitiæ noſtræ memor: ac quantũ moleſtiæ nobis hæc res eſſet allatura non ignarus: cum primum me uidit ſe ſtatim continuit: & Petrũ iumẽtium meos inſequi gladioq; perdere conantem egerrime compreſſit: brachioq; comprehenſum ſecum in hoſpicium tuum reduxit. In qua re non ſolum ingẽtem tuorum fortitudinem cognoui: ſed etiam Ioannis galindi admodum adoleſcentis temperantiam ſenilemq; prudentiam ualde miratus ſum. Qui niſi mutui inter nos amoris rationem habuiſſet: nemo quidem meorum ſine uulneribus euaſiſſet: in eos enim confugientes cum me pueri tui conſpexerunt enſes iam perſtrictos uibrare cœperant: & ex meis quidam metu perterritus inter fugiendum conciderat: quem Petrus iumẽtius tuorum puerorum alter: ut multi opinantur: occidiſſet omnino: niſi ſe illi Galindus oppoſuiſſet. Cæterum ſedato iam tumultu mihi diligentiſſime perquirenti: quæ res commiſiſſet eos: qui hactenus tanq̃ fratres mutuo ſemper amore ſe dilexerant: quippe qui neceſſitudinem & amicitiam noſtram uidebantur imitari: poſt multas ambages ac mendatia: tandem quidam neutrius partis huius inuidiæ cauſam narrauit. Quam tibi cum ueneris quaſi riſus materiam cauſamq; uoluptatis exponam: neq; ut opinor: ſine magna utriuſq; noſtrum ridendo quatione. Nũc autem tantum habeto nihil in hoc tuos pueros comiſiſſe: de quo reprehendi iure poſſint. Quorum uirtus & innocentia me commouit: ut ad te quamprimum ſcriberem: ne ſi forte priuſq̃ ueneris hoc ab aliis acceperis: ad eos iratus reuertaris. Vale & ad nos redire q̃ primum uelis: hic enim ſine te nobis nihil poteſt eſſe iucundum: quare ſolus quidem tuus aduentus noſtris ſatiſfacere uotis poterit. Ex Methymna pridie nonas Septembris.

## Lucius Marineus Siculus Antonio Mudarræ. S.

MAgno & repentino metu me perturbauit epiſtola tua. Cuius exordium neſcio quid infauſtum promittere uidebatur. Nam quod me hortabaris ut ſine animi mei moleſtia legerem tuas litteras: aliquid certe mali tibi accidiſſe ſtatim ſuſpicatus ſum. Poſteo uero tuam de puerorum noſtrorum ludis narrationem q̃uis admiratus: ſine ulla tamen indignatione perlegi. Cæterum litteræ tuæ & ſi mihi pergratae fuere: multo tamen gratiores fuiſſent: ſi tibi pueros meos: qui tui ſunt ſicut & ego: magnum dediſſe ſupplicium ſignificaſſent. Nõ ſunt enim extra culpã: licet tuo patrocinio defendantur. Dabunt igitur: ſi per te licuerit: nobis pœnas pueri: quibus ego non arma tractanda: ſed libros legẽdos reliqueram. Tũc igitur: ut ſcribis: magno riſu quatiemur: quum illi: ſi nobis chari ſunt: uapulabũt. Quibus cõtentionis cauſam: quam tu es mihi cum uenero narraturus: ego credo iam non alicuius uirtutis æmulationẽ nõ ſtudii uel honoris inuidiam: ſed aliquem & quidem lutulentum riuulum fuiſſe. Ego tamen et amorem tuum libenter amplector: & prudentiam plurimum laudo: propterea quod præmonere me curaueris priuſq̃ cuiuſpiam uel litteris uel ſermonibus offenderer. Quod autẽ hortaris ut maturius ad te redeam: dabo equidem operam diligenter: ut reginæ confectis negociis ad uos quamprimum reuertar. Vale.



## L. M. S. Gabrieli Mulnerio ducẽtorũ equitum Regiorũ Secretario. S. P. D

QVod equites iſti ducenti uiri nobiles: qui ferdinandum regem comitantur: te ſibi ſecretarium delegerint mi chariſſime Gabriel tibi: ut debeo: pro noſtra familiaritate mutuaq; beniuolentia plurimũ certe gratulor: atq; mihi tanq̃ pro meo bono maxime gaudeo. Sed audio te munus ultro tibi delatũ non libenter obire: propterea quod ſis aliis negociis occupatus: quod quidem ualde miror. Nam & ſi Ludouicus ſantius regius quæſtor ſoluendis regiæ domus ſtipendiis te præfecit: tu tamen: quæ tua diligentia eſt: utrumq; munus exercere facile poteris: quod quidem & honorificum eſt & ſatis honeſtæ conditionis. Vnde tibi magnã uel emolumẽti uel dignitatis acceſſionem ſperare potes: cum præſertim mores & uirtutes: quæ ſecretario neceſſariæ ſunt: in te omnes eluceſcant. Sed quoniam de munere ſecretarii ſermo eſt: & ſi nihil: quod ad hoc officium pertinet: te latere certe ſcio: ſi tamen ea quæ Sabellico meo ſecretariis neceſſaria uidebantur: dixero: rem tibi non ingratam facturus uideor. Oportet inquit eos: qui in hac humanae uitae parte & quaſi in media hominum luce uerſantur & alicuius principis aut liberi populi aut magiſtratus naſcentes curas excipiunt: ſingulari doctrina ſpectata fide a mœno liberaliq; ingenio magna induſtria & prouidentia eſſe præditos. Eſt enim ſcribis eruditio maxime neceſſaria: ſine qua non magis illis officium conſtare poterit q̃ materia ulla ſine forma. Et in primis in ſecretario fides requiritur. Nihil enim ſine fide prudentia nihil cæteræ uirtutes ualebunt. Quæ quidem ſi defuerit: non ſolum imperfectum erit officium ſed etiam tã ſecreta credentibus quã ipſi ſecretario pernitioſum. Quo igitur: ut hãc dignitatem conſequerẽtur: diligentiores fuerũt: eo maiore ſilentio & taciturnitate ſemper uti debent: ne ſtulta loquacitate perdant quod ut conſequerẽtur multum diuq; illis elaborandum fuit. Sed nihil ſapiẽti uiro tam facile eſt q̃ linguam frenare: ut ſtulto difficile. Debet præterea ſecretarius meminiſſe ſidem: ut Marco tullio placet: ab eo dictam quod omnino fieri debeat quod promittitur. Quare ſiquis alicuius uel principis uel magiſtratus ſecretarius ſibi credi uoluit: ſilẽtium: quod promiſit: præſtare debebit: ne in hoc ipſo peccare uideatur: in quo maxime probari uoluit. Hac itaq; uirtute: quam fidum ſilentium uocamus: qui præditus fuerit: hic ueri ſecretarii nomen erit adeptus. Eſt enim ſecretarii diligentis ſalutiferum principis conſilium gentibus ſignificare: ſed optimi tam publicanda dicere q̃ tegenda celare. Cæterum ſecretario maxime conuenit quedam liberalis urbanitas manſuetudo benignitas & humana facilitas. Hac enim ſibi facile hominum gratiam & ſtudia conciliabit: hac omnibus charus erit ac iucundus: hac etiã qui caruerit ingratus erit & odioſus. Enimuero non uideo qua ratione ſecretarius hominum uoluntates & amorem demereri poſſit: qui nec benigne quẽq̃ appellare ſolet: nec appellatus officioſe reſpondere. Neſciunt enim quidam ingenio duro nimis & inepto quantum comitas ualeat: non dico erga eos: quibus eſt omnino parendum: nulla enim in uita actio uirtus eſt: ſed in illos: qui humili loco atq; fortuna cõſtituti maximũ ſe putãt accipere beneficiũ: ſi i ſuis negociis a ſecretario recto: ut dicit: oculo inſpiciantur. Quid ſi uel ope uel cõſilio uel comẽdatione uel hortatiõe aliqua iuuent: q̃ nõ niſi ab his: qui ſunt liberales & ingenio facili: p̃ſtari nõ poſſunt. Teneat ſecretarius memoriã & quaſi fieri poteſt: ad manus habeat multa prudẽter dicta: acute reſponſa: ut cũ fuerit opus ſeſe quaſi clipeũ negotiantiũ moleſtis interpellationibus & dicteriis abiiciat: & corũ ſophiſmata prauas tergiuerſationes licentioſa dicta: liberius reſponſa: moderata dicacitate: & ſi ſit opus acri diſceptatiõe prudẽter eludat. Sit tñ ip̃a dicacitas nõ illiberalis: ſed urbana & ab oĩ ſcurrilitate aliena: ſiquidẽ turpe ẽ pro ingenioſo ridiculũ: pro urbano ſcurram ſe affingere. Sũt hæc oĩa: q̃ diximus & neceſſaria ſecretariis & utilia: prudentiæ ſi ſtudioſus fuerit ſecretarius oĩa ſuo tp̃e faciet: maturabit negotia: nõ p̃cipitabit: eritq; ita ĩ oĩs officii ſui partes intẽtus: curabitq; ut ſi qua dictanda fuerint aut ſcribenda: mẽtẽ eius: cuius imperata facit: quaſi in tabella quadã figuratã & uerborum proprietate & ſententiis exprimat. Quod qui non faciunt ſæpe falluntur & incerta pro certis habentes in turpiſſimos labuntur errores: ſuntq; non ſibi ſolum ſed illis etiam quorum nomine ſcripſerunt pernicioſiſſimi. Cauebit diligenter ſi aut reſcripta aut conſulta aut decreta aut priuilegia aut reſponſa aut quid aliud ſimile dictauerit: ut ſæpe fit: ne q̃d

Universidad de Deusto
Biblioteca



plus aut minus ſcribat : q̃ is: cui parendum eſt: mandauerat. Et quia nunq̃ ſatis cauiſſe nocuit:
non grauabitur quæ dictauit diligenter iſpicere: nequid aut ruſtice aut barbare aut confuſe aut
præpoſtere ſcripſerit qui dictata excepetit: quod non magis ei qui fecit: uitio uertitur: q̃ qui cor
rigere debuit. Huius uirtutis ſi mihi credit ſtudioſus erit ſecretarius : qui omnibus placere ſtu/
det. Nihil eſt enim quod ſecretarios magis alienet a gratia eorum: quibus in primis placere cu
piunt: q̃ obſcurus dicendi ſtilus: uerbaq; minus uſitata. Nec eſt ab officio ſecretarii alienum cõ
ſiderare diligenter ſedato ne animo an percito & irato ſit is : qui eum aliquid ſcribere iubet : &
quia nullus eſt affectus: qui longius a ratione recedat q̃ ira : quæ uere una dicta eſt omnium af/
fectuũm nõ trahere mentẽ hominis ſed præcipitare: prudentis eſt: ut diximus: mandãtis iram &
aſperitatẽ uerbis mitigare atq; ea ſcribere quæ ille: quẽ commotum cernimus: animo pacato iu
ſſiſſet. Si diligẽs erit ſecretarius nunq̃ a principis latere diſcedet aut non procul aberit : ut ſi qd
agendum ſit continuo uocatus adeſſe poſſit: nec eum pigeat ſecum pugillares atq; ſigillum cir/
cunferre. Reſtant adhuc nõ pauca: quæ de huiuſmodi officio dici poterãt: quæ miſſa facio ne
ſecretariis legem imponere uidear. Hæc ſcripſi ut ſcires in officio quo fungeris non minus labo
ris & oneris eſſe: quã honoris & commodi: tametſi multo melius eſt cum honore ferre labores:
q̃ cum ocio paupertatem : tibi præſertim mi Gabriel: quẽ natura benigna magnis animi & cor
poris dotibus ornauit: ut nihil ingenio tuo arduum nihil oneroſum nihil difficile ſit. Vale.

Alfonſus ſegura Ludouico ſantio queſtori regio pri
mario & conſiliario. Salutem.

QVæ me cauſa commoueat ut adoleſcens humilis ſine ulla cogitatione ad te ſcribam:
quem & gentilitia & propria uirtute ampliſſimo inſtatu fortuna collocauit: ſcire ſi uo
les Ludouice probitate aut Pollio aut alter Mecænas: ea utiq; eſt quæ te ad Lucium Ma
rineum Siculum diligẽdum & amandum compulit : hoc eſt benignitas tua & in omnes huma
nitas propenſa. Qua una uirtute cum nihil ſit in homine generoſo & bene fortunato amabilius
eam in te uel præcipuam in omni continuo ſermone Siculus contendit. Nam cum de magnati
bus & uiris illuſtribus cum Siculo mentio eſt : tu protinus occurris per eũ non in hac ſolum ſed
in omni uirtute ſummæ integritatis cæteris præclarum exemplum. Quidquaeris ea de te dicit
& praedicat: cum de te loquitur & loquitur ſemper: quæ uix audeas hoc tẽpore eſſe in altero pri
mario : hoc ẽ ineſſe tibi ſummã fidem ſanam integritatem ſtantem ſemper conſtantiam mode
ſtiam temperantiam & in omnibus rebus prudentiam cum ſapientia conſumatam. Vnde non
immerito gratiam tam magni principis per tuos maiores comparatam contra multorum im/
petus & frequẽtem inuidiam ſuſtines hodie & cum tua maxima gloria. Etenim inuidia uirtute
parta illuſtris gloria eſt. Cum igitur tu uir nobiliſſime omnibus his uirtutibus praeditus Siculũ
tibi habeas coniunctum & charum: qui te uiciſſim amat colit & obſeruat: certe nõ potes non eſ
ſe mihi amandus colendus & ſemper & plurimum uenerandus: proptereaq; qui Siculum amat
ei ue coniunctiſſimus eſt idem me amat & eſt mihi chariſſimus. Quam ob rẽ macte uirtute Lu/
douice a te magnopere peto te rogo etiam oro iterum & tertio pro tua larga humanitate me a
Siculo alterum tibi deditum ſuſcipias et eum eſſe exiſtimes: cuius uoluntas erit ſemper & ubiuis
tibi ſane promptiſſima. Quae tamen & ſi ut nihil obeſſe prodeſſe nihil quicq; poterit quae tua
tamen inata uirtus eſt ut ſpero meum animum non aſpernaberis. Vale. Ex Ilerda ſexto Idus
Maii. M. ccccc. x.

Alfonſus Segura Ludouico ſantio
Queſtori & regio conſiliario. Sa.

SCripſeram tibi ex Ilerda Ludouice uir preſtantiſſime cum eras apud Montiſonium: id
q; feci adhortãte Siculo meo commotus humanitate tua per eundem Siculũ pluribus
uerbis comendatã. Scripſiſſem etiam poſt hac ſaepe: & quotam aliquando ſalutaſſem:
nisi uerecundus



niſi uerecundus neſcio quis pudor me cõtinuiſſet. Accedit ꝙ cũ ego ſim homo ad te nullius
exiſtimationis: & lõgiſſima differẽtia inferior: mallẽ mori: q̃ eũ tibi uideri: qui cupiã aucupari
beniuolentiam tuã propter ampliſſimas tuas gazas & faſtigioſam fortunam apud maximum
principẽ: potius q̃ ob ſingularem tuam excelſam & bene glorioſam uirtutẽ: qua te genuit na/
tura præcæteris hominibus numeris omnibus abſolutũ. Etenim ego is ſum: qui quamuis ſti
mulis cuiuſdã adipiſcẽdæ fortunae premar: non eniſilice natus ſum: fauſtoſos tamen iſtos ap
paratus & inſolentes diuitias nõ multũ admiror: quas indigniſſimus quiſq; poteſt habere. Vir
tutẽ amo: uirtutẽ ueneror: ſolã in homine fortunatiſſimo uirtutẽ adoro: quæ cũ eſt cõiuncta
cũ humanitate erga infimos: cũ miſericordia in afflictos : quid in terris beatius & magis diui/
nũ? Ergo per iſtã pene diuinã tuã uirtutẽ & humanos mores rogo te & ſi pateris oro: tibi per/
ſuadeas cũ ſcribo: me non ſcribere eo animo: quo ſumus omnes iſtorũ bonorũ : que ſic appel
lamus: erecto ore admiratores: ſed eius uirtutis demerendæ cauſa: quæ te apud regẽ Ferdinã
dũ in iſto faſtigio patriũ ſucceſſorẽ cõſeruauit cõtra multorũ inuidentiũ tẽpeſtates cõpluẽtes.
Peto præpterea abs te nõ dedigneris in eorum numero me connumerari: qui te omni pietate
amant: nomẽ tuũ colunt: & in tã generoſa tua probitate bene collocatã auguſtã fortunã col/
laudãt. Quod ſi ſenſero: tuq; me humaniter: ut ſoles oẽs: ſuſceperis: iã intrepide ſalutabo: quẽ
diẽ numerabo meliore lapillo. Vale.

Petrus Sancteramus Ludouico Sanctio
commendationem & obſeruãtiam.

SCripſi ad patrẽ tuũ quãtũ me affecerit infœlix de te nuntius: qui nobis repẽte attule
rat occubuiſſe te hoſtiũ gladiis: & cõfoſſum inter cadauera uix ad ſepulturã fuiſſe re
pertũ. Fatebor equidẽ mi Ludouice tanti apud me rumorem ualuiſſe incertũ: ut ſen/
ſum mihi oculorum & auriũ ad triduũ totũ ademerit: multiſq; deinde diebus ægre acceptis a
patre litteris: quas Ludouico Sãctio ſcripſerat: mẽtis cõpos euaſerim. Ne tu immature nimiũ
& præcociter uirũ egiſti: quod duo de uigeſimo ætatis anno quietis ſtudiis aſſuetus auſus ſis
rabidã & truculentã hoſtium procellã cũ paucis admodũ ſociis inuadere. Feciſti nõ diſſimula
bo: quod fortẽ: quod ſtrenuũ: qd piũ adoleſcentẽ decebat: ſed ætas ſed rei militaris imperitia
ſed locorũ iniquitas acre ingeniũ expoſitãq; adipiſcẽdæ gloriæ cupiditatẽ coercere potuiſſent:
ne tanto rerũ turbini iuuenile caput obiiceres: ubi quicquid habuit comata quicquid galeata
gallia roboris congeſſit: ut uno tẽpore uno in loco uno prælio quantũ in Cãpania i Calabris
in Apulia in pluribus deniq; partibus Italiæ excitatũ fuerat armorũ conficeretur atq; oppri
meretur. An tu cum exigua equitũ ala reſtitiſſes ubi tanta Barbarorum moles coierat? Pietas
te in regem tua pro quo te ipſum pene deuoueras: ipſiuſq; iuſticia principis illatã propulſan
tis iniuriã ad uitam quantum uideo reuocarunt: cum quinq; ſupra tringinta uulneribus ſau
cius exanguiſq; ab ingenti cadauerũ aceruo erutus exhalata prope anima ſuperfueris. Qua
re tu etiã & ſummo rerum omniũ opifici gratias age. Nos enim pro te multa uouimus: quorũ
perſoluta pars quædã adhuc nobis perſoluenda reſtant. Sit hæc piorum numinum ſtata erga
te ſententia: ut nihil ulterius aduerſi ſubeas: quo indulgentiſſimorũ parentum ſollicitos ani
mos aliquãdo reddas. Vnũq; hoc uulnus quod quidẽ acerbiſſimũ accepere futurorũ omniũ
ſi qua fuerant repoſita finem attulerit. Vale.

Hieronymus Plutinus Ludouico Sancio conſilia
rio regio & quæſtori generali. Salutẽ plurimã Dicit

q Vamuis tecũ hactenus nulla conſuetudine deuincti ſumus: rerum tamen ratio
tuæq; ſummæ humanitatis officia monent: ut deinceps tibi q̃ coniunctiſſimi eſſe
ſtudeamus. Sic quidem ex uſu rerũ euenit: ut ſingula quæq; primo ſingularem
ſubſiſtentiam auſpicentur. Deinde uero properent cum cæteris ex aliqua occaſione cõiungi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ita & negocia negociis conferuntur. Et homines inter ſe ſocietate mutuiſꝫ commerciis deuin
citi ſolent. Et licet tibi forte ignoti accedimus: tu tamen nobis ignotus plane non es. Omnes
enim de te quæ de ſummo & præclaro uiro dicenda ſunt uno ore cumulantiſſime prædicant.
In primis enim & rex ipſe inclytus ob tuarū uirtutū merita ad ſummos honores produxit: fa
ctuſꝫ es conſiliorū regis particeps. Hoc autem tempore inter cæteros tui obſeruātiſſimus Lu
cius Marineus uir ſane grauis & præſtantis ingenii me ad tua præſidia potiſſimū contulit:
qui ſtudioſos homines tu quoꝫ eruditiſſimos libēter amplecti ſoles. Quare audētius ad te ue
nio. Non enim uereor quanto magis in altiore loco tua dignitas ſita eſt: tanto benignius te re
liquos amplexurum. Eſt quippe generoſi & perſpecti animi præſtare ſe memorem cuiuſcunꝫ
fortunæ uicemꝫ ſui occaſionis cum aliis quandoꝫ rependere. Sic quidem res munerū uiciſſi
tudinem partiuntur. Quæ eni ſumma ſunt ex infimis radicibus conſtant: Atꝫ infima ſuis fa
ſtigiis belliſſime proteguntur. In quo genere & Mæcænas ille paratiſſimi & præſtantis animi
ab omnibus celebrat᷑. Ingeniorū cultor fautorꝫ præcipuus: cuius manu & ad Ceſarē quoꝫ
traducebātur ingenia. Paribus auſpiciis hoc tempore ad te uenio quaſi ad alterum Mæcæna
tem: tuam opem imploro. Omnia mea ſtudia meꝫ totū tibi dedo tuæꝫ fidei committo. Vt
te duce ad regis auſpicia perduci poſſim. Quod quidē & ad dignitatē regiam pertinet. Sicut re
rum geſtores: Ita & rerum ſcriptores habere. Quorū alteri egregia conſilia & iuſſa regū exequā
tur & peragāt. Alteri uero aut præclare geſta aut in quocunꝫ genere uirtutū regiam celſitudi
nem perpetuis monumentis amplificent & illuſtrent. Ego uero & ſi inter eruditiſſimos uiros
quos habet: me appellare nō audeo: Inter cupidiſſimos tamen ſuarū laudū affirmare poſſum.
Te igitur hoc tempore rerū mearū moderatorē præcipuū delegi. Hoc autē tibi polliceor: non
immemori aut deſidi tua officia collaturū. Et ſi gratiam non omnino referam habeo fortaſ
ſe perpetuam. Vale.

Petrus Celdranus Lucio Marineo Siculo. S.

OMnino non probo illud quod Marius dicere ſolebat: ridiculū eſſe eas litteras diſcere:
Quarū magiſter aliis ſeruiat: quaſi uero imperauerit unq̃ aliquis: qui parere prius nō
didicerit. Neꝫ eni ipſe ad conſulatū euectus eſſet ſepties homo ante hac nouus & idē
gipſatus totidē triūphū meruiſſet: Niſi priꝰ Māliis imperiis ſupplex paruiſſet miles ſtipēdiariꝰ.
Quod ſi ea propter homo abhorrens ab humanitate litteras diſcendas eſſe diſſuadebat: ꝙ ex
his nemo imperpetuū cōſequatur gloriam ſplendentem: uiderit ipſe: quem: niſi putaſſet quæ
facinora geſſerit litteris & conſcribenda & apud poſteros comēdenda: pugnaſſe fortaſſe pœni
tuiſſet. Eſt igitur eorum quæ litterarum monumentis comendantur cum ipſa manu ſcribētis
& gloria perpetua: & comunis obliuio. At ꝙ non ſint in precio: fateor: facile enim eſt ignoran
ti concedere. Nimirum iacent ea quæ apud quoſꝫ improbantur. Sed hoc uitium non littera
rū: ſed torpentium temporum. Neꝫ enim inſipientia cōmuni ullū maius eſt malū. Sed iſti cō
temptores præterq̃ ꝙ eluduntur uiciſſim: dāt perpetuas pœnas. Conſcii uidelicet ſuæ ignoran
tiæ non leuiter tangūtur ſtimulis cuiuſdam doloris & ſeræ pœnitentiæ accerrimis cruciatibus
mordent᷑. Cæterū ut de me fatear: dixerit Marius quod placuerit: nihil impatientius fero q̃ ꝙ
obrutus ſummis occupationibus regiis his ſtudiis nequeo liberius: ut ita dixerim: famulari.
Quoniam uero huiuſmodi ſemper fui admirator & amator litterarū: ut nemo magis: q̃ meis
in comodis iacturā didici. Eadem cupio filios meos abdicare dum uiuo. Neꝫ enim amplius
patrimoniū parabo: ut ego exiſtimo: q̃ ſi curauero: quæ ſummus deus infudit illis recta īgenia
& fortaſſe fertilia & excolantur bonis moribus informentur: & imbuantur bonas litteras. Er
go tu mi Sicule pro noſtra amicitia parabis illis qualē & nobis expedire & te decere uidebitur:
qualicumꝫ is fuerit modo tua manu det᷑ putabo ex uoto nr̄o filiolis æque cōſultū Vale littera
rū noſtra lux. Ex Valledolito Calendis Septembris. M.ccccc.xiii.

Lucius Marineus Siculus Petro Celdrano Reginæ
Aragoniæ præfecto portionario fideliſſimo. S.



SI haberet Hiſpania totidē Celdranos quot uel Homericꝰ Agamenō deſiderabat Neſto
res: neꝫ in tantam uilitatem litteræ corruiſſent: neꝫ Marius magno numero plures
haberet ſuæ ſententiæ defenſores. Quorū ego unus & ſi nonnunq̃ illi conſentio: ꝙ
uideo litteras proſtratas omnino iacere: ut cogar ſæpe præter morem meum & ingenium iam
huic cōſentire ſupplex & ignorantiſſimo: illi blandiri uel lingua repugnāti homini infantiſſi
mo: aliquādo tamē Mariū cubito cædo mallens uel has exiguas litteras didiciſſe: quibus uiuo
cōpos mei: meus totus: nulli animo ſeruiens meo ſapienti fortaſſe tantulū: q̃ ignauus miſero
corpori ſeruire: uel iactare diuicias: quarū uſus diſſimulatio uel obliuio non eſt in iſtorū pote
ſtate cum nihil ſapiant boni. Ab iſtorū numero: qui ita uiuunt: Celdrane uir ſapiētiſſime opti
mo iure te uolo exemptū: qui & magnas diuicias cōplexus & apud Reges maximos in celſio
ri loco collocatus hæc habes: quæ beata uita deſiderat: hoc eſt diuiciis tuis uſus ſeruire neſciꝰ:
preterq̃ ꝙ litteras amas: tecū ſapiēter uiuis: tuo iudicio id eſt grauiſſimo te regis: neglecto amo
re huius ſæculi ſolū deū amas ardēter: ut nō te immerito Regina maxima ſelegerit e multis &
præfecerit officio ſummæ cōſciētiæ: qđ dicūt: ſ. totius domus diſtribuēdis mercedibus & ob
ſignādis: ut nō prius exigi quicq̃ poſſit: q̃ ſchedā rationis tua manu fideliſſime ſubſcripſeris. Et
qđ nō ē minoris tibi gloriæ & oībus aliis: qui Regiā domū adminiſtrāt poſſis rationes oībus
calculis exigere: nec ſit alius quiſq̃: qui petat a te monarchia .ſ. totius fidelitatis. Quare ſi
gaudere talibus bonis id eſt uirtutibus permiſſum eſt: hiſꝫ ſapiētes oēs perfruūtur: gaudere te
cū debes: & ſummo deo gratias agere: qui te habere uoluit cū aliis dicā pene cōmunes diuicias:
eas enim quiuis habere poteſt: & id bonū poſſidere id eſt ſummā & rectā ſapientiam: quod non
cuiuis noſſe datū eſt. Ergo tu mi Celdrane gaude & exultāter pene ſolo tuo bono: & litteras: ut
facis: ama: uel ſua cauſa: quas filiolos ſi docueris relinques illis meo iudicio multo beatius pa
trimoniū. Nāquod ad me attinebit iure uoto tuo cumulatius ſatiſfaciā. Vale cū Anā Varayz
uxore fœmina nobiliſſima.

Lucius Marineus Siculus Antonio Pueyonio. S.

BEniuolentia mutua & amor candidus: quē ad ſummā perduxeramus inter nos ami
citiā: me mouent: ut tibi iraſcar: & nō uulgariter ſuccenſeam: propterea ꝙ uel primo
numero officioſe amicitie: pace tua dixerim: leuiter & inconſtāter defeceris. Nūquid
tibi Pueyolane cōſtātiae & ingenuitatis uidet᷑: incōſulto tuo Siculo uel quauis ratione cōſtitue
re? quē antea tuorū cōſiliorū libere ſolebas: fortaſſe non inconſulte: adhibere participē? habes
quod reſpondeas? hoc tibi a maioribus tuis hæreditariū non eſt: ſi tuorū uirtutē antiquā repe
tamus: forte cauſaberis ꝙ eo tēpore aberam a curia: iſta excuſatio omnino eſt decolorata: potu
iſſes enim per litteras mecum agere: quod coram non licebat: ignoſco tamen humaniter. Sed
in hoc ſeuerius agā. Paraſti tibi officiū Regiæ domus: diues & honoris & auctoritatis: aiūt eni
coadiuuantē eſſe te: quod uos dicitis ſcribatus porcionis: nec una littera tua poſt initam cōdi
tionē: ut par fuerat: me feciſti certiorem. Hoc cuius eſt amicitie? certe eorū qui uultū amicum
promittūt ſedata uerba & grauia tunc oſtentant cū maxime fallunt. Sed quia impacientius fe
ro omitto in abſentem nunc excādeſcere. Dabis corā pœnas niſi te iuſta excuſaueris ratione.
Tu interim para defenſionē: modo machinas non cōſtruxeris. Produximus hactenus agētes
circa epiſtolā ſerioſam ſed agam iam omnino ſerio. Gratulor tibi mi Pueyone & iterū gratu
lor uti mecū gaudeo quaſi pro bono meo ꝙ indies tibi ſuccedat magis proſpere. Video enim
quæ tua eſt ſedulitas ſollicitudo & diligentia in omnibus rebus parandis componendis & cō
ficiendis. Vtinā ego diuinus uates prope eſſem: ſi ſe nō auerterit fortuna: cū tu magnas opes
cōſecutus Pueyanorū domus egregiā uirtutē exſuſcites: eruas e terra: & in priſtinū ſtatū repo
nas: quæ peruerſa malignitate temporū e ſummo deiecta in paucos redacta eſt ſola uirtute di
uites & mea ſententia uere diuites: is enim uere diues eſt qui cum uirtute cætera non putat cō
ferenda: quæ quiuis etiam indignus habere poteſt. Sed eſt hoc tempore falſa opinio omnium
exiſtimātiū generoſū eē: ut quiſꝫ maxime his opibus abūdet: quas uno ut ita dicā: clauſu ocu

Universidad de Deusto
Biblioteca



lorū imperpetuum deſerimus. Ergo tu enitere tua gentilicia uirtute innata ſapientia ſolertiam
adhibeas & in omnibus prudentiam: quando eo loci euectus es: ut Pueyanorū domū poſſis
reedificare: ut maneant ea fata nepotes: eum te geras in officio quem & decet & opportet: non
enim dubito quin ſi tua probitas & perſpicax ingenium introſpiciatur ſis multo celſiorē gra
dum aſcenſurus. Vale cætera coram agemus cum tu ad curiam redieris ex Placētia idibus Mar
ciis anno. M.ccccc.xii.

Pueyonius Lucio Marineo Siculo. S.

ACcepi epiſtolam tuam ad quartum nonas Aprilis minantem incenſam iracūdiam
quam ego in te nunq̄ putaram potuiſſe cadere uirum ſapientem neqꝫ quouis uēto
mobilem. Qui uti conſueſti effuſionem animi in lætitia contrahere: ita in moleſtia
ſuccenſionem in moleſtia temperare & uelle & debere ſummū ſemper duxiſti. Verumenimue
ro dum ſæpe relego & omnes partes colligo & epiſtolæ & quas in te ſemper cognoui & exper
tuſſum ſummæ in me beniuolentiæ iram iſtam & ut ita dicam linguaces minas amoris nume
roſam acceſſionem: ſi quid poteſt accedere: ego facile interpretor: ut non ſolum perſonā iſtā
ſubiraſcētis moleſte nō ferā: uerū etiā mecū ipſe gaudeā: ꝙ præ amore ī me indigneris: repræ-
hēſurus acriter: ſi uel ī amicitia: uel in qua uis re alia labi me deprehenderis. Iā uero: ut ſi qua
bilis excanduerit: ſedate deferueſcat: utriuſqꝫ cauſæ: quā mecū expoſtulas rationē reddā paulo
breuiorē. Agā enim latius corā: modo tu ſuperciliū depoſueris: neqꝫ putabis quicq̄ me aut co
mētatū: aut cōſtruxiſſe molis. Nō te cōſului mi Sicule priuſq̄ cōdicionē accepi: ut decuiſſet: ꝙ
haberas eo tēpore a curia: neqꝫ licuit aliquid litterarū ſcribere: qm̄ incertū erat quo ī loco eſſes
apud præſidē Placētinū: deinde cōſtitueram nihil cogitans de re eo tēpore Turolium patriā inq̄
& meū nataleſſolū redire: nēpe id quod ſtatim egi poſt ſuſceptū ſcribatus officiū: ubi cū febre la
borauerim cottidiana per menſem & amplius: nihil litterarū potui ad te dare: & ſcribo hoc uix
adhuc ualidus manu & calamo tremēti. Quæ oīa in cauſa fuere: ut ego defuerī officio: & tu
functus queraris. Tu igit̃ mi Sicule noli putare aut eū fuiſſe me: quē ſuſpicaris beniuolēter: aut
futurū unq̄ quē nō debebo: cui ſi nō fuero gratus: tūc oīno degenerabo. Vale ex Turolio Ca
lēdis Maiis. M.ccccc.xii.

Luciꝰ. M. S. Hieronymo Spinario diſcipulo ſuo. S.

DIuinas abs te litteras & periocūdas accepi: quibus facile cognoui: qđ ſine ulla dubitatio
ne ſperabā: magnæ tibi curæ fuiſſe res meas. Hēo tibi gratiā: quia multis & magnis re
bus occupatus & tēpore tā difficili nō modo mea negocia diligēter egeris: ſed etiam
de rebus oībus ad me frequēter & officioſe perſcripſeris. Ego iā diu iſthuc rediiſſem: niſi mihi
qui Mōtiſonio uenie bant & Cæſarauguſtani ciues pro certo nunciaſſent Regem: confectis iā
Barcinonis & Valentiæ negociis: Cæſarauguſtam breui fuiſſe uēturū. Quod tu quoqꝫ litteris:
quas ad me proxime miſiſti: cōfirmabas. Nūc aūt iſtud cras cras: quo diſceſſurū Regē eſſe oēs
uulgo ferebāt nōdū ueniſſe ualde miror. Bone deus quid hoc eſt? nūquid cras iſtud latet apud
indos? aut garamātas? Illud præterea quis nō uehemēter admirabit̃: ꝙ tres dies quibus ī Mōti-
ſonio Rex cōmoraturus dicebat̃: tres iā mēſes facti ſūt His enim diebus nullos alios unq̄ lōgio
res fuiſſe ſine dubio credimus: nec illos quidē: quos enumerauerunt Phillis & Penelope: dum
altera demophoōta mare pſpiciēs: altera lentū ſollicita nimis Vlixē exſpectabat. Cæterū Regē
habemus: qui dierū: ſi uelit: alios per breues: alios lōgiores: & qđ mirabilius ē: modo ſerenos:
mō nubilos efficere facillime poteſt. De cuius aduētu te rogo qđ ſenſeris ad me ſcribas: ut tuis
litteris admonitꝰ quid mihi faciēdū ſit deliberare facilius poſſim. Quod aūt Segura me iſthic
nō inuenerit: uix queo dicere: quā moleſte tuli. Nam q̄ triſtis Ilerdā: me non uiſo: redierit non
ignoro. Tibi tñ & Antonio Mudarrae gr̃as ago: qui eū honorifice meo noīe atqꝫ liberaliter ex-
cepiſtis. Ego litteras ad eū mitto: quæ ſi forte uenerint ad te curabis: ut ad eū tuto perferāt̃. Va
le ex Cæſarauguſta pridie nonas Iulias.

Siculus Ochoe Olādino Reginæ Ioānæ theſaurario. S.



QUantæ tibi curæ ſunt res noſtræ uir humaniſſime ut niſi me tibi debere cōfitear Luci-
us nō ſim ideſt oīno ingratus omnino impius improbus & nullo officio tuo dignus.
Debeo igitur tibi muſas & appollinē totū nō ſolū chartā ipſam regiſteriis cōponendā
neqꝫ enim eſt amplior ſupplex. Quod ſi numerum iſta non æquant utere Siculo quo libuerit
modo nihil tibi nec quidem ipſam animam denegabo. Vale.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS.

Lucius Marineus Siculus Lucæ Pullaſtræ Siculo
& ſecretario regio. Salutem Plurimam Dicit.

p Ridie Calendas Decembris cum ex Granata Regem & Reginam
ſecutus Eccigiam Bethicæ prouinciæ ciuitatem ueniſſem: Ioannes
Antonius Rigius tuas mihi peroptatas litteras reddidit: tuaqꝫ mā
data diligenter expoſuit. Quæ quidē litteræ tuæ eo me maiore læti
cia affecerunt: quo diutius earum incredibili deſiderio tenebar.
Illas enim quaſi aliquando ad me peruenturas diuinarem: ex quo
relicto Salmanticæ Gymnaſio ad Regem & Reginam me contuli
quottidie nimis anxius expectabam. Expleuiſti tandem deſideriū
meum: ſuauiſſimas enim mihi litteras miſiſti: & ſi patrio ſermone
ſcriptas: magna tamen elegantia atqꝫ arte copiaqꝫ dicendi perornatas: & tuæ præterea teſtes hu
manitatis & amoris erga me ſingularis. Has ego cum primum accepi priuſq̄ legere cœpiſſem:
noui nanqꝫ tua manu perſcriptas: pie ſtatim ſum oſculatus: deinde uero legens te audire teqꝫ
ipſum coram intueri mihi uiſus ſum. Nam quid dicam quo animo quanta hylaritate quanto
gaudio perlegi? Deum hominesqꝫ teſtor me nullas unq̄ litteras legiſſe libentius. Quibus tamē
litteris ſi forte ſerius q̄ tu uoluiſti & ego debebā reſpōdiſſe uidebor: cū id neqꝫ ulla mea negligē
tia neqꝫ ingratitudo fecerit: facile quidē ſpero te mihi ueniā daturū: cū præſertim & ego tuam
uirtutē & humanitatē ſingularē: & tu meā in te obſeruantiā & diligentiam cognoueris. Cæte
terum ego duo de uiginti annorum deſuetudine: quibus in Hiſpania ſum cōmoratus: patriū
pene ſermonem iam oblitus latine tibi ad omnia reſpondebo. Quo genere orationis te mirū-
immodum delectari iam pridem animaduerti. Reſpondendoqꝫ mearum litterarum cuncta-
tionis cauſam & rationem afferam. Dulcis mihi & periucunda fuit in litteris tuis commemo
ratio illa amoris erga me tui cum longioris ſilentii excuſatione: quem & ſi olim multis tuis in
me beneficiis & uirtutis exemplis ſapientibuſqꝫ conſiliis perſpexeram: hoc tamen tēpore plu
rimi facio me abſente tot annos apud te integrum permanſiſſe. Quod idem mihi quidē ſatis
aperte ſignificare uiſus eſt: quia de ſe ut ad me ſcriberes te cōmonuit. Excuſationem uero tuā:
qua uſus es cur hactenus ad me minus ſcripſeris: legi profecto magna cum uerecundia. Nam
ſi tu ſilendo diutius non potuiſti non uereri: ne ab officio boni uiri diſceſſiſſe uidereris: quan
to magis ego timere debeo: qui tibi uni & ſæpius ſcribere & labores meos omnes & obſequia
præſtare debueram? Et cui niſi me omnia iure quodā debere confitear omnino ingratus eſſe
uidear? Sed hac de re uel purgabo me poſtea tibi: uel frequentioribus litteris & obſequio ple
niori præteritam redimere culpam diligentiſſime curabo. Quod autē mihi de mea apud Re
gem & Reginam conditione gratularis: quae tibi: ut eſt: honorifica ſatis uidetur: non equidē
miror: facis tu enim: ut Cicero ſcribit ad Lentulum: ſicut artifices egregii facere ſolent: qui
non immerito ſuis præclaris operibus lætantur. Me nanqꝫ quis neget opus eſſe manuum tua
rum? Illis enim temporibus quibus apud te degi: quāuis in domo tua præceptoris: quia filios
tuos a me doceri uoluiſti: nomen habeā: plus tamē in me doctrinæ: plus fructus & eruditionis

Universidad de Deusto
Biblioteca



conſuetudo tua contulit:quã in ſcolis & gymnaſiis omnibus a præceptoribus etiã doctiſſimis
hauſerã. Quid præterea memorẽ quantum me tua iuuit auctoritas? Quantũ prudentia ſingu
laris? Quantũ deniq; mores elegantiſſimi? Quare ſi quid uel honoris uel commodi cõſecutus
ſum:te quidẽ auctore me adeptum fuiſſe apud omnes ſemper & ubiq; libẽtiſſime prædicabo.
Nam ſi ipſe uir bonus ſi gratus ſi deniq; tuorũ in me meritorũ memor eſſe uelim:hoc quidẽ
totũ uni tibi ſemper acceptũ referã. Cum ea itaq; ſint & tua in me beneficia & animus erga te
meus:exiſtimare certe potes q̃ mihi tua uita tua ſalus tua dignitas chara eſſe debeat. Quã ob
rẽ hoc te ſcire uelim:ut ſi quid me abſente uel mali uel aduerſi tibi contigit:æque hoc quidem
mihi ac tibi ipſi moleſtũ fuiſſe. Nã Siculi:qui mihi de tua ualitudine de uxore de liberis de to
ta tua domo & familia ſæpe quaerẽti te gallico morbo & Puſtularũ doloribus oppreſſum eſſe
dixerunt:maximis me quidem doloribus affecerunt. Te enim contemplans abſentem & ſæ-
uiſſimo imparem dolori conquerentem:quaſi oculis corã cernerẽ acerbiſſimo quidem crucia
tu me ipſe torqueri ſentiebã. Nũcius uero de mei diſcipuli migratione ad cœlũ mihi certe tanq̃
peracutus gladius infolicẽ animã percuſſit:quẽ pene deficiens ſummoq; langore confectus ac
crudeliſſimo uulnere perturbatus nõ ſine m̃tis lachrymis accepi: cõmunẽq; caſũ illũ exiſtima-
ui. Iulio nãq; Pãthaleoni tu corporis & educationis:ego uero mentis & eruditionis p̃r erã. De
cuius tamen obitu neq; tu ad me quicq̃ ſcripſiſti:neq; ego hactenus ad te ſcribere teq; per litte-
ras conſolari auſus ſum:tũ dolore impeditus meo:tũ ne diffidere uiderer ſapientiæ tuæ. Noui
enim tuã grauitatẽ:tuã conſtantiã:tuãq; animi moderationẽ ac fortitudinẽ. His nanq; uirtu-
tibus:quibus omnes fere mortales antecedis:ac ratione duce:quecunq; poſſunt hominibus ac
cidere:te quidẽ ſapiẽtiſſime fortiſſimeq; tuliſſe ſemper atq; laturũ eſſe certe ſcio. Quod ſi tamẽ
iſtic afuiſſem teq; amoris mei magnitudine:quo te proſequor:impulſus conſolari uoluiſſem:
eam nempe tibi conſolationem attuliſſem:quã mihi ipſi refrigerato iam aliquantulũ dolore
ratio ipſa potiſſimum oſtendit:ut cũ illis ſane bene agere fortuna uideatur:qui citius ac tene-
ra ætate ad coelos & ſempiternam gloriã uocantur. Nam ſi uerũ fateri uolumus & rationi pare
re:quid nobis boni longiores anni contulerunt? Aut quid in eo quod ſupereſt uitæ præter ma
gnos aſſiduoſq; labores cũ doloribus expectamus? Recte igitur & ſapienter ait Seneca: Tunc iu
uat mori:quũ delectat uiuere. Tũc enim foelix mors eſt:quum uita eſt criminis expers. Quid
ſi legamus apud Iuuenalem quæ diutius uiuentibus mala & incõmoda ſolent ſæpius accide
re? Nõ ne lõgae uitæ:non ne tan diu nos uixiſſe pœnitebit? Quare eos quidẽ deſiderare eorũq;
diſceſſu grauiter angi:qui bene fœliciterq; uitam hanc mortalem & multis laboribus plenam
& omnibus periculis undiq; circunfuſis & imminentibus expoſitam cũ ſecura illa cœleſti &
ſempiterna cõmutant:neq; ſapientis ſane neq; bene ſentientis:ſed aut carentis ratione: aut epi
cureorũ more uiuentis eſſe iudico. Pacienter igitur & æquo animo uulnus:quod accepimus:
feramus:per mũltis enĩ accidit:quorũ nobis exẽpla ante oculos proponere debemus. Ignoſce
mihi obſecro:ſi tuũ lenire dolorem cupiens ea cõſolatione utar:qua plures etiam doctiſſimos
uiros uſos fuiſſe legimus. Qui miſeris & afflictis:quos ĩ aduerſa fortuna cõſolari & egritudine
leuare cõnarẽtur:calamitates humanas & in fœlices aliorum caſus memorare conſueuerunt.
Qu od genus conſolationis & ſi tibi uiro doctiſſimo magnaq; ſapientia prædito minime ne
ceſſarium eſſe certo ſcio:quia tamẽ magnorum uirorum in rebus aduerſis eximiam fortitudi-
nem magnamq; prudentiã maxima cũ admiratione ſemper audimus: & nõ immerito lauda-
re ſolemus:Omiſſis ueterũ caſibus & innumeris exemplis:quæ tibi notiora ſunt q̃ mihi:de qui
buſdam:qui nuper in Hiſpania me præſente filios infœliciter amiſerunt:me tibi breui ſermo
ne memorare ab officio meo & a ratione non alienum eſſe duxi. Vidimus Ioannem Luſitano
rum regem infœliciſſimũ filii ſui Michaelis interitum fortiſſimo animo & patientia mirabili
tuliſſe. Quem unico filio:qui ſibi ſucceſſurus erat in regnis:amiſſo:multi quidem putauerunt
uel doloris impatientia uociferaturũ:uel magno continuoq; mœrore breui omnino moritu
rũ. At ille præter omniũ ſtultorum falſas & ineptas opiniones magno animi robore ſuffultus
repentino quidem ſæuiſſimoq; dolori fortiſſime reſiſtens:apud multos:qui eum conſolari co
nabantur:non propter amiſſum filiũ:quem tantopere dilexerat com moueri ſe dicebat:quo-



niam eum moriturum fuiſſe multo iam ante præuiderat:ſed illi tam rarum & infœlix genus
mortis accidiſſe paruo quidem gemitu nec immoderate quæſtus eſt. Lapſu enim equi curren
tis:quod te audiſſe non dubito:Princeps ille clariſſimus extinctus eſt:ſummo loco natus:inge
nio pollens:forma præcellens:coniugio fœlix:moribus elegans:regno potens: quæ quidem
& naturæ & fortunæ bona miſero parenti augere certe dolores debuerant. Præclarum fortitu-
dinis exemplum & inſigne ſapientiæ ſpecimen Salmanticæ nobis exhibuit Alfonſus fonſe-
cus Archiepiſcopus cõpoſtellanus:qui nũciata Iacobi filii crudeliſſima cæde:qui multitudine
Gallorũ circunuentus in oppido:quod Salſas uulgus appellat:ſtrenuiſſime pugnans ab hoſti
bus undiq; ſuperuenientibus occiſus eſt:tanta animi conſtantia & conſilii magnitudine dolo
tẽ ſuperauit:ut ſtatim deo gratias agens ad libros:quos paulo ante legebat: ſine ullo mentis
perturbatæ ſigno redierit: & quod magna doloris acceſſio eſſe potuit:eximiæ uirtutis:magnæ
pietatis:ſummæ ſpei:militaris fortitudinis admirabilis:Nobilis ingenii:animi & corporis in-
ſignis & florentis ætatis filiũ amiſit. Cuius ego & propter innumeras eius uirtutes ac ſuauiſſi-
mos mores:& quia me præceptorẽ tanq̃ alterũ parentẽ diligebat:ſine gemitu meminiſſe non
poſſum. Quo amiſſo non paruã quidẽ fecit Hiſpania iacturã. Erat enĩ & corporis & animi ex
cellens:& qui in armorũ tam ueris q̃ fictis certaminibus nemini ſuorũ æqualiũ unq̃ ceſſit. Nec
minoris admirationis fore arbitror ſequentis caſus narrationẽ. Siquidẽ in ciuitate Burgitana
die quo Rex & Regina atq; omnes fere Hiſpaniæ proceres principis Ioannis nuptias cũ ingẽ
ti põpa celebrabant: Alfonſus Cardinas Guterrii miliciæ ordinis Sancti Iacobi præfecti filius
caſu equi:quo uehebatut: oppreſſus eſt: & ſtatim equo ſurgẽte pene mortuus in terra iacuit.
Quẽ famuli multiq; nobiles ore naribuſq; concretũ ſanguinẽ reiectantẽ ante oculos & ora mi
ſerorũ parentũ:qui in aula Regis erant:adduxerunt: Ibiq; dũ flẽtis matris amplexu tenebatur
dũ prouocaretur a patre:dũ medicorũ conſiliis ex uenis ſauguis hauriebatur animã efflauit. Et
tamen pater eius uir mediuſfidius conſilio maximus poſtero dei principis nuptiis & omnibus
ludis ac ſpectaculis interfuit. Rodorici quoq; Pementelli noſtri Beneuentani comitis in filii
ſui Marchionis miſeranda morte conſtantiſſimũ pectus agnouimus. Cuius infœliciſſimus ca
ſus & miſerrimus uitæ finis non modo paternos oculos & animũ perturbare potuit: Verũetiã
Regẽ & Reginã atq; omnes:qui aderant:ad lachrymas & fletũ prouocauit. Erat enim corpo
ris forma pulcherrimus:& morũ & uirtutum omnium ſplendore clariſſimus. Qui ſimul cum
patre Regẽ & Reginam comitatus & in oppidũ nomine cõplutũ:quod Alcala Hinares ab in
colis dicitur:ingreſſus eſt:poſt autẽ aliquos dies cũ in altiori ambulacro domus:quam colebat:
quem locũ curritoriũ uocant Hiſpani:ligneo ac uetuſto parieti poſt ambulationẽ feſſus adhæ
ſiſſet:ligno:cui terga admouerat:ſubito perfracto:toto ſuo pondere corruens ex alto præceps
in domus aream lapſus eſt: & fracta ceruice uiſcera rupti & colliſi corporis oſtendit. Quod cum
patri:qui apud Regem & Reginam tunc erat:nunciatũ eſſet: ille admirabili conſtantia reſti
tit: & tam ſæuum tã repentinũ & inopinatũ dolorẽ fortiſſimo animo cohercens Regi cõſolato
riis uerbis eũ ſuſtinere conanti ſumma moderatione reſpondit ſe deinceps cura & ſollicitudi
ne:quã de filio Marchione hactenus habuiſſet:cariturũ. Scimus etiã Ioannẽ Pementellũ Ro
dorici comitis fratrẽ in conſimili dolore non diſſimilẽ fortitudinẽ præſtitiſſe tempore quo fi
lius eius Alfonſus in Ocania oppido:ubi rex & regina tunc morabantur: currens ab hoſpitio
ad ſedandũ tumultũ:qui per atrienſium & nobiliũ famulos ac pueros ingens commotus erat:
pacem clamans & certamen ingreſſus inermis a pugnantibus iam perturbatis & furore pene
cæcis per errorẽ ac ſi inimicus eſſet occiſus eſt. Alios præterea miſerabiles caſus:qui noſtris tẽ
poribus in Hiſpania multis acciderũt:tibi narrare poſſem:multas enĩ hiſpanorũ illuſtrium do
mos funeſtatas cognouimus:in quibus non ſolũ uirorũ:ſed mulierũ quoq; prudentiã ſingula
rẽ & incredibilẽ fortitudinẽ ſumma cũ admiratione laudaui. Hiſpani nanq; homines:ut ſunt
fere omnes uirtuti & rationi proximi:ita & caſus omnes humanos omnes rerũ ac fortunæ mu
tationes uirtutibus inferiores eſſe putãt. Ideoq; oẽs fortunæ quãuis ſæuos & repentinos ictus
oĩaq; mala: quæ nulla ratione nulloq; conſilio uitari queunt:inuictiſſimo ſemper animo fer
re didicerunt. Qua in re ſapienter quidẽ & corporis & animæ ſaluti cõſulũt: & diuinæ uolũtati

Universidad de Deusto Biblioteca



parẽt: & Regis atq; Reginæ ſanctiſſimos mores imitant̃:Ii ſunt enĩ Principes nr̃i:qui cũ aliis
uirtutibus:tum uero fortitudine conſtantia religione & patientia cũctos mortales antecedũt.
Plurimis nanq; maximiſq; uirtutibus armati ſanctæq; iuſticiæ gladio præcincti nihil non uti/
le:nihil non honeſtũ:nihil non iuſtũ:nihil deniq; non ſanctum feciſſe mihi uidentur.Quippe
qui diuino ſpiritu afflati & cœleſti numine repleti cuncta prudentiſſime gubernãt:hoſtes oẽs
facillime debellant:Chriſtianam religionem & catholicam fidẽ fortiſſime defendunt:de pra
uis & male de noſtra fide ſentientibus exacta pœna ſumptoq; ſupplicio dei cultum & ſacra oĩa
augent & ſanctiſſime uenerantur. Quo fit ut eis non immerito & cuncta proſpera ſuccedant:
& aduerſos caſus:qui natura & humana conditione mortalibus accidere ſolent:non recuſent:
ſed forti animo ſemper & moderate ferant:Quod Salmanticæ quum Ioannes princeps eorũ
unicus filius a uita diſceſſiſſet facile quidem perſpeximus. Nam & ſi filium:qui:ut multorum
erat opinio:uniuerſo terrarum orbi dominaturus erat:amiſerunt:nunquam tamen deinde
fracto animo fuere. Pauloq; poſt mortua filia Heliſabe Luſcitanorum Regina ueſtes lugubres
& ſigna triſtia luctus omnibus inhibuerunt. Summam deniq; fortitudinem & diuinam po/
tius quam humanam ſapientiam duobus filiis:duobus generis:atq; duobus nepotibus amiſ/
ſis oſtenderunt:magnoq; uitæ mortalis & humanæ conditionis exemplo nobis eſſe uoluere.
Liberorum igitur obitus ac infœlices interitus & parentum regum præſertim ac illuſtrium ui
rorum fortitudinem & pacientiam teſtatus:Omittam ueterum uirtutem:quam in morte filio
rum maximam & admirabilem præſtiterunt. Tacebo pacientiam & fortitudinem uiri ſan/
ctiſſimi deiq; prophetæ:qui cum ditiſſimus fuiſſet breui tamẽ omnibus diuiciis & opibus ſpo
liatus & nouem liberorum luminibus orbatus:ac demũ graui uulnere percuſſus:nunquam:
ne uerbo quidem peccauit:ſed ingenti dolore confectus in terram cadens amaritudinis lachry
mis perfuſus admirabili pacientia dicebat:dominus omnia mihi dedit:& dominus abſtulit:
nudus egreſſus ſum de utero matris meæ:nudus quoq; eo reuertar:ſit inquit nomen domini
benedictum ſemper. Præteribo etiam ſilentio Horatium Puluillum Romanum:qui cum in
Capitolio ædem ioui dedicaret:& inter ſolemnium uerborum dedicationem poſtem tenens
mortuum ſuum eſſe filium audiſſet:a Poſte manum non remouit:ne tanti dedicatio templi
interrumperetur:neq; uultum a publica religione ad priuatum dolorem deflexit. Quid de
quinto Martio rege dicam?Qui die quo filium unicum amiſit:curia:quam petiturus erat:nõ
abſtinuit:Sed a rogo ſtatim ad ſenatum ſe contulit. Quid memorem quintum Fabium maxi
mum?Qui filium uirum conſularem & magnis rebus geſtis præclarum perdidit. Quid Mar
cum Catonem?Qui filii prætoris deſignati mortem ſapienter & æquo animo tulit? Quid Lu
cium paulum æmilium?Qui ſeptem diebus filios duos nobiliſſimos amiſit?Quid etiam de ex
ternis loquar?Nam Pericles quoq; athenienſium princeps intra quatriduũ duobus filiis ado
leſcentibus amiſſis:& priſtinum habitum uultu non mutauit:& caput ſolito more coronatũ
gerere ſuſtinuit. Xenophon præterea cum ſacrificium ſolemne perageret:& duobus filiis na
tu maiorem in prælio cecidiſſe cognoſcens:non ideo ſacra:quæ cœperat omittenda putauit:
ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit:quam tamen ipſe percontatus quo nam
modo filius cecidiſſet:ut audiuit fortiſſime pugnantem interiſſe capiti repoſuit:numen:cui ſa
crificabat:teſtatus maiorem ſe ex uirtute filii lœticiam:ꝗ ex morte amaritudinem ſentire. Nec
Anaxagoræ diuinam referam ſapientiam:qui eius filii mortẽ nuncianti nihil mihi reſpondit
in expectatum aut nouum nuncias:ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem.
Non decet igitur nos:qui & chriſti cultores & a ratione non alieni ſumus:eius lugere diſceſſũ:
qui carceris uinculis ſolutus:ideſt humanæ uitæ periculis liberatus ad ueram & peroptatã cœ/
leſtẽq; patriã remeauit:ſed deo potius optimo maximo gratias agere debemus:qui cũ primo
genitũ tuũ ĩ cœlũ remigrare iuſſiſſet:alios tñ ex tuis liberis nobis reliquit:ĩ quorũ uirtutibus &
honore ſenectus utriuſq; noſtrũ iucũdiſſime cõquieſcet.Sũt enĩ apud te ꝑter alios Vincẽtiꝰ &
Nicolaꝰ:qui quantum litteris eorũ pſpicere & cognoſcere potui:magno quidẽ ingenio & eru
ditione pollẽt.Nã cũ utriuſq; litteras perlegiſſem:quas ex tempore ſcripſiſſe dicebãt:quod tu
quoq; litteris tuis affirmaſti:eorũ nimirũ & naturæ fœlicitatẽ & ꝑeritũ latine ſcribẽdi uſũ &



exercitationẽ facile cognoui. Adeo ut ſi ſtudia tã bene cepta pſequant̃:& cũ ãnis & ætate ſciẽtia:
ut ſpero:creuerit:eos ſine dubio uideo ſũmos uiros euaſuros:& paternũ ingeniũ ac uirtutẽ ſin/
gularem:quam ego ſumma cum admiratione ſemper amaui & ingenti ueneratione colui &
dum uiuam apud omnes libentiſſime prædicabo:non auſim dicere ſuperaturos:ſed æquatu/
ros certe dubitare non debeo. Qui ſi:ut te uelle mihi ſignificaſti:ad me ueniſſent:quo ſub no
ſtra doctrina militarent:ita deus ãnuat uotis noſtris hoc mihi nihil optatius euenire potuiſſet:
facerem enim ut & meam erga te gratitudinem animumq; tibi deditiſſimum facile perſpice
rent:& in omnibus rebus:quæ illis a me præſtari ac ſubminiſtrari poſſent:quæq; ad tuã digni/
tatem & illorum commodum & honorem pertinerent te minus deſiderarent. Me namq; non
ſolum in litteris præceptore:ſed in rebus omnibus miniſtratore eis uti libere liceret. Sed quoni
am quid illis aptius fuerit magiſq; conueniat tu ipſe tua ſingulari prudentia multo melius ui/
dere poteris:hac de re utere tuo iudicio. Ego autem meum eſſe arbitror:ut quæcumq; onera me
is humeris imponas libenter omnia ſuſcipiam ac pro uiribus ſuſcepta ſuſtineam non inuitus.
Cupio enim uel potius exopto quam gratiſſimus uideri:& in te colendo multo ſtudioſior quã
antea fuiſſem. Non enim parum uereor ne tuorum erga me meritorum & humanitatis ſingu/
laris immemor tibi eſſe uidear. Nam olim cum apud te magno cum honore degebam:ob in/
cultos fortaſſe meos mores & inurbanitatem quandam minus me tibi ſatiſfeciſſe puto:neq; te:
ut par erat & ratio poſtulabat:coluiſſe nunc animaduerto. Quod cum ita ſentiam uel ætatis ma
turitate uel nobilium Hiſpanorum conſuetudine:qui quidem moribus & urbanitate morta/
les omnes excellunt:omni officio ſtudio opera labore redimere quam maxime uelim:tamet
ſi tua cauſa cum plus fecero quam poſſim:multo minus tamen mihi feciſſe uidebor quam de
beo. Sed hæc hactenus. Erant præterea tuis in litteris negocia duo:quæ mihi plurimum com/
mendabas:ego autem in eorum altero:uti debui:nullam diligentiam nullum ſtudium nullũ
officicium nullum demum laborem prætermiſi. In altero uero conandum eſſe nõ putaui. Cae
terum ne me aut tua mandata neglexiſſe aut in honoribus tuis & commodis labores fugiſſe for
te putes:paulo altius uoluntatis & diligentiæ meæ modum & rationem tibi clarius exponere
perneceſſarium duxi. Ego perlectis litteris tuis ad Gabrielem ſantium Regis ærarium quæſto/
rem & cõſiliarium generalem:cuius auctoritate omnia fere Siciliæ negocia expediũtur:ſtatim
me cõtuli. Hic me in familiaribus ſuis ac pene inter domeſticos habet:colit enim atq; fouet do/
ctos & probos uiros:a quibus filios ſuos erudiri maxime gaudet & diligentiſſime curat:quam
ob cauſam me quidem ab eo diligi iam pridem animaduerti:& multis eius in me beneficiis &
honoribus expertus ſum. Huic itaq; non ſine multorum nobilium qui aderant admiratione
primum de tuis excellentiſſimis uirtutibus de uitæ integritate & preſtantiſſimis moribus mul/
ta prædicaui. Deinde quantum prudentia conſilio doctrina ingenio:quantum auctoritate & re
rum cognitione atq; experientia propter ætatem & negociorum conſuetudinem:quantum de
niq; fama ac fidelitate regis in rebus & tocius Siciliæ negociis omnes collegas tuos & Siciliæ ſe/
cretarios:quod ſine alicuius inuidia dictum exiſtimari uelim:antecedis multis uerbis ſignifica
ui. Poſtremo quadraginta annis:quos & Ioanni & Ferdinando regibus libentiſſime diligentiſ/
ſimeq; ſeruiens in maximis rebus & ampliſſimis negociis impendiſti:Quot labores quot one
ra ſemper nec ſine periculis quidem propter inuidiam multorum ſuſtinueris commemoraui:
& praeſertim uiuente Lupo Ximeno dorrea Siciliae pro Rege. Qui uir prudentiſſimus & re/
giæ dignitatis amantiſſimus poſtea quam tuam eximiam uirtutem tuam diligentiam ſingula/
rem tuam maximam fidem cum in aliis rebus tum uero in regiis negociis perſpexit:tibi uni:
cui prae caeteris maxime confidebat:res magnas & præcipua quæq; negocia atq; regias omnes
cauſas & honores comittebat. Expoſui præterea quot annos Panhormi apud te olim uel hono
rificentiſſime degiſſem. His adiunxi tuos in me & plurimos honores & maxima beneficia. Ad
didi quoq; te unum mihi omnibus in rebus & magnũ ſemper adiutorẽ & doctrinae dignitatis
ac ſtudiorũ meorũ auctorem præcipuũ fuiſſe. Ideoq; me uni tibi nõ ſolũ oĩa mea ſtudia oẽs la
bores uerũetiã incredibilẽ quendã amorẽ & perpetuã obſeruantiã merito debere teſtatus ſum:
& dies ac noctes me nihil diligẽtius cogitare nihil ardẽtius cupe nihil uehemẽtiꝰ laborare:ꝗ ali

Universidad de Deusto Biblioteca



quid efficere poſſem: quo me uel hominem gratum uel bonum uirum uel tuorum beneficiorum memorem poſſes agnoſcere. Quod ſi non ita facerem & tu me uel ignobilem uel ingratũ uel tui penitus oblitum exiſtimare iure poſſes: & ipſe quoqꝫ me quouis ſupplicio dignum putarem. His deniqꝫ cauſis & rationibus expoſitis de officio tuo: quemadmodũ ad me ſcripſeras & qua fiducia tuas litteras oſtendi: & ampliſſimis honorificentiſſimiſqꝫ uerbis tanq̃ regi ſupplicaui: ut ſi quid uel honoris mei cauſa facturus eſſet: uel me ſuis beneficiis dignum putaret: cũ rege diligenter ageret: ut tibi regii nominis & honoris ſtudioſiſſimo atqꝫ de Sicilae regno ſemper optime merenti munus hoc & beneficium conferret. In quo non ſolum tibi quod iuſte ſancteqꝫ petebas iure perbenigneqꝫ concedere uideretur: ſed mihi quoqꝫ meorum omnium laborum & praeteriti tẽporis & futuri magna praemia perſoluere. Quod ſi: ut ſperabam: ſuſcipere ac perficere uellet: quoniam iam mihi eũ apud regẽ omnia poſſe cõpertũ quidẽ erat: affirmaui te pro tuae liberalitate naturæ omniqꝫ gratitudine: quibus uirtutibus omnes noſtri ſæculi mortales excellis: æque illi quidẽ ac regi ſatis cumulate facturum: & parẽ gratiã relaturũ meqꝫ ipſum: quem hoc tanto uel honore uel beneficio decoraſſet: imperpetuũ ſibi obnoxium feciſſet: plus ſemper eidẽ q̃ aut regi aut tibi: aut etiam mihi ipſi debiturũ. Si quidem nullũ aliud beneficium maius hoc: quod tuo nomine petebã: mihi conferre poſſet. Propterea quod tua liberalitas erga me ſingularis ſancteqꝫ humanitati coniuncta atqꝫ beneficiorum magnitudo me ſanctiſſime monere hortariqꝫ uidebantur: ut honorem tuũ & omnia quæ ad cõmodũ & dignitatẽ tuã pertinere animaduerterẽ: quæqꝫ tibi grata fore exiſtimarẽ: meis omnibus optatis anteponerẽ. Nolim tamen te mirari: ſi ego ipſe: qui regis hiſtoriographus ſum & eius patris inclyta geſta latinis litteris poſteritati cõmendo: de tuis negociis regi primus non ſupplicauerim. Quod ideo nõ feci: quoniã Rex ad ipſum quæſtorẽ me miſiſſet omnino: quod ſciens quæſtor iure quidẽ meã imprudentiã accuſare potuiſſet: & propterea fortaſſe minus in cauſa laboraſſet. Cum hæc igitur ei dixiſſem: ut ad rem redeamus: ille mihi per humane reſpondens: ea primũ quæ de tuis laudibus narrauerã: comprobauit. Quoniã quẽ mea uerba te apud ipſum declarauerant: eum iſtic olim apud Lupum ximenũ durreã Siciliæ præſidem ſe nouiſſe dicebat. Deinde me ita gratum: ita tui ſtudioſum ac memorẽ fuiſſe plurimũ laudauit. Ideoqꝫ quod tuo nomine tanto mentis affectu: tantoqꝫ animi deſiderio petiuerã: ſibi moleſtũ dixit minime fuiſſe: idqꝫ & mea & tua cauſa ſe libentiſſimo animo facturum mihi recepit cũ primũ ei filiũ tuũ: quẽ tibi in officio tuo & collegam & ſucceſſurum inſtituiſſes: ad huiuſmodi munus idoneum eſſe conſtaret. Hanc ſiquidem eſſe regis uoluntatem in omnibus & dandis & permutandis officiis ſe cognouiſſe mihi declarauit. Quam ob rem ad hanc rem conficiendam me cõmonuit aut cuiuſdam probati uiri teſtimonio opus eſſe: qui tuum filium nouiſſet: aut ut Ioannes Lanucius Siciliæ præfectus hac de re uel ad eum ipſum: uel ad Regem ſcriberet: Quod: ſi facere ipſe nõ poſſem: ſeſe curaturum breuiqꝫ facturum mihi pollicitus eſt. Cuius uerbis ualde quidem aquieui. Eſt enim ueriſſimus homo: & qui re faciſqꝫ multo melius omnia præſtare: q̃ uerbis promittere ſolet. Ei itaqꝫ lætus & tuo & meo nomine diligentiſſime gratias egi: ab eoqꝫ diſcedens continuo ad Calcenam fidiſſimum Regis & Reginæ ſecretorũ comitem profectus ſum: cuius amor in me tantus eſt: ut maior eſſe nullo modo poſſit: atqꝫ domeſtici eius omnes me mirifice diligunt & obſeruant: ſunt enim latinarum litterarum percupidi: & ſummi muſarum cultores: ideoqꝫ me præceptore ſaepius utuntur. Sed redeo ad Calcenam. Hunc rogare mihi neceſſe non fuit: nullum enim locum relinquere ſolet rogationibus meis. Quapropter ei ſolum quid egiſſem de re tua cum quæſtore ſignificaui: ut deſiderii & ſollicitudinis meæ non ignarus: cum res poſtularet & ei tẽpus idoneum uideretur: uel regi uel quæſtori aliquid diceret. Idem & multis aliis Hiſpaniæ magnatibus atqꝫ pontificibus: qui Regis aulam frequentant: & quibus me muſae laboreſqꝫ mei conciliauerant: multis precibus commendaui. Qui ſiue uirtute ſua: ſiue quod noſtra doctrina & lectionibus indigent: omnes quidem mihi ſuam operam & diligentiam & apud regem & aliis omnibus in rebus perbenigne polliciti fuere. Eccigiae res acta ſic eſt: in qua omnibus: qui me nouerant: multo diligentior uiſus ſum: q̃ ullis in rebus antea fuiſſem. Nihil enim praetermiſi: quod ad rem pertinere exiſtimauerim. Quippe qui multos quidem deprecatus ſum: aliis meos in



ipſos præteritos labores commemorando: aliis futuros pollicendo: nec ſine magna quidẽ multorum admiratione ſtudii: diligentiæ: pietatis & amoris erga te mei. Quia in re & ſi mihi ip̃e diſplicebam magnoqꝫ afficiebar dolore ſi rem adhuc tam cito q̃ optabam perficere non poteram: ſolabar hoc tamen: quod in tua cauſa multis iam ſatiſfeciſſe uidebar. Qui me non ſolum gratiſſimi & amantiſſimi hominis officium tibi præſtare dicebant: ſed ipſi quoqꝫ curam meã & ſollicitudinem miſerantes in tuo negocio mecũ ualde laborabant. Minuebat præterea mihi labores ac ſollicitudinẽ ſpes illa: quod ego fore minime dubitabam: quin uirtute quæſtoris & Calcenæ ſecretarii & aliorũ ac nr̃a diligẽtia res breui cõficeretur. Hac igitur ſpe Idibus Decẽbris ex Eccigia cum principibus diſcedentes Hiſpalim profecti ſumus. Hic dies paucos cõmorati: Nonis Februariis Corduba tranſeuntes & alia permulta Bethicæ prouinciæ oppida in Luſitaniã ingredimur: tandem pridie kalendas Maias Toletum uenimus. Quæ ciuitas eſt in Luſitaniæ prouinciæ fere medio amni Tago appoſita. Hic ludi & ſpectacula uarii generis: quæ Rex & regina propter aduentum Ioannæ filiæ & Philippi generi celebrabant: multis diebus omnibus negociis impedimẽto fuere. Interim mihi de tuo negocio cogitanti Franciſcum Patellam regis Architriclinum: quem magiſtrũ Portulanũ uocamus: ad Regem ueniſſe nunciatũ ẽ. Quod cum audiſſem mecum animo uoluens: id quidẽ quod erat: quaſi diuinare uiſus ſum: quod illi ad Regem uenturo negocii aliquid cõmendaſſes. Meminerã enim tibi olim magnã cũ illo familiaritatẽ & amicitiã fuiſſe: ideoqꝫ affectus magno gaudio ſine ulla cunctatione eum ſtatim adiui: qui ſalutatus a me honorifice ſatis me ſedere prope ſe iuſſit. Hic ubi de rebus & Hiſpanis & Siculis multa uerba mutuo contulimus: tandẽ mihi de ualitudine & ſalute tua ac ſi tuo nomine cum Rege quicq̃ eſſet acturus interrogatus: reſpondit: & te bene ualere: & ſibi negocium: de quo ad me ſcripſeras: plurimum cõmẽdaſſe. De qua re etiam ſe quæſtorẽ allocutũ fuiſſe dixit: ipſumqꝫ quæſtorem ſibi conficiendae rei ſpem non dubiã dediſſe. Obſecraui nomine tuo ac ſi me ſemper habere uellet obnoxiũ: ut nullo modo deſiſteret: quoniam ipſe rem tuã: ſi uellet: facile conficeret: & auctoritate ſua: & quia filios tuos: quorum mores & eruditionẽ nouerat: idoneos atqꝫ dignos eſſe: qui tibi ſuccederent in officio: & quæſtori & regi affirmare ac probare poſſet. Quod ille mihi libentiſſime recepit. Hoc ſermone habito ab eo diſceſſi. Poſtero autem die Rex præter meam atqꝫ omniũ opinionem ex Toleto: relicta Regina: Cæſarauguſtã Aragoniæ ciuitatem profectus eſt. Et Franciſcus patella cum eo: mihi aũt a Regina diſcedere non licuit: q̃ mihi paulo ante quaſdam orationes ex Hiſpano in latinum ſermonem traducere demãdarat. Quam ob rem & ſi Patellæ uel uirtuti uel auctoritati maxime confidebam: magnum tamen capiebam dolorẽ: me ſaltem illi monitorem in tua cauſa eſſe non poſſe. Dum huius rei cura me premeret: dumqꝫ de tuo nigocio quid eſſet ſcire deſiderabam: tandem duos poſt menſes Rege in Matritum oppidum ad Reginam reuerſo: cum ego quæſtorem & Calcenam ſalutatũ adiiſſem: ipſi negocium tuum: quod mihi tantæ curæ fuiſſet: iam Cæſarauguſtæ confectum fuiſſe dixerunt: proptereaqꝫ Franciſcus Patella Siculorum portuum præfectus de tuorum filiorum moribus & doctrina fidem magnam ac teſtimonium perhibuerat ſatis dignum. Quod audiẽs ſane gauiſus ſum ualde: atqꝫ cura hac: quæ me iam diu ſollicitum tenuerat: depoſita uelut optatam ſalutem adeptus tunc demum quieſcere cœpi. Hæc igitur mearum litterarum cunctationis cauſa fuere: nam in altero negocio: hoc eſt de ſacerdotio & beneficio pro Nicolao: uti ſupra dixi: fruſtra laborandum non putaui. Hac enim de re iam diu pro me multi uiri Hiſpaniæ nobiles Regi ſupplicauerant: quibus Rex reſpondit ſe futuram benificiorum uacationem nemini conceſſurum: quoniam hoc iure facere non poſſet: quod ſi cui forte antea non inſpecto iure cõceſſiſſet omnino ſe reuocaturum ſignificauit. Hoc itaqꝫ cum magnis & claris uiris meo nomine petentibus abnuiſſet: quid mihi reſponſurum fuiſſe putamus? ſi quod mihi ipſi tot pro me nobilibus uiris intercedentibus denegaſſet: id ego alterius nomine petiuiſſem? Nam & mihi nulla honeſte cauſa petendi: & illi maxima fuiſſet ratio negandi. In quo etiam me uel imprudentem uel fatuum non immerito iudicare potuiſſet. Quam ob rem ſi minus hoc effici potuit: te obſecro atqꝫ oro deinceps eas res eaqꝫ negocia mihi iubeas: quae tibi pro uiribus meis atqꝫ laboribus efficere poſſim. In his enim rebus: quas pro uiribus ſuſtinere ac praeſtare pro tua dignita

Universidad de Deusto Biblioteca



te potero: ſcio equidem te officium meum non deſideraturum. Nihil enim mihi dulcius eſt ho
nore tuo: nihil tua fœlicitate iucundius: nihil deniq; charius tua uita. Quapropter a te maiorem
immodum peto atq; contẽdo ualitudinem tuam ut cures: tibi indulgeas: ſenectuti conſulas: la
boribus paſcas: nam æmeritus quidem iam eſſe debes. Serua te queſo ſi me amas diligenter: ut
ſi quando in patriam rediero: quod maxime deſidero: tibi meam peregrinationem & res oẽs
Hiſpanas & hominum mores narrare queam. Meq; tecum ad illud uiridarium tuum ſuburba
num & a mœniſſimum conferre poſſim. Sed iam tempus eſt ut receptui canamus: ſcripſi enim
tibi epiſtolam fortaſſe longiorem: q̃ neceſſe erat: cuius rei cauſa fuit: quia dum ſcribebã tecum
eſſe tecũq; loqui mihi uidebar: ideoq; nõ inueniebam orationi finem: cum præſertim mihi cer
tiſſimum eſſet: te litteras meas: etiam ſi longiores eſſent: magna cum uoluptate ac ſine ullo faſti
dio lecturum. Vale & uxorem liberos domeſticos totamq; tuam familiam meo nomine ſaluta
& Petro aliato & Iuliano rigio & Antonio ceteriſq; fratribus eorum me plurimum commẽda
ex oppido Matrito nonis decembris. Anno a partu Virginis. M.ccccc.ii.

Lucius Marineus Siculus Vincentio pullaſtræ ſecretario regio. S.

SErius ad te ſcripſi: idq; mi Vincenti negare non auſim. Cuius tamen rei non negligen
tia non uoluntas quidem nr̃a: ſed ipſa potius: quam uitare nemo poteſt: neceſſitas cau
ſa fuit. Tris enim menſes oppreſſus aduerſa ualitudine morti magis q̃ uitæ ꝓximus
in lecto decubui: & hic menſis eſt iam quintus: ex quo laterum doloribus & infeſta continua
q; febre pene conſumptus ſum: qua & nunc utinã penitus liberatus eſſem. Atqui mihi medici
ſatis periti & medicæ artis doctores pollicentur me propediẽ in priſtinã ualitudinẽ rediturum.
Quod & ipſe mihi quoq; ſperare uideor: uel temporis temperamento: uel nr̃a diligentia. Quas
Thomæ meo fratri ad me dediſti litteras accepi: legiq; magna cũ uoluptate: erant enim elegan
tes ac teſtes & humanitatis & amoris erga me tui. Thomas autẽ magna cum admiratione tuae
uirtutis mihi quidem rettulit quanta eum liberalitate & humanitate proſecutus fueris. Cuius
honoris & beneficii me certe dũ uiuã præcipuũ habetis debitorem: atq; fortaſſe nõ ſemper ab
ſentẽ: audiuit quippe deus tuas & eorum præces: qui meis honoribus fauẽt & cõmodis: & in re
gis noſtri mentem ſpirauit. Habes: ut ſpero: mi ſuauiſſime Vincenti iã tota quod mente petiſti:
ãnuit enim deus omnipotens q̃ honeſtiſſimis tuis uotis. Nuper quippe Ferdinandus rex nr̃ chri
ſtianiſſimus diuina: ut reor: uoluntate monitus ſacerdotiũ mihi & Abbatiatũ q̃ benigniſſime
contulit: qui eſt: ut a nõnullis accepi: prope Meſſanam clariſſimã ciuitatẽ: ordinis ſancti Baſilii:
cuius regiæ præſentationis & collationis priuilegium ad illuſtrẽ Ioãnẽ Ianuciũ Siciliæ pro re
gẽ miſſum eſt cũ lr̃is regis cõmodo & dignitati nr̃æ perq̃ accomodatis. Quibus quæ rex iubeat
& in noſtrũ honorem loquatur uidere facile poteris: earũ enim exẽplum ad te miſi: poteris etiã
regis erga me uoluntatem ex priuilegio cognoſcere: quod non minus in honorem noſtrum:
q̃ cõmodum fieri iuſſit. Cæterum ego in habẽda ſacerdotii poſſeſſione et in cæteris rebus te mi
Vincenti cum aliis: quos uidebis: præcipuũ procuratorem elegi. Sed tibi rem tuam comendare
ſuperuacaneum duxi. Cõmonebis tamen Petrum comitem meum ex ſorore nepotem: quem
certe ſcio in huiuſmodi re ualde laboraturum. Ego autem ſi pacificam & expeditam ſacerdotii
poſſeſſionẽ nos habere cognouero: ad uos q̃primũ nauigabo. Vale & me patri tuo uiro clariſſi
mo ac de me optime merito me plurimum comẽdabis: Ex Tauro ciuitate pridie Idus Aprilis.
Anno. M.ccccc.iiii

Lucius Marineus Siculus Vincentio
pullaſtræ Secretario regio. S.

CVm in extremis Hiſpaniæ locis eſſem: ad me ſemp lr̃as dabas. Ex quo aũt Neapolim
uenimus: ubi ꝑ ãguſto freto diiuncti ſumus: neq; crebras qdẽ tuas: neq; raras lr̃as acce
pi. Quare mi Vincẽti nõ ſine timore tui iſtius diuturni ſilentii cauſam intelligere uehe



mẽter opto: cũ ꝑſertim nuper a patre tuo litterae: ſine tuis: mihi redditae fuerit. Quod ſi poſtea
q̃ ſecretarius regius es factus: multis magniſq; negociis impeditus ad me ſcribere minus potue
ris: excuſationem tuam libenter accipio. Teq; ad exercitationem tui muneris uehementer hor
tor. A prima igitur ætate officio tuo: quod magna exercitatione longoq; uſu indiget: diligẽter
incumbas: & omnibus in rebus agendis patrem tuũ uirum in re peritiſſimũ: & qui ſecretarios
omnes rerum experientia longe præſtat: conſulito. De meis rebus & a patre: cui plenius de om
nibus ſcripſi: & a puero noſtro Ioanne galindo: quem tibi plurimum comendo: oĩa cognoſces
Vale. Ex Neapoli nonis Februariis Anno. M.cccccvii.

Lucius Marineus Siculus Nicolao pullaſtræ. S

VIncentius nuper ad me longiorẽ epiſtolã ſcripſit: & ſuæ de Ioãnis Ianucii Siciliæ præfe
cti laudibus oꝛonis miſit exemplum. Quibus ẽ apud multos Hiſpaniæ nobiles nõ par
uã famã & laudẽ cõſecutus: oratione præſertim: qua & in conſpectu tanti principis &
corã plurimis eruditiſſimis nobiliſſimiſq; uiris admodũ adoleſcens perorauit. In epiſtola mihi
tuo nomine ſalutẽ plurimã dixit: teq; apud me diligẽter de tuo ſilẽtio purgauit: qm̃ legũ ſtudiis
impeditus ad me minus ipſe ſcripſeris. Ego autẽ & ſi tuã libenter excuſationẽ accepi: eam tñ lr̃is
tuis multo quidẽ libentius accepiſſem. Quare mi iucundiſſime Nicolae te maiorẽ immodũ ro
go atq; obſecro: ut poſthac ſiue ſtudiis fueris occupatus: ſiue tibi ſcribendi defuerit argumentũ:
hoc ſaltẽ ipm̃ ad me ſcribas: te aut nihil habere: quod ſcribas: aut ocio carere: uel illud: qđ multi
facere conſueuere: ſi uales bene eſt: ego quidẽ ualeo. Hoc enim dulcius eſſe nihil poterit. Quod
ſi forte tibi ſilẽdũ putas: quia cũ tu iã abhinc triẽniũ ad me ſcriſiſſes: nullas a me lr̃as accepiſti:
hactenus tibi facile quidẽ ueniã dabo: tametſi ego lr̃is tuis cumulate nec ſine magno fœnere re
ſpondi. Epiſtolam eni ad te perlongã miſi teſtẽ nõ leuẽ ſummi amoris erga te mei: quã tñ ad te
credo non eſſe perlatã: nõ mea quidẽ: ſed Tabellarii negligentia. Atqui nunc lr̃is iam meis pro
uocatus: iure quidẽ tã longũ rũpere ſilentiũ debes. Scribas igitur adoleſcens clariſſime: & ad Si
culũ tuũ ſcribas: qui unus in te amando nemini: ne tuo quidẽ patri concedit. Nõ ſinas præterea
te a Vincentio fratre uel diligentia uel humanitate ſuperari: q paternã uirtutẽ & elegantiſſimos
mores ad amuſſim ſecutus: multorũ quidẽ Hiſpanorũ animos in ſui admirationẽ cõuertit. Lit
teras etiã tui clariſſimi patris nõ iucundas mihi minus q̃ optatas accepi: ſummi plenas amoris
erga me & humanitatis admirabilis: adeo: ut ex omnibus eius beneficiis: quæ olim mihi mul
ta magnaq; contulit: nullũ quidẽ nec maius nec iucũdius exiſtimẽ: quã qđ tã familiariter & hu
mane nup ad me ſcripſit. Ex Vincentii lr̃is te legibus operã dare cognoui. Sed nõ tñ qbus: ſunt
eni legũ genera duo: alterũ ĩperatoriũ qđ ciuile: alterũ põtificiũ qđ canonicũ uocãt: cupio igit̃ ſci
re: cæſareis an põtificiis legibus incũbas: nã & ſi cũ leges dũtaxat dicimus: ciuile ius ſignificare ſo
lemus: quia tñ pr̃ tuus te ſacerdotẽ futurũ ad me ſcripſerat: lr̃æ eius me ãbiguũ fecerũt: cauſam
uero quare hoc ſcire uelim cũ ſciero ad te ſcribã. Vale.

Lucius Marineus Siculus Vincentio pullaſtræ ſecretario regio. S.

IDibus ſeptẽbris ex mõte ſerrato: quo paucis ante diebus ad ſoluẽdũ uota beatæ uirgini
Dei Genitrici ob recuperatã ualitudinẽ cõceſſerã: Barchinonẽ reuerſus lr̃as tuas accepi
qbus oꝛonis exẽplũ: quã apud Ioãnẽ Ianuciũ Siciliæ ꝓ regẽ de multis eius laudibus ĩ
magno uirorũ & nobiliũ & eruditorũ cõuẽtu Meſſanæ nuper habueras: erat inſertũ. Oĩa ſũmo
animi ſtudio magnaq; cũ uoluptate ꝑlegi. Nã & oꝛo tui excelẽtis ingenii ac doctrinæ ſingularis
& lr̃æ ſũmi erga me amoris magno mihi argumẽto & inditio fuere. Nõ minus eni eleganter q̃
uere tãtũ uirũ multas eius ingẽteſq; uirtutes & laudes egregias breui ſermone ꝑſtringẽs collau
daſti. Hanc ego orationem cum legiſſem magna lætitia affectus multis Hiſpaniæ nobilibus:
apud quos in aula regia de tuo & Nicolai tui fratris ingenio & doctrina multa praedicaueram:
ſtatim legendam miſi. Qui ea perlecta confeſtim ad me conuenerunt: & cum mihi perbenigne

Universidad de Deusto Biblioteca



magnas gratias egiſſent: ꝓpterea qđ ex orationis tuae lectiōe ſūmā uoluptatē fructūq; percepe-
rant: a me multis uerbis contenderunt: ut ſibi & orationis & epiſtolæ tuæ: quam ad me ſcripſe-
ras: copiam facerē: donec inde exempla conſcriberent. Quod ego illis libenter conceſſi: ſunt eñi
& nobiles: & diſcipuli nr̄i: & qui oīa ſcripta tua: quæ perferuntur ad me: uel quia digna ſunt: q̄
a doctiſſimo quoq; legi debeant: uel quia probantur a me: cui hac in re fidem habent: auidius
quidē legunt & diligentius ſibi ſeruant: q̄ ſi Ciceronis eſſent. Te præterea & Nicolaū: cuius etiā
epiſtolā: quā ad me miſeras legerunt: nō collaudant ſolū & magno amore proſequntur: ſed etiā
quodam cū ſtupore admirantur atq; incredibili uidendi deſiderio tenentur. Ex quo mi ſuauiſ-
ſime Vincenti tibi & Nicolao ſcire certe licet uel quam maxima ſit ſcientiæ uis: uel quā potenti
ſſima uirtus. Quæ quidē duo uel præſtantiſſima munera ac potius dona cœleſtia quiſquis uel
ſecutus uel adeptus fuerit: is mihi ſine dubio ſolus diues ſolus fœlix ſolus ſapiens ſolus deniq;
beatus uideri debet. His enim bonis: quæ nec gēmis nec auro: ſed ingenio potius paruoq; labo-
re parantur: ac parta non incendio non naufragio non fortunæ mutatione nobis eripi poſſunt:
nihil prorſus ne mortē quidem ipſam timemus: ſed hylares increpidi contenti ſecuri lætiq; ſem-
per uiuimus. His namq; uoluptates diuitias cupiditates terrenas opes cunctaq; mortalia uel co-
gnoſcimus uel aſpernamur. Quibus nō a brutis modo ſed a multis quoq; mortalibus differim⁹.
Hæc præterea duo nos cunctis hoībus ſummiſq; principibus cōciliant: hæc nos ab ipſa mortali-
tatis & obliuionis iniuria uendicant: hæc nos oculos ac mentes altius attollere docent hæc nos
ad celeſtem patriam & ſempiternam uitam atq; gloriam reducunt: hæc deniq; nos deo optimo
maximo coniungūt. Quare nunquam digne ſatis laudari uirtus & ſcientia poterit: quibus & fœ
liciter uiuitur: & ad ſummum bonū peruenitur. Sciētiæ igitur & uirtuti adoleſcens clariſſime
plurimum debes: quæ te uel abſentem & nunquam uiſum multis Hiſpanie nobilibus amiciſſi
mum fecere: qui nr̄a hac epiſtola tibi ſalutē plurimam mittūt. Quam obrem cum ſcientia uirtu
ti coniuncta res precioſiſſima ſit: cūq; ego patri tuo præſtantiſſimo uiro tantū debeam quantū
ſoluere uix poſſum: & tibi oēs honores atq; fœlicitates exoptē: te uehemēter hortarer: ut qua fœ
liciter ire uia cœpiſti pergeres: niſi ex tuis lr̄is animaduertiſſem: te iam in uirtute & ſcientia ſatis
creuiſſe: atq; in utraq; re uel paterno conſilio monitum uel tuo præſtāti adiutum ingenio plus
certe profeciſſe: q̄ ætati tuæ natura concedebat. Admouere igitur tibi calcaria ſponte currēti op-
portere non cenſeo: uideo enim te freno potius q̄ calcaribus indigere. Nulla itaq; utar hortatiōe
hoc tñ ſolum te ſcire uelim: uirtutem & doctrinam non ſolum omni tēpore magnos honores
hominibus & plurima munera conferre: uerumetiam ſenectuti: quod ego nuper intellexi: ſua-
uiſſimum cibum atq; baculum præſtare firmiſſimum: qui cadere ſenes non ſinit. Quod ſi mihi
iuueni ſcire licuiſſet: multo quidem ſtudioſius atq; diligentius bonis artibus & liberalibus diſci
plinis operam dediſſem. Quare & ſi nunc ignarus penitus non ſum: magno tamen afficior do-
lore: quia minus quam poteram profeciſſe mihi uideor: ſed hæc hactenus. Nunc litteris tuis bre
uiter reſpondebo: quibus: & ſi tumultuarie ſcripſiſti: ſatis tamen ornate & copioſe ad oēs partes
epiſtolæ meæ: quam ego ad patrē tuū uirū clariſſimū perlongam ſcripſeram: reſpondiſti: ac mi
hi tantum uel honoris uel laudis tribuiſti: quantū ego nec quæro nec mereor: ſed hoc tantum
aſcribo uirtuti & humanitati tuæ: ideoq; non inuitus accipio. Quod autem ſcribis Ioānē lanu-
ciū ſiciliæ, præſidem tibi propediem patris officiū collaturum gratulor certe tibi ut debeo: pluri
mum & mihi mirifice gaudeo: ſperoq; & opto ut officio iſto maiores in dies honores ac uirtutis
nomē & famā cōſequare. Quod tibi perfacile quidē erit: ſi ſpeculum paternae uirtutis ante ocu
los ſemper geſſeris. Pater enim tuus in eo nō tā cōmodi q̄ uirtutis & honoris rationē ſemper ha
buit: ideoq; plura maioraq; negocia ſolus agebat: quam cæteri omnes eius collegae. In patriam
uero mi humaniſſime Vincenti: ut hortaris: libentiſſime quidem redirem: nam tibi profecto cū
in amore tū & in hoc deſiderio reſpōdebo: uellem enim iam in patria cōquieſcere: ſi id mihi uel
honeſte uel cōmode facere liceret: ſed qd agā: ſi Rex nr̄: qui ſui patris geſta mihi latine ſcribēda
commiſit: ſi regina quoq; ſacerdotes: qui in regio palatio ſacris operantur: & nobilium liberos
me docere quottidie iubet: hic me potius uult eē q̄ alibi? Inuitis ne tātis principibus ac potius nu
minib⁹ diſcedā? Qui mihi ſtipēdia pſoluūt: q me diligūt: q mihi nō parua mūera & bñficia pol



licentur. Non equidem facere poſſum nec ſi poſſim debeo. Dabo tñ operā diligenter: quo ad
fieri poterit: ut aliquando cum honore regioq; cōſenſu utriuſq; noſtrum deſiderio ſatiſfaciam:
ac tibi patriq; tuo necnon & Nicolao: qui eodem deſiderio tenentur: morem geram. Nam hoc
te mi Vincenti ſcire uelim nihil te mihi charius eſſe: mirifice enim te diligo: non ſolū qđ amor
abs te plurimum: nam hoc eſt tibi commune cum multis: ſed quia tu digniſſimus es: ut ameris
ab omnibus: quia omnes adoleſcentes uirtute uincis & humanitate. Huc accedit quod ego te
naſcētem ſum primus oſculatus: uagituſq; tuos primus audiui: te inſuper baptiſmatis lauacro
chriſtiani nomen aſſumpturum ego quidem primus omnium Vincentium nominaui. Cunae
quoq;: quibus infans iacuiſti: noſtris manibus motæ impulſaeq; ſæpe fuere: cumq; iā āniculus
eſſes in ſinu meo pluries repſiſti. Atq; hæc quæ de te loquor Vincenti de Nicolao etiā fratre in-
telligi uolo. Hæc igitur ſunt quæ nunq̄ a noſtra memoria recedent: ſed in animo mihi potius
dum uiuam fixa ſemper manebūt. Hæc ſunt: quæ me quādoq; deo iuuante in patriā reducere
poterūt. O quā ſuaues ſermones: q̄ grata præteritorum recordatio: quibus tū pectora nr̄a pulſi-
bus: quibus animos gaudiis? quibus mentes exultationibus moueri ſentiemus? Cæterū dū hic
tantopere nobis dies optatus aduenerit hac ſpe: quā tibi dedi de reditu meo: & litteris mutuis
uota & deſideria nr̄a facilius mi Vincenti feremus. Reliquū eſt: ut Petrū cui comes cognomē-
to eſt: meū ex ſorore nepotē non tibi minus & Nicolao: q̄ patri tuo comendē: ea tñ comendati
one: qua nihil diligentius eſſe poteſt. Eſt enim mihi nepos iſte chariſſimus: non ſolum quia ſo
roris meæ filius ſit: ſed quia: ut a multis accepi: uirtutibus eſt q̄ maxime deditus: & me tanq̄ pa-
rentē alterū diligit & obſeruat. Ad hoc etiā accedit alia uel potētiſſima cauſa: qđ ille puer quin
quennis fere me quintū & uigeſſimū annū agentē primas cognoſcere litteras docuit. Quare ſi
quid in me uel nominis uel honoris eſt: ei quidē hoc, totū acceptū referre iure poſſum & debeo.
Atq; hoc ego nulla cū uerecūdia: ſed magna potius cū laude mea ſemper apud oēs prædicare ſo
leo. Vides ergo quātū nepoti meo debeo: debeo etiam eius matri q̄uis mortuæ: quæ in me nu
triēdo non ſororis: ſed matris officio functa eſt. Cupio itaq; uel potius exopto: ut me auunculū
ſui memorē quandoq; cognoſcat. Hactenus enim a me adiutus nihil eſt: uerum deinceps eum
ſpero officiū meū non deſideraturū. Sed te interea pro tua in me beniuolentia obſecro: ut eum
uel ſpe mea uel tuo præſidio tueare: ac me ſi opus fuerit aduerſus eū defende. De me nāq; que-
ſtum fuiſſe mihi nonnulli retulerūt: quia minus apud regē eius cauſa laborauerim. In quo me
apud illum certe purgarē: ſi quid mea culpa uel negligentia non eſſet aſſecutus. Scribo tñ ad eū
quid hactenus eius cauſa facere potui: & quid deinceps facturus ſum. De Gallorum fuga ex ob
ſidione arcis: quā Hiſpani Salſas uocant: & aliis rebus: quæ poſtea ſecutæ ſunt: cū comentariolū
confecero ad te mittam. Vale & totam domū meo nomine ſaluta. Ex Barchinonæ Idibus De-
cembris. M.cccccii

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER NONVS.

Vincentius pullaſtra Lucio marineo Siculo Salutem.

e Xpectanti mihi maximo deſiderio aliqđ ſcriptorū tuorū: quibus
animus meus ſilentii tui ſuſpitiōe ſollicitus metu liberaretur: red
ditæ tandē fuerūt facundiſſimae lr̄ae tuæ: quales a te uenire nō a
liter poterāt: oī elegātia: oī ſuauitate refertæ: cū uſura tñ mearū a
te lr̄arū: ut puta cū breues acceperis inornatas: longiſſimas & elegan
tiæ ornamēto decoratas reddidiſti. Quæ indicabāt lr̄as nr̄as fuiſſe
tibi nō ingratas: & laudatas a te etiā nobiliſſimos tuos diſcipulos
legiſſe libenter. Et tibi & nobilibus adoleſcentibus īmortales ago
gr̄as. Tibi qđ ingeniū tuū ſublimibus rebus inhærēs ad humilli
la quandoq; deflecti benigneq; laudare digneris: adoleſcentibus uero quod a te comendatas
cui: ut decet: maximā adhibent fidem: non dedignati ſunt lectitare. Functus es & præceptoris: &

Universidad de Deusto Biblioteca



amici ſingularis officio. De fratre autem meo Nicolao ſi ſcire cupis quid agat aut quibus ſe exerceat ſtudiis breuibus accipe. Cæſareo iuri inuigilat: feruentiq; incalet animo: an nobiſcū ſit q̃ tis? Non eſt inquam: biēnio enim in clariſſimis Cathinæ gymnaſiis cōmoratus: kalendas Maias Venetias traiecit: ut quod maximo mētis ardore iniciarat: laboribus uigiliiſq; perfireret. Reliquum eſt: ut deus cœptis annuat: & cordi eius leges inſpiret: ut ſibi nobiſq; omnibus honori: & tibi uoluptati ſit. Scio enim quanto gaudio res hæc tibi futura ſit cum iã diu nouerimus quo amore qua dilectione familiares tuos proſequaris: præcipue quos in te amando nemini: ne fratribus qdē tuis ceſſuros noſti. Dulciſſimas autē tuas litteras ad eum primo tabellario dabo: ac rupto eius ſilentio de quo in litteris mirũ immodum quereris: curabo: ut eius perlegas litteras: cum refectione tñ præteritæ taciturnitatis. Frater alter Petrus bene ſe habet: ſemper in tui contēplatione detinetur: ita: ut in imagine tua plurimum diei ac noctis uigilet: cōmunēq; meū hunc habet cogitatũ: iudicantes quandoq; q̃ fœlix: q̃ iucundus foret ille nuncius: ſi te: quod exoptos optinuiſſe hiſtinc ad nos ſoluturum nunciaretur. Nonne exultãdũ nobis foret? Imo & geſtiendum quoq;. Frater aũt tuus: quē antea nunquã uiderã: ut ad nos uenit incredibili nos oẽs affecit lætitia: in primis patrem: qui cum eo colloquēs te ipſum affari uidebatur: cui lares ac domeſtica omnia arbitrio eius expoſuit: & ſi quid ope: conſilio auxilio ſuo efficicere hic poſſet: ſuus dumtaxat explorare labor: patri expoſita capeſcere fas erat. Ille tñ nulla in re patrem experiri uoluit: quod admirationem nobis non paruam intulit. De nepote tuo: cui non parũ te debere ſcribis: quid queã polliceri: niſi nos oẽs: totãq; rē familiarem eius arbitrio eſſe paratã? Cōmentaria tua ac alia ſcripta perſpicere quanto deſiderio tenear: dicere lingua nequit. Cura ergo confecta ad nos mittere: & gaudeo: quod cōmune eſſe debet: nos nepriues. Concede praeterea nobis: ut aſſiduis inuicem litteris inter nos colloquamur: ut quod locorum interuallũ nobis aufert: ipſa reddat litterarum uiciſſitudo. Vale Siculorum decus: Ex Panhormo Kalendis Aprilis Anno. M.ccccc.iii.

Lucius Marineus Siculus Ioanni alagonio Cæſarauguſtani
Antiſtitis cubiculario & equiti ordinis ſancti Iacobi. S.

QVod ſcripta mea nullis inſtitutus grãmaticæ p̃ceptis intelligas uir clariſſime: nō meo q̃dem: ſed tuo potius aſcribi debet ingenio. Cuius magnis dotibus adiutus & ſola natura duce cuncta uides: eaq; cognoſcis & facile percipis omnia: quæ ne docti quidē plurimi ſentire queunt. Scribo fortaſſe: ut parũ doctus: ego clarius: q̃ ceteri: quos eruditio multa facit obſcuriores: ſed ab aliis tñ: q grãmaticã non dedicerũt: minus intelligor. Debes tu igitur naturæ magis: q̃ ceteri: quæ tibi nō ſolũ eximiã corporis pulchritudinē dedit: uerũetiã ſingularem ingenii præſtantiã conceſſit. Fuit enim tibi natura mater indulgentiſſima: aliis uero permultis parciſſima nouerca. Cæterum quod me facilius intelligas: q̃ alios: hæc huius rei cauſa eſt: quod me tanto magis amas: q̃ cæteros: quanto facilius intelligis q̃ alios. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni alagonio Cæſarauguſtani
antiſtitis cubiculario & equiti ordinis ſancti Iacobi. S.

QVoniã te his p̃ximis diebus non uiſerim mi iucundiſſime Ioãnes: nō poſſum p̃fecto nō timere: ne me uel negligentiæ uel ingratitudinis accuſes. Nã pro tuo in me amore magnaq; liberalitate nō imerito qdē ingratus uideri poſſim: niſi te quottidie uiſam uel potius ſingulis horis: quod ſi diebus proximis a me fuit intermiſſum: mirari non debebis. Non enim uoluntas: ſed negocia quedã cauſa fuere: quorũ poſtea tibi rationē corã exponam. Nũc aũt ualde te rogo: me ut cerciorem facias: nunquid Franciſci Petrachæ opus inueneris. In hoc eni meũ erga te animũ tibi ſignificare uehementer cupio. Siquidē Cæſarauguſtæ: cũ ab antiſtite nr̃o diſceſſeri: nemo ē: cui ſeruire magis optē: q̃ tibi. Ergo uale & Siculũ tuũ eē tibi p̃ſuade.

Lucius Marineus Siculus Ioãni quiueto ordinis minorũ prouinciali. S



SI doloris tui: quē nuper grauiter ægrotans indigne patiebaris chariſſime frater: a tuo corpore tantum recedere potuiſſet: quantũ meus ſpiritus ſentiebat: te quidem aut tota aut magna parte egritudinis tuæ leuatum ſentire facile potuiſſes: Nam acutiſſimo grauiſſimoq; renũ morbo quicquid mali tuum corpus affligebat: noſtræ mentis ſentiebat affectus. Quod ego & humanitatis officio grauius ferre mihi uidebat: & quia tanq̃ obſtetrix parturientis dolores experta: quantum lumborũ morbus carnes & ſenſus humanos torquere ſoleat non ignorabam. Siquidem poſteaq̃ in ætatē iam declinantem progreſſus ſum: & mihi paulatim deficere calorem uitalē ſentire cœpi: cũ aliis multis uariiſq; ſenectutis moleſtiis: tum etiam grauiſſimis renũ doloribus ualde fatigari ſoleo. Meorum igitur malorũ recordatione tuos dolores moleſtiſſime ferebã. Quod tibi corã ſignificare neq; uultu quidē: neq; uerbis audebam. Quippequi uerebar: ne tibi dolor: quo te leuare deſiderabam: meis afflictionibus augeretur. Non tamen ex tuis doloribus ego tantũ cœpi dolorem: quia te mihi non parũ profuturũ ſperabã: Sed quia tu ſalute & longiſſima uita digniſſimus eras. Non enim meis commodis te plurimũ diligo: ſed meritis & uirtutibus tuis. Na quod me digniſſimo patri noſtro Hiſpaniæ Cardinali comendare ſtatueras: hoc quidem non mea: ſed tua uirtute facturus eras. Cæterum quoniam ego te grauiſſimo morbo laborantem nihil humanis officiis iuuare poteram: pro tua ſalute: quod potui: preces & orationes licet indignas apud deũ quottidie fundebã: cui: te iam in priſtinã ualitudinē reſtituto: promiſſa cũ ſacrificiis uota perſoluã. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni Romano
Guadixienſis eccleſiæ cantori. Salutem.

QVo die Heliſabe regina inhumanis eſſe deſiit quantam & quã lamentabilem iacturã fecimus Romane chariſſime mihi quidem animo ſentire multo facilius eſt q̃ uerbis ullis explicare. Tunc enim omnis Hiſpaniæ uirtus interii: omnis honor ammiſſus ē & omne lumen extinctum. In quorum locum: quod infœlicius accidit: Omnis improbitas: omnis contemptus & pernicioſa caligo ſucceſſit. Nam pro pace bellum: pro humanitate ferocitas: & pro laborum ac uirtutum præmiis ſumma eſt deſperatio muneris. Siquidem bonis & eruditis omnibus beneficiorũ nulla relicta ſpes eſt. Sola enim rationem uirtutis & eruditionis habebat. Tunc igitur & illa uiuere: & nos eius ductu præſentiaq; deſtituti mori iam cœpimus. Quare non equidem illius fœlicitate: quæ cœleſtiũ choris intereſt & cũ fœliciſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtit: quæ præſentem dei faciē cernit & nullo metu mortis afficitur: quæ deniq; perpetuæ fœlicitatis munere gaudet: Sed noſtra miſera conditione: noſtris incommodis nobis dolendum eſt: qui ea luce iam orbati: quæ tanq̃ ſol noſtris fulgebat in oculis: nunc cæcis omnes uerſamur in tenebris. Cæterum ego i omnibus incommodis: quæ nobis ex morte Reginæ plurima & maxima acciderunt: nihil æque ac diiunctionem noſtram moleſte fero. Vix enim ferre poſſum deſideriũ iucundiſſimæ conſuetudinis tuæ. Quare niſi uel officii mei uel honoris rationem haberē: ad te crede mihi mi Romane q̃ primum aduolarē. Cuius optatiſſimo conſpectu ſapientiſſimoq; colloquio fruens: me quidem cunctis mortalibus fœliciorē putarem. Sed hoc honeſte facere uix poſſum. Ferdinandum quippe Regē deſtituere mihi nō licet: hoc præſertim tempore: quo ab eo multi turpiter defecerunt. Ego autem & quia ſum Siculus: & quia fidelis atq; conſtantis nomen mihi uendicare cupio: meum omnino Regem ſequar uel in Italiam proficiſcentem. Quod niſi facerem merito quidem unus de numero deſertorum uideri poſſim. Supereſt igitur: ut dum tanta loci intercapedine diſiuncti fuerimus: mutuis & amantiſſimis inter nos litteris q̃ ſæpiſſime colloquamur. Quod utriq; noſtrũ facillimũ eſt & iucōdiſſimum futurum. Vale. ex Cæſarauguſta nonis quintilibus Anno a Virginis partu. M.ccccc. Vi.

Lucius Marineus Siculus Anto
nio Portæ diſcipulo ſuo. S.

Universidad de Deusto Biblioteca



QVerimoniarias litteras tuas accepi:legiq; nō inuitus. Fuit enim mihi tua illa querela nō moleſta:quā ego non tā inimici animi q̃ me amantis fuiſſe cognoui. Nā quod & meū ſilentiū accuſas & litteras requiris ex hoc mihi quidē non paruā memoriæ amoris erga me tui coniecturā capere licuit. Ideoq; & querimoniā & accuſationē tuā æquo animo tuli. Illud autem mihi non parū moleſtū fuit:quod a me nō amari te:ſed diligi auſus es dicere. Quod te deinceps nō ſolū non ſcribere ad me:ſed ne opinari quidē uelim. Eſt enim meus in te amor maximus:& cui nihil addi poteſt. Quod autē hactenus ad te non ſcripſerim:nō debes tantopere mirari:iſtuc enim iturū cui litteras ad te tuto dare potuiſſem adhuc inueneram neminē:præter Archidiaconū Segouiēſem:qui cū in regio ſacello me amplexus fuiſſet:eodē die præter opinionē meā diſceſſit. Sed hoc hactenus. Ego mi Antoni ſuauiſſime nunc dei benignitate bene ualeo:teq; ſemper bene ualere maxime cupio:flāma enim illa ſanguinis:quæ meos oculos inuaſerat:de qua tibi ſcripſerā:adhibito Balſamo:quod ad me perhumane miſiſti:triduo cū omni dolore depulſa eſt. Quare debes tu deinceps in huiuſmodi Balſamo conficiēdo maximā curā & diligentiā adhibere. Eſt enim res mirabilis præcioſa & ineſtimabilis. Etenim quod mihi poſt oculorū meorū curationem ſuperfuit:cuiuſdā cicatricem in facie ſanauimus. Quod chirurgi & medici oēs cū uidiſſent ſatis mirari nō poterant:& mihi nō paruū ſoluiſſent preciū:ſi eos huius conficiendæ rei rationē & modū docere uoluiſſem:quod a me hactenus nemo eſt aſſecutus. Hoc ideo ad te ſcripſi quia te & mihi gratulaturū:& tibi ipſi non parū gauiſurū putaui. Superioribus diebus cū calcena regis ſecretario diligenter egi:ut ad propræſulē iſtū Segouienſem ſcriberet:teq; illi per litteras maiorēimmodū cōmendaret. Quod cū mihi libentiſſime recepiſſet:poſtero die miſit ad me litteras:quas petierā:ut eas uel ad te uel ad ip̄m præſulē mittendas curarē. Eas igitur ad te mitto:quas cū legeris aut ad eū mittito:ſi tibi profuturas putabis:aut facito quod uoles. Mitto præterea tibi quod iſtic defero ſcripſerā cum alio opuſculo:quod nuper de parcis de fatis & fortuna ſcripſi. Quæ propterea non impreſſoribus dedi:quia nondum eis ultimam manū propter multas occupationes impoſui. Leges etiā duas epiſtolas:quas ad uirū:quē titulus oſtendet: Sed fama quidem magis quam re doctum miſi. Quibus ille neſcio metu ne an arrogantia nihil adhuc reſpōdit. Alias ep̄ſas & uerſiculos:quos ī laudē & honorē triū uirginū Agathæ Luciæ & Apolloniæ ſcripſi:poſtea ad te mittā. De regis diſceſſu certi nihil habemus:neq; quo neq; quando:ſi quid deinceps intellexero faciam te certiorem. Vale.

Lucius. M.S. Ioāni Metellinati diſcipulo ſuo. S.

REdditæ mihi fuere litteræ tuæ:quas ſumma cū uoluptate perlegi. Erāt enī teſtes obſeruātiæ & amoris erga me tui. De quo & ſi nunq̃ dubitarā:periucūdū tñ mihi fuit ex tuis litteris intelligere:cū præſertim nōnulli poſt tuū diſceſſum te a Siculo alienatum nō ſolū corpore ſed etiā animo ſuſpicarent̄. Quare te etiā atq; etiā rogo ſæpius ad me ſcribas. Quod iſtic multorū nobiliū familiaritatē & beniuolētiā breui ſis aſſecutus tibi certe gratulor & mihi gaudeo:Ideoq; abſentiā tuā æquiori animo fero. Quod autē & ingenii & corporis uires exerces ꝓfecto laudo ac ꝓbo:qūquidē fœlix ſatis & elegās utrūq; tibi natura cōceſſit. Atqui nō te latere debet homines nr̄æ profeſſionis hoc ē philoſophiæ ſtudioſos plus ingenii uiribus oportere uti q̃ corporis. Defatigatio enī corporis hebetare quoq; ſolet ingeniū. Cæterū te monere quid tibi cōueniat ſupuacaneū exiſtimo. Noui enī quāta uirtute quanta prudētia polleas. Ioannē Lunā Sclafani comitē nōdū adiui:ſed eū quāprimū tua cauſa cōueniā:cui & epiſtolam tuā legā:& quāto eū amore ꝓſequ[illegible] quāta obſeruātia colis & uenereris quantiſq; laudibus extollas ex tuis lr̄is intelliget. Iacobū Riberā Mariæ Methymnæ comunis patronæ nr̄æ filiū & æquites oēs iſtos:qui te:ut ſcribis:ualde diligūt:meo noīe ſalutato. Hic ſi forte qd agat̄ ſcire uelis:Ludi quottidie fere celebrāt̄ et ſpectacula uarii generis exhibent̄:armorū præcipue certamina equitū hinc inde concurrentiū. Verū hæc omnia ita & ego tibi refero:ut & mihi narrantur ab aliis:non enī earū rerū expectator eſſe poſſum:quas non ſolum non uidere:Sed ne audire quidem ſoleo libenter. Vale. ex Toleto idibus Iuniis.



Lucius Marineus Siculus Franciſco
Pignaloſæ cantori regio. Salutem.

IN regii palacii ſacello cum eſſemus nuper Pignaloſa muſicorum princeps:a me petiſti familiariter ut angelicæ ſalutationis ad Virginē deiparam binis dictionibus binas alias uel plures partes adiungerem. Quas in uirginis ipſius:cui maxime deditus es:laudes & honorem:ſicut omnia ſoles:deuotiſſime concineres. Quod ego & ſi tibi coram non recepi:negare tamen minus auſus ſum:nam & tua petitio ſatis honeſta mihi uiſa eſt:& res ipſa non ſancta minus quæ petebatur. Quam ſi tibi:cuius uirtutibus & meritis omnia debeo:denegaſſem:neq; profecto Mariæ uirginis laudibus & gloriæ:quam rebus omnibus antepono:deditus eſſe:neq; tibi in amore reſpondere non immerito uideri potuiſſem. Quo quidem utroq; nihil a me alienum magis eſſe mihi ipſe perſuaſi. Nam & patronæ noſtræ dei genitricis ſacris honoribus q̃ maxime ſtudeo:& te ipſum nō dicam maiori:q̃ tu me:ſed certe pari ſemper amore dilexi. Ex quo quanto Siculo ſis amore coniunctus ex te ipſo iudicare facile poteris. Eſt enī tuus erga me amor magnus uerus & conſtans. Quem ego ſane quotiens te conuenio quocunq; loco quocunq; tempore non ſolum ex uerbis tuis facile colligo: Verumetiā ex uultu:ſicut aiunt:ex oculis & fronte q̃ clariſſime cognoſco. Quapropter cum uterq; noſtrum mutuo ſemper amore pariq; teneatur:& ſi duobus corporibus:una tamen nos anima uiuere facile credo. Cum itaq; nobis idem ſit amor:eadem ſit etiam uoluntas neceſſe eſt:ut ueræ ſanctæq; ius amicitiæ nos coniunxiſſe uideatur:quod ueris & magnis amicis idem uelle & idem nolle ſanctiſſime præcipit. Mitto igitur tibi uirginis ſalutationem cum additionibus & uerſiculis:non tamen æqualibus numeris & certis dimenſionibus compoſitis:ſed omnibus deuotis animis & in beatam uirginem tuis acommodatis affectibus. Qui ſi tuo uel excellenti ingenio uel acerrimo iudicio digni non uidebuntur:meus tamen animus tibi quam dedititiſſimus etiam te iudicante ueniam promerebitur. Qui cum primum quod petebas & tuæ mentis uotum intellexi:ualde timens:ne tuæ uoluntati:cui morem gerere ſemper optaram:nunc labores & obſequium denegaſſe uiderer:tua quidem iuſſa q̃ celerrime confeci. Ego uero quoniam in Virginis Mariæ laudibus idem peregi:quod te uelle mihi ſemel ſignificaueras tibi & amicitiæ legibus ſatiſfeci. Vale.

Aue maria:ſpes unica mortalium.
Gratia plena:cœleſti ſancti ſpiritus.
Dominus tecum:miſſus in mundum deſuper.
Benedicta tu:quæ nobis deum concilias.
In mulieribus:quarum fuiſti ſpeculum.
Et benedictus fructus:ſolus incomparabilis.
Ventris tui:capacis tanti muneris.
Ieſus:omnipotentis genitus.
Sancta maria:mater eius & filia.
Ora pro nobis:uirgo patrem & filium.
Peccatoribus:indignis ſed in te ſperantibus:
O clemens ad te confugimus
Reis patro nam quam cognouimus:
Oſtende nobis filium
Fontem miſericordiæ
Quem ſiciētes quaerimus.

Franciſcus Pignaloſa Siculo ſuo
Salutem plurimam dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



QVa iſta humanitate mi Luci facis:ut merito te omnes ament colant laudent & admi
rentur:ne dum ego:qui te ſi non ſemper uenerer ingratus ſim. Verũ ſi re tibi non ita
reſpondeo:animo certe ſatiſfacio:quod quia tibi ſatis eſt perſpectũ: ſuperuacaneum
erit uel hic ſignificare. Hoc unũ dixero uere debere me tibi plura q̃ poſſim perſoluere uel an
gelica uoce. Quã abs te petieram additionem:ea uiſa eſt ſalutatione ipſa ſuauior. Ita ut ad no
ſtram compoſitionem nihil potuerit addi aptius nihil dulcius:eoq; magis quod duplex eſt
ſalutatio & altera Siculi. Ita enim cadit:ut quod ſentio iam dicã:ut concentui uel quincuplici
æqua ſit:& audientiũ aures uel ſurdas alliciat:habeo tibi [redacted] multas gratias mi Sicule plurimasq;
uirgini Mariæ cuius eſt ſalutatio:ago & infinitas & eius filio:qui te tã multiplici ingenio dona
uit. Vale probitatis exẽplũ.

Lucius Marineus Siculus Federico Manuello
Vicario Bizinati ſuo præceptori neceſſarioq;. S.

NObilis præceptor ſalue:redditæ mihi fuere litteræ tuæ:quibus ingenti lætitia ſum
affectus:Iã diu enĩ pro neceſſitudine noſtra atq; doctrina:quã olim abs te præcipue ſu
ſcepi:de tua uita de ſalute de dignitate ſcire uehementer optabã. Nunc itaq; cũ ſciam
te uiuere ac ualere & diuitiis atq; honoribus abundare incredibili quidẽ gaudio ſum elatus.
Quod autẽ mihi Thomã fratrẽ meũ tantopere cõmendas admoues certe mihi calcaria ſponte
currenti. Ille enim apud me nullorũ ne propinquorũ quidẽ commendationibus indigebit.
Quem mihi ſatis profecto ſolus commendat Fraternus amor ipſaq; natura:non tamen tuam
cõmendationẽ improbamus. Tu enĩ boni uiri uereq; propinqui ac neceſſarii munere functus
es. Cæterũ ego ſi pares animo facultates habuiſſem:frater crede mihi admodũ diues in patriã
remeaſſet. Sed cũ ſemper contemplatiuã magis uitã:q̃ actiuã ſim ſecutus:diſciplinis & littera
rũ ſtudiis maxime delectatus diuitias quidẽ & opes omnes:quibus omnes fere mortales inhæ
rent:penitus contempſi. Atqui ne frater ad me fruſtra tam longũ mare nec ſine periculis in ſe
nectute nauigaſſe uideret:a me quidẽ quoad fieri potuit adiutus eſt. Illi enim:præter uiaticũ:
aliquid dedimus:licet exiguum & i mpoſterum non nihil polliciti ſumus:quo ſenectutẽ ſuã
fouere poſſit. Præſertim ſi tu eum & conſilus tuis:quibus abundas:& opera:quam tuis præſta
re ſoles adiuuabis. Quod te facturum minime dubito. Ille enim non conſilio minus amicorũ
q̃ auxilio eget. Vides namq; q̃ innocens q̃ manſuetus q̃ credulus q̃ deniq; bonus ſit:qui hu
iuſmodi ſunt facile quidem a uerſutis a doloſis a callidis hominibus decipiuntur. Quicquid
igitur facturus ſit te etiam atq; etiam rogo ne ſinas eum falli. Nã ille ſine tua auctoritate & pru
dentia ſingulari nihil faciet:ſic enim a me monitus diſceſſit. Sed de fratre iam ſatis. Reſponde
bo tibi nunc ad ea:quæ de iudicatura & cæteris officiis pro filiis tuis a Regina noſtra chriſtia-
niſſima petendis ad me diligẽtiſſime ſcripſiſti. Cũ igitur tuas litteras legiſſem omnia tua iuſſa
adimplere percupiens omnes amicos ac dominos:quibus operam meam & obſequiũ ſtudio-
ſiſſime præſtiterã:ſtatim conueni & quãtũ potui depræcatus ſum:ut me ĩ rebus & honeſtis &
maxime neceſſariis agẽdis apud Reginã adiuuarẽt. Qui profecto tũ nobilitate ſua:tũ honoris
mei gr̃a cõmoti mihi receperũt ſeſe oĩa libentiſſime facturos:& habẽdorũ officiorũ ſpẽ uel cer
tiſſimã dedere. Cæterũ dũ ad eũdi reginã tẽpus captabamus opportunũ:neſcio quo fato:repẽ
te nobis de principis obitu renũciatũ eſt:cuius quidẽ morte nõ noſtra ſolũ negocia:ſed aliorũ
oĩum & regis ipſius & reginæ impedita & reiecta fuere. Tantus principes nr̃os xp̃ianiſſimos ac
regiã aulã totãq; curiã mœror inuaſit:ut hactenus nemo reginã uel adire uel alloqui potuerit.
Magno enĩ dolore rex & regina p̃muntur:& nõ immerito:qui intra tã breue tẽporis ſpaciũ tres
principes clariſſimos & legitimos hæredes amiſerũt. Cũ igit̃ hic caſus uotis nr̃is impedimento
fuerit incõmoda noſtra æquo animo feramus neceſſe eſt. Sapiẽtis ẽ enĩ cedere fortunæ ac ne
ceſſitati parere. Cæterũ tibi de officiis ſpes non deeſt:ſedato enĩ ac reſtincto reginæ dolore tãti
uulneris:cũ primũ ad eã mihi patebit acceſſus nõ equidẽ deſiſtã donec quod optas perficiam
tuæq; uoluntati ſatiſfaciam. Tu itaq; animo hylari eſto & ſpem habe:dabuntur:ut ſpero:no-



bis officia: quæ non iniuſte mihi petuntur:& conceſſa ſtatim ad te per amicos tranferenda cu
rabo. Scripſiſti præterea mihi quod regiæ capellæ titulis inſignit⁹ ab epiſcopi noſtri iure ac fo
ro liber eſſe uelles. Qua in re:ut tibi ſicut debeo:morẽ gererem confeſtim & capellæ priuilegia
& inſtituta diligenter inſpexi:& ſuper hac re nonnullos conſului. Tandem compertum eſt ne
minem capllanũ abſentem fieri poſſe:neq; capellæ iuribus & commodis uti:niſi prius capellæ
cærimoniis & rebus diuinis ac cæteris officiis ſex mẽſibus inſeruiuerit. Qui in capellanũ eligi
tur tempore quo capellanorum numero ac collegio aggregatur ſolutis ducatis aureis octo ſe
& regiam maieſtatem ubiq; defenſurum & capellæ inſtitutiones obſeruaturum maiori capel
lano affirmare eum oportet iureiurando. Tu ergo ſi huius tantopere dignitatis titulos & no-
men affectas:nauim conſcẽde:non enim dubito quin te ſiue Rex ſiue Regina cum de tuo uel
genere:uel doctrina:uel moribus ac uita certior fiet libenter admittat. Sed credo te non ignora
re q̃ durum q̃ ſit horrendum conſcendere nauem:iis præſertim:qui nauigandi artem non no
uerunt & maris pericula pertimeſcunt. Quod ſi te forte latet:eos conſule: qui tibi noſtras litte
ras attulerunt. Quod autẽ filiis bona legare cupias laudo ſane ſententiã tuã proboq; paternã
pietatẽ. Quod tamen ut facilius facere poſſis te ipſum & iuriſperitos conſulito:mihi autẽ curã
dũ primum uidetur:quo legitimi fiant:quibus tu relinquere poteris & res tuas patrimoniales
& quæcunq; bona tibi laboribus tuis parta ſunt. De cæteris autẽ rebus:ſi quas tibi præſtitit ec-
cleſiæ reditus:conſcientiã tuã ipſe conſules. Animam enim tuã niſi filiis anteponas non ſapien
ter ages:ignoſce mihi obſecro:ſi forte apud te:qui cæteros & monere exẽplis & conſiliis adiu-
uare conſueſti:ſapiens uideri uolo. Scio enim q̃ ſit liberorũ potentiſſimus amor:ſed non uere-
or quin apud te non tã ſit filiorũ charitas:q̃ ipſa uirtus atq; ratio ualitura. Ego igitur:cũ ſic lo-
quar:apud te non equidem facio:ut meam prudentiam oſtentem:ſed ut tibi meam erga te be
niuolentiam atq; perpetuam obſeruantiam aperiam:ſed iam redeo ad filios:quos ſi uoles re-
gis auctoritate & priuilegio legitimos facere potes:plures enim quottidie regia in capella legi-
timationis titulis & honoribus donantur a rege:iura autem pro tanto priuilegio tantoq; deco
re per exigua ſoluuntur:quattuor enim quiſq; comunibus aureis id eſt ducatis tantum hono-
rem conſequitur. Tu itaq; ſi legitimos habere liberos optas ad regem tuorum filiorum aliquẽ
mittito:uel ſi hoc tibi aut laborioſum aut difficile uidetur:ad me ſcribas:& quæ tua fuerit uo
luntas facito me certiorem. Nam & abſentes legitimi fieri poſſunt. De his hactenus. De me ue
ro quæcunq; ſcribenda erant Thomæ fratri mandaui:ut tibi omnia referret: a me tamen qui
bus nunc rebus tempus & labores impendam ſcire te uelim. Seruio reginæ & in capella capel
lanis erudiendis:non tamẽ ſacris initiatus ſum:non enim hoc onus ſubire audeo:priuſq̃ eccle
ſiæ reditus adipiſcar:ut cum ex dei patrimonio mihi uiuẽdum fuerit deo ſoli ſeruire poſſim.
Rex quoq; mihi ſui patris uitam & res geſtas latinis ſcribendas litteris demandauit:ne excellẽ
tiſſimi principis memoria ſingularis & nomen ingens hiſpano ac barbaro male celebrata ſer
mone caderent in obliuionem. Quid inquis commodi pro tantis laboribus capis? Victum &
quidẽ ſatis tenuem:ſpes tamẽ habendi maiora me fouet:ſed hæc quamuis properet ſatis tamẽ
mihi ſero ueniet: quam conditionem & ſi expecto:non tamẽ exopto. Sum enim paruo con-
tentus:quo quidem multo melius uiuitur. Magnas igitur diuitias & opes immenſas aliis relin
quo:qui ſicut epicuri ſummum bonum in uoluptatibus eſſe falſo putauerunt: ego uero & ſi
ſtoicus omnino non ſum:ſtoicorum tamẽ uitam libentius ſequor q̃ aliorum. Sed epiſtolæ iam
finem facio. Mitto tibi quoſdam libellos:quos de Hiſpaniæ laudibus ſcripſeram: erunt enim
apud te laborum meorũ teſtes:ne mihi deſidiæ crimen poſſis obiicere. Siciliæ dices laudes ſcri
pſiſſe te mallem at me res hiſpanas celebraſſe non pœnitebit:tibiq; me Siculas laudes ſcriptu
rum polliceor:niſi uel caſus aliquis uel uitæ finis meas cogitationes fefellerit. Vale & meo no
mine primũ tuos liberos:deĩde noſtros amicos poſtremo ſi fieri poſſit:Bizinates oẽs plurimũ
ſalutabis: ex Granata ſeptimo calendas Septẽbris. Anno. N. ccccc.

Marianus Acardus Lucio Narineo
Siculo. Salutem plurimã Dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



MOrũ:quæ regem decent nihil reliquum fecit eruditiſſime uir Ferdinandus rex optimus prudentiſſimus fauſtiſſimus. Qui poſtquam ſtrenui principis munera obiit omniaqꝫ ad excellentem principem pertinẽt ſapientiſſimo nutu ſanxit rexit gubernauit:ob quod uiuentis laudi ſatis conſultum liquet æternitatem aſſequi ſtatuit:Sibi enim perſuaſerat geſta regum quantuncunqꝫ præclara obliuionis tenebris inuolui ni litterarum monumentis mandentur. Perſpicacis conſilii ergo luci Marineu Sicule inter eruditiſſimos optime optimoſqꝫ eruditiſſime te elegit ac accerſiuit & fouit ne eius tam memorãda facinora ſæculis obliuiſcentibus edax tempus oblitteraret atqꝫ corroderet. Tu uero cui id ſcriptionis genus eſt peculiare poſtq̃ ab atauis exorſus regiũ genus ab interitu uendicaſti:Ioannẽ Aragoneũ huius Ferdinandi parentem regem quidem præclariſſimum eleganti docta ueraqꝫ hiſtoria præclariorem reddidiſti:tibi duxeras patris immortalitate te non modo filium præſtãtiſſimũ demereri:Sed etiam o ingenium pene diuinũ noſtri regis uitam illuſtriorem facere:nã collatis geſtis cũ Ferdinandus inuictus rex parentem nunq̃ ſatis laudatum lõgo interuallo uirtute rebuſqꝫ optime geſtis præſtantiſſimus fuerit cognitus unicũ Sydus & iubar primum inter reges deo hominibuſqꝫ probantibus locum erit adeptus. Cæterum tu qui tanti regis uitam ab iniuria obliuionis aſſeris uiues dũ uiuet immortalitas:quæ nunquam moritur:doctoqꝫ calamo tuo efficies ut ſit rex iſte perennis ſed tecum. Vale.

Lucius Marineus Siculus Mariano
Acardo. Salutem plurimã Dicit.

QVod Ferdinandi regis fœlicitatem & res inclyte geſtas impenſe cumulteqꝫ laudas Mariane uir ingenio & doctrina clariſſime profecto minime miramur. Eſt enim Ferdinãdus princeps nr̃ oĩ genere laudis & ĩmortalitate digniſſim⁹. Quippe qui diuina ſemp humanis ãnpõnẽs ita uixit ſemp ut rerũ geſtarũ magnitudine principes oẽs & uitæ ĩtegritate morũqꝫ præſtãtia religioſos etiã cũctos lõge ſuperauerit. Eas uero laudes quas in me cõfers ex humanitate tua magis & amore nimio:quo me proſequeris:quã ex iudicio profectas exiſtimo:quibus ego propterea me indignum iudico:quia regis Ferdinandi res magnas & memorabiles factaqꝫ præclara dictis æquare nequaquã poſſum. Nam:ut uere quod ſentio dicam:rex Ferdinandus multo fœlicior eſſet ſi rebus quas admirabibes geſſit geritqꝫ quottidie ſcriptores pares haberet. Cæterum periucunda mihi fuit epiſtola tua Mariane cariſſime:in qua & ſi tuã de me prædicationem non agnoſco magnum tamen & uerum amorem libenter amplector & plurimi facio:in quo tibi ſemper & ubiqꝫ:Sic enĩ tua uirtus & ĩpa ratio poſtulat:reſpõdebo propterea quod eũ eſſe te ex litteris tuis intellexi:quẽ multi uiri nobiles atqꝫ docti mihi prædicauerant uirtute ſcilicet & eruditione magnũ. Vale & Siculũ mutuo dilige.

Alfonſus Segura Gaſpari Barra
chino. Salutem plurimam Dicit.

QVod a me tibi rarius quã debeant litteræ reddant peto rogo etiam te oro mi Gaſpar humaniſſime non tam id negligentiæ meæ aut ingratitudini tribuas:ꝙ per deũ minime uellem putares:q̃ impedientibus iuriſconſultis & domeſticis negociis:quæ poſt illos auditos uix mihi ſuſpirare concedunt. Quamq̃ & ſi ſumma tñ nulla eſſe debuit:ꝙ ultro cõfiteor:tãta occupatio:quæ meũ amorẽ & officiũ diuturno ſilentio interrũperet:præſertim erga te:cui teſte conſciẽtia quod habeo quod hodie ſum id totum debeo. Pereã & iterũ pereã anteq̃ hæc tibi gratitudo:qđ huius tẽporis eſt:ambitioſa fucoſaqꝫ uideat̃. Etenĩ:ita me amare nõ deſinas:ſana ac integra eſt:& nõ maculoſa:poſtremo talis qualẽ tua ĩ me merita:ſi eſſem ingratus expoſtularẽt. Cognoſces hoc cũ iubeas:iubebis autẽ cũ uoles:ecce ego ſemper tuus:deficiã me dũ tibi ubi ais ſemper adſim. Excuſaui me:ut opinor:honeſte & animũ oſtẽdi tibi ſatis aperte. Nũc pergã ad cætera. Poſt meũ aduẽtũ ĩ hãc ciuitatẽ cũ añ tuã ĩ ulteriorẽ hiſpaniã



profectionẽ ſæpe quærẽs e nr̃o Frãciſco:quẽ & eius comitate & tua cauſa habeo cõiũctiſſimũ:te recte eſſe ſemper cognoui:deinde ex Hiſpania cõmode rediiſſe idẽ quærẽti mihi nũciauit:ſum delectatus tã ualde quã debui iocũdiſſimo nũcio:propterea ꝙ ſcire de te iã maxime cupiebã:& quia exiſtimaui litteras meas aliquãtulũ iocũditatis tibi allaturas:quia q̃ tua humanitas eſt & mira cõſtãtia amorem in me nihil minueris uolui eas ad te dare:quæ tibi Segurã in memoriã reducerẽt & ſemper bene ualere:in iure uero nõnihil fortaſſe proficere nũciarent. De iure ciuili ſcio a me petes quid ſentiã:iccirco meã ſentẽtiã breuiter exponam. Eſt in iure ciuili æquitas ſanctiſſima:quã ſi noſtro tẽpore iuriſperiti non inuerterẽt:non ad inferos:ut uulgus autumat:ſed ad ſuperos cõuolarent oẽs:eſt ad hoc ueneranda grauitas & accurata impẽſandis ſingulis rebus diligentia:ut cũ hæc oĩa mecũ cõtemplor animus uehementer ſtupeſcat. Eſt poſtremo prægnãs quedã dignitas orationis:prægnãtes enĩ appello leges quod intra ſe tã multa & uaria contineant:certe oĩa ſunt uſqꝫ a deo egregia & perfecta:ut non minus ſit nobis iuriſconſultorũ diuina ingenia admirandũ:q̃ & laudandũ & obſeruandum leges & iura per eoſdẽ conſtituta. Integri tamen non oĩno mihi uidentur:ſunt enim plæraqꝫ loca atqꝫ a deo infinita:quæ ſic iuriſconſultos ſcripta non reliquiſſe aſſeueranter contenderẽ. Sed hæc uiderimus cum neruos ſane duriſſimos uel aliquando obroſerimus. Interim uiderint Ii:qui uerborum ſignificationis & decoris ignari:ſola natura duce ueros eorũ ſenſus elicere conãtur:modo nos:ut tu amantiſſime a principio conſuluiſti:iuriſconſultos diligenti ſtudio ſequamur. Lucium Siculũ ſi forte iſtuc aduenerit meo nomine rogabis de aduentu me faciat certiorem:dabo ego operã:ut eo q̃ primum aduolem:tenet enim me eius uidendi opinione lõge maius deſiderium. Tu uero cum ad tuum Franciſcũ ſcripſeris mei memineris ſi uidebitur:ſin minus reſpondeas nec uolo nec poſtulo:ꝙ ſcio quam ſis occupatus:me ſemper ames hoc uolo hoc peto rogo & oro. Vale. ex Ilerda.

Gaſpar Barrachina Alfonſo Seguræ. S.

NOli putare mi chariſſime Segura apud me non modo negligentiæ aut obliuionis crimen:Sed ne illius quidem ſuſpitionẽ de te concipi poſſe. Noui enim te mei amãtiſſimũ ac omni præditũ uirtute:agnoſco præterea me ea natura eſſe:ut non facile mihi perſuadeã amicos in me peccare. Sed miræ integritatis fuit rationẽ mihi reddere:& ſi minime neceſſaria erat:intercapedinis litterarum tuarum & cõſummatæ diligentiæ omni ex parte uti conſueuiſti cumulate officio ſatiſfacere. Quod præter ſummã doctrinã:qua maxime polles:tam optimos mores ſis conſecutus tibi gratulor uehementer & mihi gaudeo:ꝙ talẽ ſim fortitus amicũ:quẽ inter præcipua mihi conceſſa merito locauerim. Franciſcũ noſtrũ tibi coniunctiſſimum eſſe gaudeo:letarer profecto ſummopere ſi id non tam mea cauſa quam morum ſimilitudine factum eſſet. Deus faciat ut tui quã ſimilimus ſit:ꝙ ſi uidero non minus ob id mihi charus erit q̃ ꝙ eũ genui. Quod ſaluus redierim iocundũ tibi fuiſſe certe ſcio:uti me maxime iuuat intellexiſſe te incolumen eſſe & bene cũ iuriſconſultis habere. Perge mi Segura perge iura noſſe:nam ut illa tibi ſic te illis maximo ornamento fore confido:Noui enim ingeniũ tuũ. Cum ſiculus noſter aduenerit ut ad te ſcribat curabo diligẽter. Interim ac deinceps ſemper ut me ames nec uolo nec poſco:niſi crediderís te a me uehementer amari. Vale ex Cæſaraugusta. iiii. Idus Aprilis anno ſalutis noſtræ. M.ccccc.x.

Petrus Manuelus Siculus Lucio
Marineo Siculo hiſtorico regio. S.

NOn minus Bizinũ tua natiuitate q̃ Ciceronis Arpinum ſe iactat. Tribus enim rebus patriæ nomina celebrantur & extolluntur ui ſcientia uirtute:quibus te municipe noſtro pollente nimirum Bizinates omnes maxime gaudent:atqꝫ deo optimo maximo quottidie gratias agunt ſacraqꝫ perſoluunt:qui tibi tale dedit ingeniũ:quo nõ modo Bizinũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



noſtrũ geniale ſolũ:uerũ etiã Siciliã totã atq̃ hiſpaniã uniuerſam magnis laudibus & ſcriptis
immortalibus illuſtras. Vale patriæ & Siculorũ omnium decus.

### Lucius Marineus Siculus Petro Manuello Siculo.S

ADuerſa ualitudo facit mi Manuelle chariſſime:ut amantiſſimis tuis & elegantiſſi-
mis litteris plene: ut par erat : reſpondere nequeam. Acris enim me febris in lecto
fatigat. Quam ob rem te rogo ut excuſationem meam libẽter accipias:& hoc epi-
ſtolio contẽtus a me:ſi febrem uicero:litteras longiores expectato:quibus immortalis tibi gra
tias agam:non quia me cum Cicerone compares:quo cum nemo eſt conferendus. Sed quod
amore nimio quo me proſequeris:impulſus me conaris altius extollere. Caue igitur ne cũ me
plus æquo laudare contendis: Non dico Ciceroni:ad cuius eruditionem nemo mortalis acce
dit:ſed aliis mediocriter doctis iniuriam facias. Vale.

### Lucius Marineus Siculus Bartholomeo Murio Siculo. Salutem plurimã Dicit.

LEgi litteras tuas uir ornatiſſime:quæ me mirum immodũ delectarunt. Erant enĩ ple-
næ doctrinæ ſingularis ſummæ humanitatis & amoris erga me atq̃ cognatos meos
& propinquos. Quare magnas tibi gratias habeo. Frater autem meus ſoror & reliqui:
quos mihi tam pie & officioſe comendas:& ſi mihi ſemper magnæ curæ fuerũt:impoſterũ tñ
erunt tua commendatione multo chariores. Que de Petro Carniliuario nobiliſſimo uiro mi-
hi amiciſſimo deq̃ aliis ad me ſcribis curabo quidẽ uel eorũ uel tua cauſa diligenter oĩa. Qui-
bus potes operã meã & omne officiũ polliceri. Muciũ montimuriũ patrem tuum & Margaritã
amitã memoria tenaciſſime teneo:quibus cum mihi magna familiaritas interceſſit. Cæterum
tibi non parum gratulor propterea quod chriſto militas:& Bizino noſtro natali ſolo plurimũ
gaudeo:quod te talem produxit alũnũ: Cuius ingenio & eruditione excultum eſſe intelligo.
Perge igitur ut & te ipſum & noſtrã cõmunẽ patriã laudibus illuſtres. Vale.

### Siculus Ioanni Vellio Iuuario.S.P.D.

FAcile ẽ uidere uelli cariſſime his q̃ ſingularẽ tuã ꝓbitatẽ nouerũt dignũ eẽ te Iuuario
patre illũq̃ te filio:uti habitus eſt a rege Ferdinãdo & Hiſabella regina duobus maxi
mis principibus nõ indignus:cui gazas ſuas ac totam domũ comitterẽt. Nã ut pater
Iuuarius præter alias uirtutes genuinas in quo oẽs conſentiũt ſi quam in homine uel in ſimo
ſcintillam amoris erga ſe uel conatus pietatis ſentiebat neq̃ ſolitus ẽ obliuiſci nec diſſimulare
quo minus cumulato bñficio reſpõderet. Ita & tu hereditario quaſi quodẽ iure uirtutis ſi qd
aliqñ i te quiſq̃ beneficiũ cõtulerit quale eſt quod a nobis neſcio quas litteras puer ſuxiſti nec
uinci numero neq̃ magnitudine libẽter pateris ſuperari. Quod igit̃ res noſtras pro gr̃a referẽ
da cõficias gratiſſime ac perinde diligẽter agimus tibi maximas gratias & referemus qñ occa
ſio ſe offerat & tu me utaris atq̃ ſi tu uolũtatẽ meã metiris ſoluẽdo ſẽper ſũ:ſin facultates neq̃ ſi
chartã noſtrã regiſteriis q̃ſtorũ cõponas ero unq̃ ſoluẽdo oĩ tẽpore debitor numeroſus. Vale.

### Lucius Marineus Siculus Nicolao Marineo fratri.S.

Ccepi litteras tuas quibus me ad querẽdas diuicias & honores hortaris:& præterea ſci
re uis qua rõne me ab ei⁹ cõſuetudine ſubtraxerĩ:qui me iuuare plurimũ poterat. Ad
utrũq̃ tibi breui reſpõdebo. Nõ ignoro:multos eſſe:qui hũc meũ diuiciarũ cõptẽtũ
mirent̃ & accuſent:Quibus ego reſpõdere & rõnẽ redere nõ curo. Te aũt miror:q meũ igeniũ
noueris:cur me ad cumulandas pecunias impellas. Putas ne fieri poſſe ut qui me ſtudiis libe-



ralibus conſecraui:ſim tuis hortationibus ſententiã mutaturus & pecuniæ ſeruus? Quid ẽ enĩ
uirtuti cõtrariũ magis:aut qd qd' actiones honeſtas magis impediat & ſctãs cogitatiões q̃ cura
q̃rendæ pecuniæ & ſolicitudo cupiditatis? Quæ mortaliũ plurimos ad inſolẽtiã ad ſæuitiã ad a
rrogãtiã ad multa alia uitiorũ genera ad extrema deniq̃ ſcelera cõpulit. Ego itaq̃ ſiue tu mecũ
iocatus ſis : ſiue ſerio ſcripſeris:ita me cõſtitui nõ ꝑpeti pecuniarũ ſeruitutẽ. Quippe q paruo cõ
tẽtus ſum:& animi trãquillitatẽ pluris ſatio:q̃ corporis uoluptates. Vni tuæ q̃ſtioni rñdi: uenio
ad alterã. Nouiſſe te credo iã pridẽ animũ meũ hũanitatis ſtudiis aſſuetũ:& uiros hũanos & hu
miles colore:& imites ac ſuperbos ferre nõ poſſe. Conſuetudinẽ enĩ & familiaritatẽ ſeruare dif
ficile ẽ: niſi cũ his:q nobis ſunt & ſtudiis & moribus q̃ ſimilimi. Quis enim ſui diſſimillẽ ferat?
Ne mireris igit̃ ſi me a familiaritate magni uiri alienauerim. Sequor enĩ Hieronymi uiri doctiſ-
ſimi ſanctiſſimiq̃ cõſiliũ:qui ad Abigaum Hiſpanũ ſcribẽs ait:nihil magis a pueritia uitare co-
natus ſum q̃ tumẽtẽ animũ erectã ceruicẽ dei cõtra ſe odiũ prouocantẽ. Legerat enim uir ſapiẽ
tiſſimus xp̃m Ieſum redẽptorẽ noſtrũ cũ eſſet in humanis dixiſſe : Diſcite a me qui mitis ſum
& humilis corde. Quapropter ego nõ elatis hoĩbus nõ q̃reudæ pecuniæ ſtudiis inhæreo: Sed ſa
lutiferis legibus xp̃i:qui paupertatẽ amauerit:q de ſede ſuperbos depoſuit & exaltauit humiles
Vale.

### Lucius Marineus Siculus Clementi Prothonotario & Conſiliario Regio.S

CVm grauiter egrotarem nudiuſtertius & ĩmani febre magnoq̃ dolore totius corporis
conflictatus in lecto decubuiſſem Prothonotariæ uir humaniſſimæ:nunciũ de obitu
Gabrielis ſantii conſiliarii Ferdinãdi regis & q̃ſtoris generalis accepi. Qui mihi nõ ſolũ
dolorẽ corporis auxit:ſed etiã repente perturbatæ mẽtis oẽs pene ſenſus eripuit. Fuit enĩ de me
oĩ tẽpore bene meritus:quid de me dixi? imo de Siculis oĩbus : quos perhũane ſemper excepit
amauit iuuit honeſtauit. Deceſſit ergo uir ille:quo nec meliorẽ ullũ genuit Cæſarauguſta nec
comodiorem? O infœlicem caſum o triſtẽ nuncium O mortem flebilem calamitoſam & la-
mentabilem. Deſiit in humanis eſſe Gabriel ſantius regius quæſtor:homo natus ad omne de-
cus:ad bene merendum. Heu quanta uirtus interiit quuanta probitas quanta fides quanta pe
riit humanitas. Nimirum plus ĩ uno quæſtore ſuo regia domus amiſit quã aut dici aut æſtima
ri poſſit. Vnus enim magnis in rebus & expediendis negociis:ut regem omni cura leuaret: in-
credibiles labores & plurima maximaq̃ onera ſubſtinebat. Cuius autoritatẽ cõſiliũ induſtriã iu
diciũ diligentiã laborẽ cũ alii per multi:q cũ eo negociabant̃:tũ uero rex ipſe Ferdinãdus admi
rari ſæpe ſolebat. Mirabat̃ Ferdinãdus rex ſui quæſtoris ingeniũ ſedulitatẽ ſtudiũ & laboris tole
rantiã mirabat̃:quis hoc ignorat? Sed profecto non imerito mirabat̃:ſi quidẽ nullũ ei nec domi
nec foris negocium cómiſit unq̃ tã magnũ tã arduũ tã difficile:qd' ille uir omniũ ſuorũ æqualiũ
maximus nõ libẽtiſſime ſuſceperit aptiſſimeq̃ cõfecerit. Age uero qua ueneratione : qua mo-
deſtia ſuperiores & magnates oẽs ꝓ cuiuſq̃ dignitate colebat. Qua cõmitate familiares & infe-
riores tractabat:qua grauitate domeſticos:quibus officiis et honoribus externos homines &
peregrinos omnes in regis curia negociantes afficiebat? quo ſtudio litteratos homines quo fa-
uore qua liberalitate proſequebatur? Erat enim cum aliis multis magniſq̃ uirtutibus excellens
etiam munificentiæ ſplẽdore præclarus. Qua ſibi ꝓrſus ingenita nõ adeo cupiditate laudis &
ãbitione:ut pleriq̃ faciũt:uſus fuit unq̃ : ſed animi magnitudine quadã ſemp & hũanitatis offi
cio. Quid ꝑterea de ei⁹ inocẽtia dicam? Neminẽ ſciẽs leſit unq̃ ne laceſſitus quidem cum facile
potuiſſet. Quando quidem ſic uixit ſemper ſic ſe geſſit ut ſanctiſſimum illud a ſe dictum &
pulcherrimam ſententiam quam frequenter habebat in ore & in titulis ſuis animoq̃ ſcriptã
gerebat:obſeruaret:omnibus prodeſſe nocere nemini :ut pote qui nulli mortaliũ quod ipſe ſæ
pe dicebat inuidere ſuſtinuit. Homo nil male cogitans:nihil quod nõ bonum & honeſtũ eſſet
appetens. Dignus qui nõ modo conſiliarii regis & quæſtoris generalis nomẽ haberet : ſed qui
multo maiore dignitate maioreq̃ fortuna uſus eſſet. Sed ſatis habuit:qui uixit ſua ſorte conten
tus:qui non ad nimias opes & diuitias acquirendas:ſed ad cultum pietatis & uirtutis præmiũ
natus fuerat. Qui ut erat uir magnanimus fidei plenus officioſus & liberalis : ita uixit ſempe-

Universidad de Deusto
Biblioteca



principibus carus:gratus patriae:iucūdus amicis:& omnibus uenerabilis. Dignus tamen cui
longior uita contigiſſet:ſed ſatis longa contigit:quæ fuit ſine labe:quæ fuit honoris plena:fuit
etiam dignitatis. Hæc ad te ſcripſi clemens uir optime:quē ſcio ex quæſtoris deſiderio non mi/
norē cæpiſſe dolorem:q̄ ego ſentio Vale.

Alfonſus a ſegura Lucio Marineo Siculo præceptori.S

SIne me mi Sicule?ſine me?dicam præceptor an potius pater?quem æque amo atq; ob/
ſeruo:ſine me abis?Quam obſecro putas grauiter tuliſſe me q̄ non potui dicere mi Si/
cule uale?Ita me ſemper ames:tuli grauius q̄ ut uerbis cōſequi poſſim. Sed audi quid
egerim:ne qui me tardum iudicaras negligentem prorſus exiſtimaſſes. Cum ad te redeo hora
ſecunda pomeridiana:ſic enim conſtitueramus:ubi nam Siculus quæro?mœſti omnes illi diſ/
ceſſit reſponderunt:ſed te uocauit:& expectauit:& profectus doluit. Tūc o me tardū exclamās
quotiens incuſo demens quam dudū requiro:non ita dudū reſpondit hoſpes. Ego ſtatim mu
lam aſcendo & te ſex milia ſubſecutus cum perſequi non poſſem :I am enim ſe ſol inclinabat:
eo animo redeo:quē niſi tu tibi finxiſſes:qui me tui quā amantiſſimū noſti:ego hic pluribus ſi
gnificarē quā me fortaſſe deceret:certe demiſſo & mœſto. Sed ne de hac re ſi plura dixero mol
lior uiro uidear:reliquā uitam tibi paucioribus exponā. Bene igitur ualui poſt tuū diſceſſum:
ſed me uſq; adeo moleſta hæc profeſſio docendi excruciat.ut putē nil laborioſius nec miſerius
quæ:cum hic aderas:facilior erat:ſiquidē moleſtiam una uel deambulatiuncula uel de cōmu/
nibus ſtudiis collocutione multū remittebā:nunc uero cū abſis eo mihi grauior ac acerbior ea
eſt:nec enim quiſquā hic eſt quo cū aut eā leuare:aut tuā abſentiā conſolari poſſim præter tuā
erga me ubiq; & ſemper conſtantē beniuolintiā:quæ me ualde recreat. Quod ſi dixeris:eſt tibi
Gaſpar barrachinus Eſt & Garſias hæredia:quibus te conciliaui uiris optimis : Quorū alterius
ſūmū ſtudiū:ſingularē eruditionē:& ingenii ardentē uiuacitatē ſi inſpexeris Siculū non deſide
rabis:alterius uero prudentia ſi te regas meam nō requires:fatebor ſed ſcis hoīes eſſe diuerſis ne
gociis lōge occupatiſſimos quibus quū ſæpe obſtrepam fortaſſe intempeſtiuus: uereor ne ſim
moleſtus:quos tamen ita amo & colo:ut quod re referre non poſſum amore & obſeruatia ſa
tis perſoluā. Quid q̄ tui tu quā ſimilimus es?rarus ſiculus:rariſſimus inq̄ inuentu Siculus ē: cu
ius uera incorruptaq; amicicia nullus eſt prouentus locupletior. Reliqua uero mea ſtudia ea ſūt
quæ tu ſemper probaſti:ſed iam paulo remiſſiora . Ciceroni ante alios:ſi quid reliquū eſt tēpo
ris:me totū dedo tuū conſiliū ſecutus. Cuius ubertatem & elegantiam orationis ſi tā bene ſcri/
bendo aliquando ſaperē q̄ in legendo bene amo:ſperarē ſane fore me tui perſimilē:qui Cicero
nis tūc plane eſſem omnimodo ſimilis Bene Vale. Petrū martyrē cuius ſum ſane cupidiſſimus:
meo noīe ſaluta:cui ita me dedas rogo:ut q te amat & me amet quē tu amas & ego utrūq; Hie/
ronymo quoq; ſpinario ſalutē dices iterum Bene Vale.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo ſeguritano ſuo.S.

ſ SIne te mi Segura:ſed inuitus:ſine te fateor:hoc eſt ſine animæ meæ dimidio diſceſſi:ſed
coactus:adeo ut nihil unq̄uā fecerim laborioſius minuſq; libenter. Pulſata hora prima
pomeridiana cū famuli quæ ad ꝓficiſcēdū neceſſaria erāt iā paraſſent:& ego te magno
deſiderio expectarē:ꝓter opinionē meā:Gonſaluus hæredia eques ordinis ſancti Ioannis: quē
mihi Garſias hæredia pater eius comitē deberat : equitans ad me uenit:rogat hortat̄ monet:ut
diſcedamus. Miſi ſtatim pueros:q tibi iā me diſceſſurū nūciarēt. Qui cū te nō inuēto ad me redi
iſſent Gōſaluo rurſus hortāte mihi diſcedere fuit neceſſe. Ne comes nouus & amicus:q meū nō
dū ingeniū nouerat:me āte diſceſſum minus obſequētē iudicaret. Profectus ſum igit̄ mi Segu
ra:ſed mœſtus aīoq; ualde repugnāte:tametſi diſceſſi circiter horā quā cōſtitueramus. Nā uix e
ciuitate ſū egreſſus cū hora ſecūda pulſata ē:nec niſi poſt ſolis occaſū Molā puenimus:quouſq;
reſpiciēs uerſaq; ceruice ſi me ſeq̄reris prexi. Tu uero q̄ moleſte tuleris abſentiā nrā ſine tua epiſ



tola facile cognoſco dūtaxat ex animo meo:qui nihil diſtat a tuo:ſi quidē poſtea q̄ diuiſus ſum
a conſpectu tuo ac ſuauiſſima conſuetudine nihil mihi iucūdum nihil gratū fuit unquam. Nā
ſi tibi rarus eſt Siculus:mihi quidē unicus eſt in Hiſpania ſegura. Quē ego propter eximias uir
tutes optimos mores ingenium magnū & eruditionē ſingularē præſentē mirifice dilexi:& ab
ſentē cariorē habeo:& apud oēs honorifice comendo. Vigiliæ nrǣ an Ferdinando regi gratæ
fuerint:mihi ſcire nondū licuit:expertus cū fuero ad te ſcribā:ſimul & de uitæ meæ ratione te
faciā certiorē. Vale & Barrachinū ſobrariū Antoniū rōcioniū & reliquos amicos meo nomine
ſalutabis rogabiſq; ut mihi ſilentiū ignoſcant.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER DECIMVS.

Lucius Marineus Siculus Ferdinando ferrarienſi.S.

n NOnis quintilibus anni ſuperioris Cæſarauguſtam ueni quaſi le/
gatus a Ferdinando rege miſſus:cū ad alia conficienda negocia:
tū uero præcipue: ut quedā de primis Aragoniæ regibus monu
menta:quæ Hiſpano ſcripta ſermone in quadā huius urbis pri/
uata bibliotheca tanq̄ libri ſibillini cuſtodibus adhibitis aſſeruan
tur:in latinū uerterem. Hic paucis cōmoratus diebus uelut obſcu
rus & pene oībus incognitus alicuius uiri noſtræ profeſſionis cō
ſuetudinē quærebā:cū interim tuus Alfonſus ſeguritanus ad me
uenit:antea mihi prorſus ignotus. Is a me quiſnam eſſet interro/
gatus:diſcipulus inquit ſum Ferdinandi ferrarienſis:eruditorum hominū cultor muſarum ſtu
dioſus:& Siculum cognoſcendi percupidus. Cui ego:quoniā mihi ſatis modeſtus adoleſcēs &
eruditus ac moribus cultus uidebatur:tuoq; lacte nutritus te totum referebat:ſignificaui eius er
ga me uoluntatem & amorē mihi eſſe q̄ gratiſſimum:ac ſi quid eius cauſa poſſem me libētiſſi/
me facturum. Sed audi queſo:quē fuerim nactus adoleſcentē. Qui cū mihi gratias egiſſet: mul/
ta mecum de latinæ linguæ ratione:multa de ſingulis orationis & rhetoricæ partibus acriter &
peracute diſſeruit:adeo ut mihi uiſus fuerim non cum adoleſcente quidem:ſed cū Laurentio
uallenſi:aut tecū diſputaſſe. Longum mihi cū illo certamen fuit:in quo eius & ingenio & erudi
tione maxime ſum delectatus. Non eſt enim pertinax:ut pleriq;:nō ambitioſus. Siquidē nō mi
nus adiſcendi:q̄ diſputandi cupidus eſt. Ideoq; melioribus exēplis & rationibus acquieſcit:nec
ueritati repugnat:nec uictus minus gaudet:q̄ uictor gloriatur. Qui poſt litterarū certamē multa
mecū de te locutus eſt honorifice:quibus erga te q̄ gratiſſimus:& tui nominis ſtudioſiſſim9 mī
hi uiſus eſt. Is cū ſe mihi cōciliaſſet a me diſceſſit:& poſtero die de meis laudibus ad me ſcripſit
epiſtolam:qua quidem me non minus in admirationē ſui:q̄ in amorem cōmouit. Quid quæ
ris?Biduo quidem factus eſt mihi q̄ familiariſſimus. Quem ſua uirtus:proptereaq̄ eius ætas eru
ditioni repugnare uidetur:eſt enim Tiro nōdum miles exercitus in magnā multorum addu/
xit inuidiam. Quorum ille conatus & omnes impetus marte ſuo fretus & acriter excepit: & faci
le repreſſit. Nam me quidem aduerſus ualidiſſimos hoſtes eius non duce:ſed cōmilitone uſus
eſt. Hæc mi Ferdinande ad te ſcripſi ut & uitæ meæ rationem & quem hic habes diſcipulū non
ignores. Nam & ſi ipſe ad te ſcribit:quæ tamen ſua eſt uerecunda modeſtia : ſuarum uirtutum
meminiſſe non poteſt. Gloriare tu igitur eo diſcipulo : cuius præconio & eruditione tuum no/
men non ſolum Cæſarauguſtam:ſed totam etiam Celtibariam compleuit. Ego autem de tua
conſultus eruditione:quæ retulerim ex eodē diſcipulo tuo malo te cognoſcere:q̄ ipſe ſcribere.
Illud uero præterire non poſſum:quod nuper apud multos Aragoniæ uiros nobiliores oblata
tp̄ris occaſione locutus ſum. Ex me nāq; q̄rentibus nōnullis an aliquis in Hiſpania tibi linguæ
latinæ ratione præferri poſſet:hoc reſponſum dedi:Si qs in re litteraria Ferdināđo ferrariēſi col
latus nō erubeſceret:aut Ferdinandū nō cognoſceret:aut ſe ipſum ꝓrſus ignoraret. Ferdināđ9
ſiq̄dē iure cedere poſſunt & Itali:nedū oēs hiſpani. Adeo ut ſi cū unā Ferdinandum hiſpania

Universidad de Deusto
Biblioteca



peperit:alterum ædidiſſet:non unũ quidẽ : ſed alterũ latinæ linguæ lumen haberet. Qui ſi tã
fortunatus eſſet:q̃ doctus:eſſet & omniũ ditiſſimus & cunctis admirabilis. Cæterũ hoc meũ de
tua litteratura iudiciũ & ſi nonnullis moleſtũ fore certo ſcio uir doctiſſime : malo tamen indo/
ctorum & iniquorũ inuidiã ſubire: q̃ ea præterire de te: quæ nequeo ſine inuidiæ ſuſpicione ta/
cere. Vale & Siculum tui nominis q̃ ſtudioſiſſimum eſſe tibi perſuade. Nonis Aprilis Anno
M.ccccc.ix.

Ferdinandus ferrarienſis Lucio Marineo Siculo
poetæ oratori & hiſtorico regio. S.

NIhil mihi potuit mediuſfidius accidere nõ dico iucundius ſed & plane gratius binis tu/
is litteris: quibus me atrũco: quod aiũt: ad uerticẽ honoraſti uir oĩ ex parte hũaniſſime
tã morũ facilitate inſignis q̃ uel humanitatis ſtudiis egregie & utrobiq; adorande. Oẽs
enim moleſtias labores: quos dat mihi ꝓfeſſio geminata: in tuis epiſtolis depoſui perinde qua/
ſi in amœniſſimo Xiſto Ambroſiæ & roſarũ pleno: fœlicẽ ergo me: ſi ullus grãmaticus fœlix eſt:
iure ac merito poſſum appellare: qui tibi uiro in oĩ laude primario extra omnẽ inuidiam docto
placui: & ita placui: ut non cõtentus de me bene ſentire: etiam apud uiros principes utriuſq; Hi
ſpaniæ auctoritatẽ famã celebritatem addas nomini meo. Scriptis inſuper ad me ſemel & iterũ
beniuolis litteris: ſcintillanti acumine: ſententiarum reſperſis: placida cõpoſitione fluẽtibus: ar/
gumento eloquentiæ filo contextis: & ut uno uerbo abſoluã: elegantibus tuamq; prorſus offi/
cinam redolentibus. Sed quod ſubdubitare uideris : an proxima æſtate tuas illas acceperim:
quas Cæſarauguſta miſeris: accepi fateor tũ tuas tũ & ſeguritanas ſobrariaſq; lr̃as : eueſtigioq;
ad eas oẽs reſcripſi. Namq; ille tabellarius tuus noua diligentia uſus cum lr̃as ſe ferre diceret: nõ
prius eas ſinu depromere ſuſtinuit: q̃ darem ei fidem ex temporalis reſponſi: Ita erat petaſatus
& itineri accintus. Quod aũt quæris an aliquid cudã unde mihi immortalitatẽ apud poſteros
ſperẽ: nõdũ uidet̃ mihi tẽpeſtiuũ eſſe ſarcinas meas colligere tanq̃ qui ad alterã uitã properẽ: q̃
diu enim hoc tectũ: quod mihi dedit deus habitandum gr̃as deo nec perpluit: nec rimis haianti/
bus uiciũ facit: non labaſcit nõ tremiſcit. Nec cadauero ſa facie ruinã minatur nec adhuc eget tra
ſim ad præſens de ruina ſecurus? Itaq; potius paro ea quæ pertinent ad præſentẽ uitam degen/
dam q̃ ad ſequentem fruendam. Nam geminata quod ſupra dixi profeſſione diſtineor: ſatiſq;
habeo ſi nec grãmaticus labor frangit me & rhetoricis exercitationibus: quæ ſunt multiplices:
ſatiſfacio. Quum præſertim ſeptenas in die horas auditoribus meis exhibeam: pauxilulum tem
poris mihi reliquum faciens ad ſtudiorum meorum profectum. Quod ſi tibi uiro in tuis rebus
occupatiſſimo non moleſtũ fore putarẽ: Scholæ meæ formã ordinemq; exercitiorum libens de
ſcriberem. Eſt & tertia ratio cur ipſe nil ad præſens lr̃is mandem : præter neſcio quas gramma/
ticæ adnotatiunculas: q̃ ſuperioribus annis cum Cordubæ agerem: uoluebã animo res Hiſpa
nas: putabamq; fore tum utile tum honeſtum : ſi aggrederer Hiſtoriam meorum tẽporum. Ita
quantum uno calore potui compleui quaternionẽ auſpicatus a rebus comitis Caprenſis: quo/
niam ita rogatus ſum. Mox ſuſpendi opus certe numeroſiſſimæ paginæ : quod aliud alii ca/
thenatum ſeſe mihi aperiebat. Quod quantulumcunq; eſt mitto ad te: ſed ea lege ne diſſimules
cenſuram. Ea enim correctio mihi imprimis placuit: quæ ab amico animo ꝑfecta docto iudicio
abſoluitur: quarum utramq; rem in te eſſe teſtis eſt fere tota Hiſpania. Quamquidem tu unicus
eius illuſtrator prope modũ ut inquis compleſti nomine meo. Quo fit ut quicunq; de noſtrati
bus in oĩm temporum memoria uirtutem amplexus memorabilis extiterit: tibi uni famam ſu
am & æternitatem debeat: qui regem Mydam imitatus tum Aragoneos principes tũ & Caſtel/
lanos haeroas omnia deniq; in auras quibus non manus: ut Mydas: ſed quod glorioſius eſt qui
bus iſtud aureæ linguae penicillum admoues Acorace Atiſia Agorgia Epicarmo Theocrito
Empedocle Siculis longo poſt tempore iure tibi hæreditario relictum. Tu ergo uir omnium ſæ
culorum memoria digniſſime iſtã hiſtoriæ conficiẽdae prouinciam a regibus noſtris fidei tuæ



potiſſimum demandatam fœliciter abſolue: ut quantam Diodorus Siculus municeps tuus de
rebus orientalibus ſcribendis tantã ipſe de occidentis imperio gloriam reportes per longiſſimã
poſteritatem. Vale.

Lucius marineus Siculus Ferdinan
do ferrarienſi Salutem.

Vmultuarie proximis diebus ad te ſcripſi nimia tabellarii tui feſtinatione : qui neq;
t redire ſine meis litteris ad te uoluit: neq; ſedere dũ ſcriberem: tam cito enim: quia ſol
inclinauerat in occidentem: diſcedere cupiebat. Itaq; dum illi gratificari uolui mihi
ipſe pene diſplicui. Eo ſiquidẽ ſtante epiſtolam ſcripſi nõ modo breuem : ſed etiam incultam:
minimeq; dignam: quæ tuas manus actingeret. Quam ad te profecto non miſiſſem niſi tuo
fretus ingenio: namq; quæ tua eſt humanitas: amicorum litteras uel ineptiſſimas legere liben/
tiſſime ſoles. Nunc igitur & ſi non ornatius: aliquanto tamen uerboſius eadem repetam : quæ
prioribus litteris delibaui. In hoſpitio Ludouici regii quæſtoris tuæ mihi litterae redditæ fue/
re. Quas cum non ſine magna animi læticia perlegiſſem: ſubinde ludouico poſcenti traddidi.
Qui perlectas multis: qui aderant admirantibus: & tua magna cum laude mirifice comẽdauit:
aſſerens te in ſcribendo non hiſpanum quidem uideri: ſed Italum: atq; nõ modo cum uiris no
ſtri temporis doctiſſimis comparandum : ſed etiam inter ueteres illos præſtantiſſimos repo/
nendum. Cæterum cum mihi reſtituiſſet epiſtolam tui operis exordiũ: quod ego manibus te/
nebã: legendi præcupidus arripuit. Quod ubi ſumma cũ uoluptate diligenter inſpexit: o fœlix
inquit caprenſium domus: cui talẽ ſuarum uirtutum contigit habere ſcriptorẽ : quaſi magnus
alter Alexander macedonũ rex qui cũ tumulum uidiſſet Achillis: O fœlix inquit iuuenis : qui
talẽ rerũ tuarum habere præconẽ meruiſti. Callet enim regius quæſtor q̃uis admodum iuuenis
qui ſit ordo ſcribendi quod eſt oratoris officiũ: & quæ uel in hiſtoria: uel in oratione ſeruari de
beant. Quippe qui magno pollet ingenio: nec iudicio fallitur. Hic cũ ex multis: qui eũ legẽtem
audiebant: homo quidã nobilis magis q̃ doctus cui breuis & ſuboſcura tua uidebatur oro lon/
giorẽ dilucidioreq; deſideraſſet: nulla eſt inquit in hac narratione breuitatis obſcuritas: nec ſen
ſus ullus difficilis: ſed ſcribentis potius: quã pauci cognoſcũt: eruditio multa: & præſtãtiſſimorũ
uirorũ genus orationis æquare ſtudentis ac ſuperare. Sic enim Saluſtius: ſic Suetonius : ſic Pli/
nius uterq;: ſic & alii per multi doctiſſimi uiri ſcripſere: quorũ abſolutiſſimis operibus nec adde
re quicq̃ poſſis nec tollere. Hæc eſt enim ſcriptorũ maxima uirtus & lex præcipua: nihil in ſcribẽ
do præterire neceſſariũ: quod a lectore deſiderari iure queat: nihil inſerere ſuper uacaneũ: nihil
inconueniens: quod ab argumento & inuẽtione ſit alienũ: ne uel manca claudaq;: uel pluribus
& excedentibus mẽbris deformis atq; moſtroſa uideatur aeditio. Quas quidẽ duas res Ferdinã
nandus ferrarienſis: qui ſcripſit hoc opus: diligenter & docte ſeruare mihi recte uidetur. Cuius
& epiſtolæ. quã ad Siculũ ſcripſit: & huius operis cõpoſitio ingenioſa eſt pura: dilucida nume
raſa ſimplex apta diſtincta perornata dulcis elegãs nõ uulgaribus nõ fucatis: ſed electis et ꝓpriis
uerbis exculta: praeualidis contexta mẽbris: & firmioribus neruis cõpacta. Hoc fuit Ferdinãde
uir doctiſſime: qđ Ludouicus ſanchius fecit de tua eruditiõe iudiciũ: qđ multi uiri nobiles atq;
docti mecũ cõprobauere: qđ tu quoq; plurimi facere debes. Propterea qđ rectũ ẽ & nõ ab amo
re magis q̃ a uero ſuſceptum. Sed tu: ni fallor: ab officio diceſſiſſet uideri poteris: niſi Ludouico:
qui te iam colere cæpit: gratias per litteras egeris. Ad eum igitur ſcribito ſaltem breuem epiſto
lam: qui te: crede mihi: iuuare plurimum poterit. Valet enim per ſe plurimum: & ẽ apud Ferdi
nãdum regẽ gratioſiſſimus: & auctoritate & officio quæſtorio: qui uiros omnes litteris & uirtu
te cultos: & praecipuæ noſtræ profeſſionis maxime diligit colit fouet & attollit. Conſilia te igit̃
ei per litteras: ut ſi obuiam forte ueneris non ignotus ocurras. Sed haec hactenus. Tuas gram/
matices annotationes centuriatas: de quibus ad me ſcripſiſti: non dubito ſtudioſis omnibus im
poſterum mirumimmodum profuturas. Ego mi Ferdinande: quod mecum de tuis omnibus
rebus per hũane cõmentaris: ingẽtes tibi & innumerabiles gratias ago: ac ſi nobis occaſio da/

Universidad de Deusto
Biblioteca



bitur: libentiſſime referam. Siquidem cōmentarios: quos de rebus geſtis a Ioanne Aragonum
& Siculorum rege Ferdinandi patris conſcripſimus prius q̃ ueniant in publicū grauiſſimo tuo
iudicio ſubiicere uehementer opto: ut tua freti auctoritate in lucē tutius exire poſſint Vale.

Ferdinandus herrarienſis ad ſpectabilē iuuenē
Ludouicum ſanches regiae gazae cuſtodem.

EX iis lr̃is: quas a nr̃o Marineo proxime accepi: facile eo referente intelligere potui mea
ſcripta quæ ad eū miſerā tū ad manus tuas diuina quadā forte ueniſſe: tū etiā qđ ne ſō
niare quidē auſus fui: tibi uiro in oī laude primario admodū placuiſſe. Conſulebatqꝫ
mihi: ut eſt propenſiſſima in me atqꝫ adeo in oēs beniuolentia: ut aliquid lr̃arū non adeo negli
genter ſcriptū ad te darē. Cupiēs ſcilicet: ut ego quidē interpretor: una opera & de te in cuius la
udes ore facundo effuſus eſt: & de me quoqꝫ bene mereri: tibi quidē rem iucundā mihi uero ho
norificā faciēs ſi hac uia me inſinuaſſet in amicitiā tuam. De quibus enim ille non pluſq̃ opti
me meritus eſt? Citerioris quippe & ulterioris Hiſpaniæ uiros qui ulla unq̃ gloria & merita lau
de uixerūt dedit ille opam uir utiqꝫ ad bene dicēdū natus: ut nulla quantūlibet obliuioſa uetu
ſtas eos poſſit inuoluere ſilentio. Huius uiri geniū prudenter conſiderans ſublimis Rex noſter
magnus ſpūum ponderator putauit ꝓ genitores ſuos omnē poſteritatis lucem facile uiſuros ſi
ab hoc uno illuſtrarentur. Nam quos Marineus celebrat immortalitate donat. Nō enim tam
Myrra aut Aloe condiri non Balſamo aut aqua uitæ perfundi illeſa ꝓcul ab oī corruptiōe cor
porea uindicat q̃ melhybleū manu ſicula confectū famā conſeuat ab iniuria tenebrarū. Sed
de hoc alias. Quod ad me actinet: ut uerū dignationi tuæ fatear: cū eſſem q̃cupidiſſimus prome
rendi tui tā facili p̃ſertim oblata occaſione: tū nō nihil grauabar ad tuā p̃ſtātiā ſcribere: qui par
tim hæreditarias partim etiā tuo marte quæſitas ingētes diuitias habes: nō dico auri & argenti:
ſed diuitias ingenii perſpicacis acerrimi iudicii cognitionis multarū rerū nobiliſſimarū addo
martiā fortitudinē Achillis robur & audentiā inuictā: cū te nuper præferox Gallorū exercitus
hoſtiliter ſua terga præmentem fugiens non minus expaueſceret q̃ Troes Achillē. Iam uero ſi
de patre tuo laudatiſſimo uiro dicere uoluero: modū excedā epiſtolæ. Non dicā plura quādo
quidē una illa res ſatis ſuperqꝫ declarat magnā eius ſapiētiā & uerſatilē ingenii dexteritatē. Quā
quam enī: ut dicit papa Pius: lubricus apud reges primus eſt locus: tamē cum ille meritis ſuis
eo peruaſiſſet ut facile primas partes apud regem Ferdinandū ageret non ſolū in lubrico ſtetit
in magna plurimorū inuidia: ſed tibi magno patris in cremento eundē peperit locū & aperuit
fores ad intimā regis gratiam. At tu cordatiſſime iuuenis longe ſupra ætatem circunſpectus nō
ſinis momentum temporis præterfluere quin quottidie noua ueteribus cumulando tantū gra
tiæ fidei exiſtimationis apud ſupremum principem noſtrum compares ut illa parentis tui ini
tia magna atqꝫ præclara non minus cedant ornamentis tuis q̃ tempora Romuli tēporibus Au
guſti cæſaris. Macte uirtute heros p̃cellētis indolis qui duas diſpares regales animi dotes fortitu
dinem & prudentiam ita in tuo pectore ad hoſpitatus es ut quum utraqꝫ omnibus numeris in
te conſumata ſit: non modo neutra alterā de loco pellit: ſed ad exēplum regiæ maieſtatis quic
quid dicas quicquid agas: tū Togæ prudentiſſimum: tum & militiæ fortiſſimum te oſtendas &
ſemper illuſtrē. Hunc igitur ſplendorem generis & perſonae tuæ conſiderans ſubuerebar Ad
tuam nobilitatem ſcribere ne de mea epiſtola poſſit illud dici quod uulgo circunfertur: diſpli
cet imprudens unde placere putat. Cæterum dum obuerſatur animo meo tum Siculi noſtri cō
ſilium cuius ipſe monitis non ſecus acquieſco atqꝫ paternis: tum in primis humanitas tua q̃ tu
iure hereditario a patre accepiſti: erat enim uirorum doctorum ſupra q̃ dici poteſt amicus & un
dequaqꝫ honorificus: ſumo audatiā ſcribēdi ad te certus illud fore ſi epiſtola mea nomine ruſti
citatis minus placuerit: animum certe meū ad omnia quæ uoles deditiſſimum tibi homini ge
neroſo non diſpliciturum Vale ex Alcala.

Lucius Marineus Siculus Iacobo fontio ſuo Salutem.



DOnis auguſti cū ex oppido: qđ Simancas apellāt: ad Ferdinandū regē: q me illuc miſe
rat: reuerſus eēm: tuas accepi lr̃as Iacobe chariſſime. Quibꝰ mihi Flāminii nr̃i familia
riſſimi mortē nūciaſti. Mortē certe oībus: q lr̃arū ſtudia colūt: ml̃tis lachrymis deplorā
dā. Sed mihi magis q̃ cæteris ꝓpterea qđ Lucius Flāminius me & ſibi patrē optauerat: & ut ue
rus atqꝫ bonus filius obſeruabat. Amiſi igitur ego nō amicū ſolū: uerūetiā filiū chariſſimū. Qui
ſi diutius uixiſſet Siculis oībus & Siciliæ patriæ nr̃æ honori magno futurus erat: & in academia
iſta Salmanticenſi ſtudioſis iuuenibus maxime profuturus. Quo uiuēte me qdē a Salmanticæ
nobiliſſimo lr̃arū gymnaſio diſceſſiſſe minus pœnitebat: ubi Flāminius alter Siculus me qua
ſi patrē referebat. Nūc uero Flāminio mortuo non ſolū meū: ſed etiā Salmaticæ ciuitatis inco
modū moleſtiſſime fero. Meū ꝓptereaqꝫ amiſi magni mei nois ornamētū & eruditiōis exēplū:
ciuitatis qđ egregiū perdidit linguæ latinæ ꝓfeſſore. Quare nō poſſum qdē mortē nō accuſare
uelut inuidā & iniquā: q ſenes inumeros inertes & ꝓrſus inutiles ſæpe refugit: & Luciū Flāmini
um uix primos ſuæ iuuētutis annos ingreſſum lr̃arūqꝫ ſtudiis ac laboribus & uigiliis cōſecratū
præarripuit. Sed qm̃ deo optimo maximoqꝫ placuit: ut Lucius Flāminius a mortali uita diſcede
ret nobis eius imperio parere neceſſe eſt. Erant in lr̃is tuis & uerba: quæ de me apud academiæ
rectorem uirū præſtantiſſimū diligenter & officioſe dixiſti. Quæ res mihi qdē magno fuit argu
mento ueteris amoris erga me tui. Qua ꝓpter tibi mi Iacobe & plurimū debeo: & imortales gra
tias ago: habeoqꝫ: ac ſi quando ſatiſfaciendi mihi facultas non defuerit cumulate referā. Recto
ri uero: qui tibi de me locuto tā benigne reſpondit meritas agere gr̃as uix poſſum. Ad quē nūc
ſcribere ſicut me mones certe nequeo: cū dolore: quē de flāminii nr̃i obitu capio: tū uero qđ res a
quā ſum deliberaturus: aliquo ſpatio tēporis indiget. Hoc tñ unū rectori ſimul & cōſiliariis cæ
teriſqꝫ magiſtratibꝰ ciuitatis & academiæ meo noīe referre poteris: me plurimū cōmodis & ho
noribus Salmāticæ nobiliſſimæ ciuitatis fauere. Quæ me olim ſpōte uocauit: & honorifice ſuſ
cepit: mihiqꝫ poeticæ facultatis & artis oratoriæ ꝓfeſſiones oībus excluſis cōpetitoribus detulit.
Quapropter illi qdē uelut optimae matri ſeruire uehemēter opto & q̃ gratiſſimus eſſe. Sed hu
ius rei deliberatio erit certe mihi multo facilior ſi rectoris & cōſiliariorū nomine lr̃as accepero.
Potes tu igit̃ illis de me ſignificare qd ſentias. Quibus & reliquis oībus totius ciuitatis me plu
timū comendo. Vale.

Lucius Marineus Siculus Manſo theologo & Salman
ticenſis eccleſiae canonico ſtudiiqꝫ rectori. S.

IAcobus fontanus mihi per lr̃as nūciauit Luciū Flāminiū qui Salmanticae rhetoricā &
Plinii opus naturalis hiſtoriae profitebatur: e uita deceſſiſſe. Quo nūcio ſū equidē gra
uiſſime conflictatus. Luciū namqꝫ Flāminiū plurimū diligebā: nō ſolū quod Siculus:
quod me tanq̃ patrē colebat: ſed etiā quod ingenio pollens eruditione magnus facundia clarus
uita probus & moribus elegantiſſimus erat: & qui in iſto nobiliſſimo litterarū gymnaſio & om
niū diſciplinarū hiſpaniae totius ēporio ſtudioſis oībus maxime ꝓfuturus. Quapropter dū hæc
de Flāminio tecū loquor optime rector maximo quidē dolore cōcutior. Doleo ſiquidē tū meā
tū etiā Salmanticae ſortē: quae profeſſore deſtituta Flāminio magnā certe fecit bonarū artiū ia
cturā. Erant iſtic Arius barboſa luſitanus & Flāminius Siculus: duo quidē aeloquētiae romanæ
fontes uberrimi: quibus Hiſpania tota rigabatur: & præcipue cāpi Salmāticēſes: erāt & linguae
latinæ lumina totidē: quorū altero nūc extincto Salmātica nimirū & ſi nō penitus arida facta ē:
luſca tamen reman ſit oīno. Sed q̃uis Flāminius in hūanis eſſe deſiit: nobis tū plus aequo que
ri non licet: ne forte naturae repugnare uideamur: quin potius quod deus ſummus opifex & re
rū creator omniū facit: qui rebus oībus finē terminūqꝫ conſtituit: aequū atqꝫ neceſſariū ſemper
exiſtimare debemus. Sed hoc hactenus Iacobus praeterea de ſermone: quē de me tecū contulit:
ad me ſcripſit: & ea quae tu illi ꝑ benigne reſpondiſti. Pro tuo igitur erga me animo tibi uir hūa
niſſime non quas debeo: ſed quas poſſum gratias ago: ꝓpterea quod & meis & iſtius clariſſime
ciuitatis cōmodis & honoribus officioſe cōſulis. Quā ob rē debeo tibi tātū rectiſſime rector quā
tū certe ꝑſoluere neq̃o. Debet etiā tibi plurimū ciuitas q̃ tuo commiſſa iudicio maiores indies

Universidad de Deusto Biblioteca



honores maioraq́ꝫ beneficia ſeſe ſperat habiturã. Rurſus itaq́ꝫ tibi uel meo uel ciuitatis nomine
gratias habeo. Cæterũ ego quẽ animũ erga te & rẽ publicã iſtã habeã: quã gratus illi tibiq́ꝫ uide
ri cupiã poteris ex eodẽ Iacobo cognoſcere: qui ad me ex tuo conſilio ſcripſit. Vale ex oppido
Valliſoleti octauo Idus Auguſti .anno. M.ccccc.ix.

Licenciatus Manſus Lucio Marineo Siculo.S

IVcũdiſſimas litteras tuas accepi magiſter optime: quæ mihi magno gaudio fuere: uel
quia magnã animi tui bonitatẽ præſeferebant: quã facile perſpexi: propterea quod tã
tũ doloris acceperis ex morte Flãminii: qui teneris adhuc ãnis maxime florens de me
dio ſublatus eſt: uel quia nõ minus noſtræ ciuitatis incõmoda moleſteferas. Volũtatẽ & animi
tui promptitudinẽ libẽter accipimus & tibi magnas gratias agimus deũq́ꝫ precamur: ut ipẽ tuæ
ſingulari uirtuti magnæq́ꝫ liberalitati præmia digna retribuat. Cæterũ de rebus: quæ ad rhecto
rices profeſſionẽ pertinẽt: cũ Iacobo fontano uiro tibi deditiſſimo locutus ſum: qui ſuo noſtro
q́ꝫ & ciuitatis nomine latius ad te ſcribit. Cuius uerbis indubitatã fidem te rogamus adhibeas.
Sed ſi ueneris: ut optamus atq́ꝫ confidimus: erit tuus aduẽtus tanq̃ gratia uiſendi tuos amicos.
Vale ex Salmantica.xi. Calendas Septembris Anno. M.ccccc.ix.

Alfonſus ſegura Lucio Marineo Siculo.S.

QVid ad te ſcribã hoc tẽpore plane nihil habeo. Superioribus diebus explicaui præſen
ti tibi meas omnes cogitationes: quo circa: ut uides: in pſentia ſum breuis. Quid ſcri
bam? res noua nulla eſt: de qua te faciã cerciorem: quieſco tñ quũ uel inanes litteras ad
te mitto: proptereaq́ꝫ tecũ quaſi loqui uídeor. Et dabo fere quotidianas dũ iſtic commoraris:
euntibus uero iis: qui ad te cõmode perferant. Non enim in eo ſum ocio ut ſcribens uento litte
ras committã. Ad Antoniũ mudarrã ſcribo: fortaſſe facio inepte: q́ꝫ ab homine mihi ignoto & in
genio: & in maximo loco collocato rẽ petã certe non minimã. Sed tu me apud eũ excuſabis: ad
quẽ: ut ſcriberẽ impuliſti. Ego equidẽ hominẽ tua cauſa alterũ a te habeo: & amo. Tu curabis &
facies mihi rẽ gratiſſimã: ut quãdo Mudarra te integre amat: is uel me diligat: ero ſane hoc gra
du contentus. Vale & cura in iſta ætate tibi cũ ocio uiuas. Ex Ilerda.xiiii. Calẽdas Iunii.

Alfonſus ſegura Siculo ſuo. Sa.

EA demũ in amicitia uel maxima iucunditas eſt: quo cũ præſens eſſe nõ poſſis: cũ eo aut
ſermone: aut cogitatione ſemper eſſe: & id aſſiduitate litterarũ demoſtrare: quo alteri
etiam inflãmato uel ſcintillã ſubiicias ad idẽ officiũ. Hoc non tã aliorũ exẽplis: quorũ
mentẽ difficile eſt cognoſcere: q̃ ex me confirmauero: qui: cum de te ſermonẽ offero: offero cũ
uolo & uolo ſemper nulla ex alia re maiorẽ percipio uoluptatẽ: cogitatione uero incredibilẽ. Et
fere omnes mea cogitatio in te & ſolicitudo de te eſt. Et quis rogo te non erit ſui memor & de ſe
ſollicitus? Verus enim amicus idem tecũ eſt & quoniã ad eũ: quem ames: cũ ſcribas non mino
rẽ iucũditatẽ & in animo lætitiã percipis: q̃ aut ſermone: aut cogitatiõe: ut pote qui cũ eo loqua
ris: eo crebrius ad te hoc eſt pietate patrẽ litteras do: ut ſi quando tabellarii deſunt: iſta litterarũ
frequentia officii iacturã compenſemus. Nos igitur bene ualemus ſummo omnipotẽti gratias
ago. Iuris ſcientia paulũ a nobis remittitur deſperata hoc tẽpore quartanæ remiſſione in Ioãne
noſtro: aiũt enim uſu cõpertũ iſtius morbi uim hyeme tenaciorẽ. Huius temporis iacturã minus
æque ferimus: ferimus tamẽ inuiti tu mi Sicule mirũ immodũ nos delectabis: ſi utcunq́ꝫ tibi res
ſucceſſerint uel per noſtrũ ſpinariũ ſcribendũ curaueris. Vale & ut facis nos mutuo ama. Ex al
cagnitio. viii. Calendas Nouembris.

Alfonſus ſegura Siculo ſuo.S.



ET ſi aliud fere nihil habeo noui: quod poſt acciderit q̃ Philipo Caualeriæ equiti præ
ſtanti litteras ad te dederim: in quibus noſtram conditionem ſubſignificaui: per Ioã
nem tamen Garſiam uirũ optimum ac utriuſq́ꝫ amicũ ſcribendum ad te aliquid pu
taui meũ eſſe. At illud imprimis: quod me maxime angit: non quia me in iſta miſeria: in qua
adhuc uerſor: iuuare aliquid non poſſis: ſed quia longe abes: & minus q̃ cupio frequenter de te
ſcire licet. Etenim nemo fuit poſt a nobis tuum diſceſſum: qui de te ne incertam quidẽ rem
nunciaret præter eundem Ioannem Garſiam: quẽ cum primum Cæſarauguſtam perueni tui
auidiſſimus rogatũ adeo: a quo intellexi a curia regia te abeſſe: quo tempore conſtituiſſet iter:
Aiebat enim Placentiam te iiſdem diebus profectum: Tibi autem bene eſſe nunciat: ac iubet
animo eſſe tranquillo. Itaq́ꝫ paululum ſubſedit ſollicitudo. Tu autem calamum iam ſumes:
ſi nos amas & uis omni cura liberatos. De ſtatu meo nihil ſcribo: q́ꝫ omnia incerta ſunt: nec eſt
unde poſſit confirmari: niſi a ſolo ſummo & imperatore deo: qui me quando uoluit eſſe natũ
reget: & in uitã beatam perducet: Quicquid de me erit eo duce curabo ſcias per noſtras litteras.
Nunc Ilerdam me conferam: ubi ſpero bene futurũ. Vale & Mudarram & Spinarium noſtrũ
iube ſaluere. Cæſarauguſta.iiii. kl'as Marcii. M.d.xi. Petrus Siculus tibi dicit Salutẽ.

Alfonſus Segura Siculo ſuo.S.

AD quarto calendas Decembris Etiam ad multã noctẽ Sala tuus bene diligens pro
curator rediturus rationem de negociis quæ hic habes cũ ad me ueniret: Ita enĩ ab
eo petieram: tuis litteris oblatis me quaſi geſtiens ſalutauit: nimirum ſciebat me ta
li nũcio inmẽſam capere uoluptatẽ. Quid tibi ſcribã illum quo animo quo uultu exceperim
nunciantẽ Siculum ad ſe ſcripſiſſe mihiq́ꝫ dicere ſalutẽ: qui uel ob hoc quod ſe tua iſta nego
cia gerere dicit: mihi ubi uis occurat obuius eſt ſane q̃ gratus. Is igitur cum poſtridie mane ſe
diceret ad te hominem mittere non prius a me diſceſſit q̃ hæc ſcripſi calamo ut uides et atra
mento uix temperato. Tu uel cum ad Salam ſcripſeris me ſaluere iubebis: hoc tantillo ero con
tentus modo de te certior factus animo poſſim eſſe libero. Vale & Spinariũ noſtrũ meo nomi
mine ſaluta Salmanticæ quarto calendas Decembris. Quas his accipies litteras alligatas cura
bis Franciſco Caualeriæ domino meo perferãdas.

Siculus Alfonſo Seguræ ſuo.S.

NOn meæ conſuetudinis intermiſſione: ſed neceſſitate: quam uitare nemo poteſt: ſeri⁹
ad te ſcribo. Nam cum tuis litteris: quas ad me quã amãtiſſime ſcripſeras: reſpondere
uellem in grauiſſimam incidi ualitudinem: qua prope duos menſes ad eo ſum confli
ctatus ut pene de ſalute deſperauerim: cum præſertim pro fluuio ſanguinis & inteſtinorũ do
lore quo cum ipſe luctabar: proximis diebus præter alios multos mediocris & infimæ condi
tionis homines: etiam nonnulli nobiles & regiæ curiæ magnates e uita deceſſerint. Nam me
ſeniorem & quẽ medici ſine ulla ſpe uitæ deſeruerant ſola quidem dei benignitas ab ore mor
tis eripuit. Hæc ego quæ tibi non parum doloris allatura uidebã ad te profecto nõ ſcripſiſſem:
niſi ueritus eſſem ne mearum litterarum officium requireres: præſertim cum tuis litteris poſte
rioribus non nihil queſtus fuiſſes quod Franciſco Raſconio litteras per breues & incultas hoc
eſt hiſpano ſermone ſcriptas ad te dediſſem. Quas non ſolitũ uultum referentes nõ meas eſſe
dixiſſes niſi meum ſubſcriptum nomen legiſſes. Erit igitur humanitatis & prudẽtiae tuæ nũc
& mala quæ nobis acciderũt æquo animo ferre & litterarũ noſtrarum intermiſſionibus igno
ſcere. Nam & priſtinæ ualitudini dei clemẽtia ſum reſtitutus & honeſtiſſimo tuo deſiderio de
inceps quo ad potero ſcribẽdo ſatiſfaciam. Nunc etiam & ſi uix firmus a lõga ualitudine tuis
tamen litteris quas olim mihi iucundiſſimas miſiſti: ſummatim reſcribam. Quod conditionẽ
quam tibi paraueram non accipiendam duxiſti nos minime pœnitebit: uel quia Ioannes di
ſcipulus iam tibi notus adultus eruditus & tui amantiſſimus a te deſerendus nõ erat uel quia

Universidad de Deusto Biblioteca



Palatius Rubius poſteaq̃ Hiſpali diſceſſimus egrotauit in itinere nec dũ nos eſt ſubſecutus. Laudo igitur & gratitudinẽ & prudentiã tuã. Te in iſto litterarũ gymnaſio litteris incũbere uehementer gaudeo: uideo enim te uel præceptorum diligentia uel ingenii tui præſtantia ĩ maximũ uirũ euaſurum. Quod eo magis ita fore ſpero quod tantũ biennio profeceris: ut audio: in iure ciuili: quantũ alios imperator qui leges in ordinem digeſſit: quinquẽnio profecturos exiſtimauit. Non igitur hoc in ſtudio calcaribus ſed freno potius indiges. Nollem mi Segura te nimio ſtudii labore defatigari: non enim poteſt humana natura: quæ fragilis eſt labores ferre continuos: parcas igitur interdum laboribus: ſtudiũ remittas: tibi indulgeas: capias aliquid uoluptatis honeſtæ: Nec uitæ tuæ minus (quã litteris excolere tantopere cupis) q̃ ſtudiorum rationem habeas. Vale.

Antonius Cãpolus Siculus Lucio Marineo
Siculo regio uati & præceptori. Salutem.

BInas ad te litteras dedi clariſſime præceptor: abs te uero nullas accepi. Cuius rei quæ cauſa fuerit ignoro. Quare ſi uales ad me ſcribas obſecro: Siquidem ego de tua ualitudine nõ poſſum nõ uehementer eſſe ſollicitus. Qua cura ſi me liberaueris rem mihi q̃ gratiſſimã facies. Ego mi iucundiſſime præceptor tecũ multa conferre deſidero: quas ob res ad te iã ueniſſem: ſi mihi fuiſſet integrũ: ſed nullomodo poſſum. Siquidẽ Antonius Velaſcus Comes Niuẽſis dũs meus: qui me utit̃ i ſacris aſſidue: a ſe & iacobo eius filio: quẽ doceo: diſcedere nõ ſinit. Obſecro te igit̃ ut mihi ignoſcas: & de rebus: quæ nunc parantur: quid futurum ſencias ad me ſcribas. Ea enim: quæ tuo magno & uero diuinoq; iudicio præuident̃: oĩa q̃ ueriſſima ſemper habebo. Sic nãq; alia multa: quæ hactenus futura prædixeras: acciderũt & exit⁹ approbauit. Comes Niuẽſiũ & Ignicus Velaſcus eius frater patruelis Caſtellæ comeſtabilis regis Ferdinandi iuſſu cũ magno exercitu: quẽ habẽt iam paratũ: Victoriam uerſus proficiſcent̃ propediẽ: ut Gallis uenĩetibus accurrant. Me autẽ cũ dña Frãciſca ſtunica eius uxore & Iacobo filio manere iubet. Cuius uolũtati: ſi uolo is eſſe quẽ tu uoluiſti: parere debeo. Nã ſi comitem nunc & Iacobũ eius filiũ deſererẽ: nõ dubito quin illi tibiq; moleſtũ eſſet. Manebo igit̃ nec inuitus: uel quia tibi rẽ gratã faciã: uel quia Niuienſiũ comes: ut eſt nobilitate generis excellens: ita & munificentiæ humanitatis & aliarũ omniũ uirtutũ ſplendore præclarus: & dña Frãciſca eius uxor ut eſt forma inter oẽs generoſas Hiſpaniæ mulieres: excellẽs ſic uitæ probitate & animi magnitudine maxime decorata. His igitur: quos mihi dños paraſti: libentiſſime ſeruiam quoad me uel tu uel pater meus ad ſe uocauerit. Si ſcribes igitur ad me litteras Alueldã mittito. ex Aluelda idibus Octobris. M.ccccc.xii. Vale.

Lucius Marineus Siculus Antonio Cã
pulo diſcipulo. Salutẽ plurimã Dicit.

BInas tuas litteras quas: ut ſcribis: ad me dederas: nõ accepi. Hæc igitur fuit cauſa quare nullas tu meas acceperis. Cæterum ego: & ſi ſum ſemper occupatiſſimus: ad te tñ ultro ſcripſiſſem: niſi mihi xp̃oforus hæredia & Frãciſc⁹ eius frater affirmaſſent Antoniũ Velaſcũ & Franciſcã ſtunicã Comites Ninienſium cum ducentis equitibus & magno numero peditum ad Ferdinandum regem paucis diebus fuiſſe uenturos. Et ut opinor iam ueniſſent: niſi rex propter Gallorũ aduentũ comitẽ: ut ſcribis: Cum exercitu Victoriam uerſus ire iuſiſſet. Quod es de mea ualitudine tam ſollicitus cauſa eſt amor erga me tuus: qui me cogit ut te unice diligã. Crede mihi mi Cãpule q̃ tu deſideras eſſe mecum & multa conferre: tam ip̃e abſentiam tuã moleſte fero: hoc præſertim tempore: quo me magno dolore Catherinæ ſororis obitus affecit. Sed iã quod neceſſitas affert & noſtrã diiunctionẽ moderate feramus: ne uideamur naturæ & rationi repugnare. Quod me rogas ut quod ſentiam de futuris ad te ſcribam: & ſi non is ego ſum: Cui deus quæ uentura ſint reuelauerit: paucis tamen dicam quod animus



mihi non ex apollinis oraculo ſed ex tẽporis cõditione præſagire uidetur. Erũt hoc anno: niſi temporũ ratione & cœlorũ motu fallimur: apud cantabros uſq; ad nonas Decẽbris tumultus & bellorũ apparatus maiores q̃ prælia. Peribũt nonnulli ex Gallorũ & Hiſpanorum exercitus: ſed temporis incõmoditate magis q̃ ferro. Nam prælio abſtinebit Hiſpanorũ exercitus & ſe ab hoſte ſuaq; defendet: tametſi eorũ quidã legatus cũ ſua cohorte fere tota hoſtiũ multitudine circũuentus fortiter pugnãs occidetur. Pugnæ maiores nõ cõmittentur. Antonius Velaſcus & Ignicus caſtellæ comeſtabilis quãuis habeãt paratos exercitus Victoriã uerſus non ibunt. Hoſtes Pompilonis mœnia machinis & tormẽtis acriter oppugnabũt: ſed a propugnatoribus grauiter offenſi ab obſidione diſcedẽt. Ignicus caſtellæ comeſtabilis cũ exercitu Victoriã uerſus iter ingreſſus Croniũ ad Ferdinandũ regẽ reuertetur. Hæc Antonine chariſſime mihi futura uidentur: quæ ſi ſecus acciderint mirari nõ debebis: nã præſcire quæ uentura ſunt non hominis eſt ſed dei. Quod ſcribis te apud dominos iſtos omni genere uirtutis illuſtriſſimos permãſurũ laudo cõſiliũ & gratitudinem tuam: uel quia eos honeſte deſerere non poſſes hoc tẽpore uel quia digniſſimi ſunt: quibus omnes q̃ libentiſſime ſeruiamus. Vale. ex Burgis pridie calẽdas Nouembris.

Lucius Marineus Siculus Iacobo Contareno
Venetorum Legato uiro præſtantiſſimo. S.

TEtraſtica illa duo in Heliſabes Hiſpaniæ reginæ xp̃aniſſimae laudes a me ſcripta: quæ tibi per pulchra uiſa fuiſſe dicebas: & reginæ noſtræ maxime cõuenire Iacobe Venetorũ orator ſapientiſſime: ut tibi de ſiculis omnibus benemerito morẽ gererẽ: cũ aliis: quæ Ioanni noſtro magnanimo principi dedicauimus: impreſſoribus dedimus. Semper enim ex quo mihi tua uel maxima uirtus perſpecta eſt omni ſtudio ſummaq; diligentia operam dedi ut tibi uiro nobiliſſimo & prudẽtia ac doctrina prædito ſingulari labores meos & obſequiũ præſtarẽ. Quod niſi ita facerẽ merito quidẽ me oẽs & negligẽtiæ: & ingratitudinis accuſarent. Tãta ẽ eni in me tua uel humanitas uel beniuolẽtia: ut iure quodã tibi uni oĩa debere cõfitear. Plurimũ præterea me mouet: ut tibi ſeruire percupiã uir egregie tua ſapientia tua grauitas tua animi moderatio aliæq; uirtutes: quibus Hiſpani ꝓceres oẽs qui te nouerũt: ac principes chriſtianiſſimi Ferdinãdus & Heliſabe te nõ amãt ſolũ & plurimũ collaudãt: ſed etiã uehementer admirant̃. Quid deniq; de tua doctrina non mediocri? Quid de moribus integerrimis? Quid de tua erga uiros doctos beniuolẽtia referã? Quã cupidus bonarum rerũ? q̃ uirtutis ſtudioſus? q̃ antiquitatũ diligens indagator oĩbus cognitus es? Melius eni ſolus ip̃e iam res hiſpanas nouiſti uerius didiciſti: q̃ quiuis hiſpanus etiã doctiſſimus. His igitur uirtutibus te non immerito maximus ſapientiſſimorũ Venetorũ ſenatus ad Hiſpaniæ chriſtianiſſimos principes oratorẽ mittendũ elegit. Nouerũt eni tuã probitatẽ tuã fidẽ tuã prudentiã tuam deniq; doctrinam cæteraſq; uirtutes egregias: quibus te oẽs colũt & diligenter obſeruant. Vale Ergo uir optime & Siculũ tuũ eſſe: ſemperq; futurũ tibi perſuade. Burgis Calẽdis Marciis anno. M.xc. Vii.

Lucius Marineus Siculus Ioanni
Vintimilio diſcipulo. Salutẽ.

PEtis a me ut tibi pro ſepulchro proaui tui clariſſimi Marchionis epitaphium mittam: quod ego te iubẽte ſuſcepi nõ inuitus. Sed multo libẽtius ſuſcepiſſem: ſi me uirtutes illius: quæ innumeræ ſunt & inmortales: explicare poſſe cõfiderẽ. Nã quid diſticho uel tetraſthico cõplecti poteſt? Marchionis eni proaui tui res ſtrenuiſſime geſtæ nõ epithaphiũ quidẽ: ſed magnas exigunt hiſtorias. Eius nãq; uirtus militaris: ut alias laudes omittã: cuius facta nõ ſuperauit? Puer eni & nonũ agẽs annũ ex ædibus ubi quaſi clauſus tenebatur egreſſus: paucis cõuocatis militibus uictricũ: qui eius bona noĩe tutoris occupauerat: a bonorũ ſuorum poſſeſſione fugauit. Deinde cũ Martin⁹ rex Aragonũ ĩ Siciliã traieciſſet ab eo exercitui ꝓficit̃:

Universidad de Deusto Biblioteca



cũ nōdũ ãnũ quartũ decimũ attigiſſet:ac ſumma uirtute militari cōplures ſiculos proceres:qui
a rege defecerant:eidē parere coegit. Quod cũ animaduertiſſet rex eũ ſtatim ad ſardos etiam
rebellantes miſit. Qui non inde prius rediit:q̃ ſardis omnibus in regis obſequium aductis. Ab
Alfonſo quoq; rege cōtra Mauros in Africā miſſus paruo exercitu numeroſam Maurorũ mul
titudinē incredibili uirtute ſuperauit. Florentinos præterea pii pontificis iuſſu domuit aduer
ſus eccleſiā pugnātes. Imitatus eſt enĩ Balduinũ illũ:qui tuæ familiæ ſua uirtute Vintimilii
nomē dedit:cũ equitũ namq; uiginti milibus ſexcenta Maurorum milia ſuperauit. Hũc itaq;
Marchio proauus:qui ſexagies a cãpeſtri prælio uictor rediit:& karolus pater tuus imitatus eſt.
Vale Burgis nonis Martii anno. M.ccccxc. Vii.

Lucius Marineus Siculus Ramiro
Nugno Gothomano. Salutem.

ET ſi nō ſine cauſa miraberis uir clariſſime:ꝓpterea qđ ego nec uiſus unq̃ tibi nec ullas
qđ ſciã:fama cognitus ad te ſcripſerim:mirari tñ ſtatim deſines:cũ primũ nobilitatē
eruditionē & humanitatē tuã ſingularē cæteraſq; uirtutes illuſtres reſpxeris. Quibus:
ut oēs p̄dicãt:cũctos Hiſpaniæ uiros nobiles añcedis. Hac ego tuarũ uirtutũ clariſſima fama ue
hemēter accēſus iã pridē te uel abſentē ſpōte colere diligētiſſime ſummaq; ueneratione cœpi.
Qua in re te mihi quicq̃ debere nō cōcedo. Nihil enĩ mihi retribuēdũ puto:ſi quid facio qđ iu
re tuis uirtutibus debeã:quodq; ſine mea uel maxima culpa ꝑtermittere nō poſſim. Debes igiť
nil mihi:debes tibi ipi plurimũ:debes oĩa uel ingenio:uel uirtutibus tuis:quæ te dignũ faciũt:
ut merito ſemper colaris & ameris ab oĩbus. Hortabať me etiã præter uirtutes tuas: ut te mihi
uenerãdũ colēdũq; ſuſciperē:multorũ annorũ cōſuetudo magnaq; familiaritas:quæ mihi ue
tus eſt & nō uulgaris cũ epiſcopo Cathinēſi & Calatrauæ clauigero fratribus tuis uiris omni uir
tute clariſſimis:quos ego inter oēs hiſpaniæ uiros illuſtres præcipue colo ueneror & diligēter
obſeruo:ipſiq; me mutuo diligũt & magnis officiis & honoribus afficiũt. Me monebãt deinde
& ipæ muſæ meq; tui nois cultorē eſſe iuſſerũt:quæ cũ ex Hiſpania iã decedere ſtatuiſſent:tē
unũ diligētē alũnũ & ſummæ uirtutis & immortalitatis maxime ſtudioſum gloriæq; cœleſtis
amore flagrãtē deſerere noluerũt:ut diuinũ tuũ & altius tēdens ingeniũ liberalibus diſcipli
nis & oĩbus mineruæ donis excultũ cũctis mortalibus deſpectis te unũ ſequerenť. Noui præte
rea nuper Gōſaluũ filiũ tuũ clariſſime indolis adoleſcentē elegãter & litteris & moribus inſti
tutũ. Quē mihi patruus ĩ latinæ linguæ rōne diligēter erudiēdũ tradidit. Quod ego ꝑfecto ſu
ſcepi non inuitus:nihil enĩ mihi optatius unq̃ fuit:q̃ fratribus tuis præſtãtiſſimis uiris & de me
ſemper optime merētibus morē gerere & labores meos & obſequiũ præſtare:illis enĩ tantũ de
beo quãtũ ſoluere uix poſſum. Si quid igiť filius tuus:qui nuper ſub nr̃a doctrina militare cœ
pit:profecerit: Tu nō mihi:ſed fratribus tuis acceptũ referre debebis. Tametſi nō tua minus q̃
illorũ cauſa facturus ſim. Te autē quoniã mihi hactenus oculis coram cernere nunq̃ licuit:hac
ſaltē epiſtola me tibi q̃ deditiſſimũ eſſe ſignificare decreui. Vale ex Methymna tertio nonas
Septēbris. M.cccc.iiii.

Ramirus Nugnus Gothomanus
Lucio Marineo Siculo. Salutem.

AVdierã iã olim Luciũ Siculũ doctrina excellēti & morũ præſtãtia uel litteras uel ꝓbi
tatē ipam ſuperare:ut qui tecũ aliqñ uel collocutione cōgrediant:eos oēs utroq; ti
bi deuincias. Quæ res me ualde cōmouerat: Amo enĩ ego doctrinã & maxime ab oĩ
bus laudatã:ut uehemēter deſideraueri m uel occaſiũculã:q̃ me tibi uiro elegãtis ingenii con
ciliaret. Iam uero quũ agentem me prior humanitate præueneris:ut dixerim data opera pal
mã præripuiſſe & gaudeo & abs te uinci facile patior. Litteræ igiť tuæ uir erudiſſime ualde me
delectarunt & quia intelligo q̃ meos ames & me uel uix auditũ cupias cognoſcere. Quod autē
ſignificas filiolũ ſuſceperis inſtituendum:uix crediderís quãtã læticiam mecum conciperim.



Eſt enim nemo cui ego mallē traderetur q̃ tibi doctiſſimo ac perinde caſtigato uiro. Eũ igitur
mi Luci ita tibi commendo:ut ſi feceris aliquando Siculum ſapiat:plane dicã:Siculo ſoluēdo
nō ſum:Interim tu me utere & rē gratã facies. Erit enĩ nihil quod tibi denegē. Vale.

Lucius Marineus Siculus Andreæ
Percollæ ſuo ut fratri chariſſimo. S.

ACcepi tandem litteras tuas. Quas nuper Verardus Adonius fiſcalis procurator mi
hi:non ſine magna cōmendatione uirtutis tuæ:diligenter reddidit:& ego diligen
tiſſime magnaq; cũ uoluptate perlegi. Te enim adhuc memorē ueteris amoris erga
me tui mihi plane ſignificare uiſæ ſunt. Quibus ego non ambitione quidem:ſed quia plures
annos in Hiſpania commoratus a patrio ſermone alienus factus ſum: latine ſi potero uel bar
bare potius reſpondere coactus ſum. Quoniam igitur mihi de conditione:quam apud noſtros
chriſtianiſſimos principes nactus ſum:tantopere gratularis mi iucundiſſime frater ingentes ti
bi gratias ago. Quod autē ſenectuti noſtræ magnũ aliquod beneficiũ & amplũ ſacerdotiũ:qđ
ego nunq̃ cōcupiui: q̃ſi noſtræ quietis cauſam uehementer optas:agnoſco quidē humanita
tē & ſolitam beniuolentiã erga me tuam. Tu tamen optime percolla ſiue tuis optatis fortuna
reſpondeat:ſiue nobis occiput ut ſolet oſtendat hoc tibi uelim perſuadeas:me tuis eximiis uir
tutibus nunq̃ defuturũ. Nãſi qua tibi ſpes in me unq̃ fuit:ea profecto te nũquã fallet. Vale &
Antonio noſtro muſicorũ omniũ principi meo noie nō ſolũ ſalutē dices:Sed plures quoq; da
bis amplexus. Iterũ Vale:& me propediē expecta:nã cũ prima mihi uiſa fuerit hirundo ad uos
q̃ primũ nauigabo.

Lucius Marineus Siculus Roderico Sãtillano. S.

SEdebã modo apud quoſdã uiros hiſpaniæ nobiles nonnulloſq; pōtifices in regio ſa
cello:dũ ſacris more noſtræ religionis intereſſem:quum iuuenis quidã nō indoctus
& ingenio clarus duas mihi legēdas epiſtolas tradidit ex tēpore ſcriptas:ut ego ſi poſ
ſem uel aliqua uerborũ cōiectura uel dicēdi ratione:uel ſaltē caracteribus ac ſtilo cuius eſſent
agnoſcerē:& an diſertæ ſatis & elegantes eſſent declararē. Quod qua ratione factũ fuiſſet mihi
& ſtudioſe & ſæpe quærēti ne ab ipo quidē qui legēdas mihi dederat ſcire licuit. Eũ tñ aut me
hac in re:aut meũ de litterarũ auctore iudiciũ:qđ magis credo:experiri uoluiſſe putaui. Nam
ubi de eo me ſatis honorifice nec uere minus locutũ audiuit:repetitis epiſtolis nō parua quidē
affectus læticia diſceſſit. Sed iã ad meã ſententiã de litteris deuenio. Reuolutas igiť epiſtolas
primũ diligēter inſpexi:nullũ ſcribentis manus indiciũ elemētorũ forma cognoui:mox tamē
ſtilo pulcherrimo & litterarũ ſpecie captus legere:nulla tñ uoce nulloq; linguæ motu:ſed men
te:qua multo facilius ac melius oĩa perpēdunť:cogitabũdus incœpi. Vtrãq; demũ epiſtolam
magno animi ſtudio totaq; mētis cōtēplatione nec ſine magna uoluptate perlegi:nō parũ pro
fecto tã magnũ ingeniũ:tã excultũ ſermonē:tã eximiã doctrinã:tã deniq; elegantē manũ ſcri
bentis admiratus:minus tñ legendo cuius eſſent depræhendere potui. Quare earũ auctorē me
neq; litterarũ forma:neq; genere ſermonis percipere potuiſſe reſpondi. Dixi tamen quod ſi ex
utroq; me hoc iudicare opporteret:eũ:qui tã pulchre tamq; ornate litteras extemporales neq;
præmeditatus ſcripſiſſet:Italũ potius q̃ Hiſpanum eſſe contenderē. Hiſpanorũ enĩ mihi uel
centũ quidē ac diuerſæ ſi legantur epiſtolæ:facile cuius quæq; ſit ſtatimq; depræhēdere ſoleo.
Sumus enĩ planipedes fere oēs:& qui nō cothurnis:ſed uix adiuti ſoccis incedimus. Nã ego:&
ſi ſum natione Siculus:uiginti tñ annos ĩ Hiſpania cōmoratus:cũ aliis ĩ rebus:tũ & ĩ hac inter
hiſpanos maxime annumerari uolo. Hũc itaq; uirũ perdoctũ pulchreq; latinis litteris excultũ
aut nō hiſpanũ eſſe dixi:aut hiſpanũ a teneris annis diligēter apud Italos eruditũ:qui cũctos
mortales nō nr̃i ſolũ tēporis:ſed ueteris quoq; pauciſſimis exceptis omni litterarũ genere lon
ge præſtãt. Hũc igiť uirũ:cuius ille diſertiſſimæ lr̃æ eſſent:italis præceptorib⁹ operã dediſſe af
firmare auſus ſum:atq;:ni fallor:ex uberrimo præcipue Philippi Beroaldi uiri eloquentiſſimi

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



fonte largoq; hauſtu ſitibũdũ magnoq; uirtutis amore flagrantẽ ad ſacietatẽ uſq; perbibiſſe.
Quẽ quidẽ & excellẽtis ingenii magnitudine mirabili : & diligẽti aſſiduoq; ſtudio uſq; adeo
ſcribendo imitari ſtuduiſſe totis uiribus enixus eſt:ut eius nõ diſcipulus quidẽ:ſed æmulus po
tius fuiſſe uideat᷑.Quod adeo mihi cõpertũ eſt:ut ſi uel ipſe corã nunc adeſſet inficias ire non
poſſet ſe Beroaldi uel auditorẽ diligentiſſimũ uel operũ ſtudioſiſſimũ fuiſſe.Cuius elegãtiſſi
ma uerba latiis floribus ornata doctiſſimorũq; uirorũ lectionibus exculta prorſus ab omni ge
nere uulgaris orationis abhorrent.Nihil enĩ horridũ nihil incultũ nihil ineptũ ſapiũt ſed po
tius ſi recte conſiderentur nunc Ciceronẽ modo Quintilianũ interdum Liuium Valeriũ quã
doq; maximũ nõnũquã Pliniũ ſæpius tranquillũ ip̃m deniq; Beroaldum paſſim præſeferũt.
Huic igitur ſi hiſpanus eſt:plurimũ quidẽ tota debet Hiſpania :quo uno poteſt nõ immerito
gloriari.Hũc ergo oẽs hiſpani tanq̃ magnũ numẽ obſecro uenerent᷑:nouũq; ſidus adorẽt:hũc
equites:hũc proceres præcipue colãt:hũc hiſpaniæ põtifices collaudẽt:hũc populi ſummis uo
cibus extollãt:hũc deniq; Ferdinãdus rex & Heliſabe regina nr̃i xp̃ianiſſimi principes cogno
ſcãt:ament:cõſulãt & maximis officiis & honoribus afficiãt.Qui:uti eius teſtant᷑ ep̃læ : nõ mõ
ſingulari doctrina & ingenio maximo plurimũ ualet:ſed cõſilio quoq; prudẽtia humanitate q̃
maxime pollet.O quãtũ i ſe uel honoris uel boni uirtus habet:quæ ut ſola per ſe oĩbus expetã
da eſt:ita nos eos amare ac laudare cõpellit:ĩ quibus aliquod eius lumẽ apparet : qđ ego tũ in
aliis per multis uiris expertus ſum:tũ uero & ĩ hoc uno:qui & ſi mihi notus hactenus nõ eſt:eũ
tñ eius lr̃is inſpectis uirtutis plenis & humanitatis deinceps mihi propono quã maxime colen
dũ.Hæc cũ magno omniũ qui aderãt ſilẽtio atq; admiratione dixiſſem:me quidã nõ parũ læ
tus ac pene ſubridens percõtatus eſt:ſi forte quis eſſet in Hiſpania hoc tẽpore natione hiſpanus
qui cũ hoc in ſcribendis epiſtolis cõferri poſſet:cui ego ſine ulla cũctatione hũc:qđ abſq; alio
rũ inuidia dictũ uelim:nõ ſolũ hiſpanos oẽs eloquẽtia & eruditione latineq; ſcribẽdo lõge ſu
perare:uerũetiã italis illis:qui doctiores habent᷑ minime inferiorẽ eẽ reſpõdi. Quo reſpõſo da
to ſacriſq; peractis e ſacello regioq; palatio diſceſſimus. Neq; poſtea mihi quicq̃ fuit optatius ne
q; diligẽtius quæſitũ:quã ut hominẽ:qui ita diſertas lr̃as & uolãti calamo ſcripſiſſet:cognoſce
rẽ cõuenirẽmq;.Cuius rei iã dies octo magna me quidẽ cura & incredibile deſideriũ tenet:qđ
animũ a cogitatione quieſcere nõ ſinit.Interdũ mecũ cogitans ſi quẽ eorũ:quos hic litteratos
nouimus:illud ſcribẽdi genus argueret:nemini cõuenire ſine dubio cognoui. Ad non nullos
ſæpe miſi:Si quis hoc tẽpore uir diſertus ex Italia forte ueniſſet:nulloq; reperto:egomet hodie
ĩ regiã domũ me cõtuli:ubi cũ ĩ ambulacro quodã ſolus incederẽ:uiros quoſdã non ignobiles
de doctioribus tã hiſpanis quã de aliis:qui nũc ĩ Hiſpania eſſent:uiris inuicẽ cõferẽtes audiui.
Quibus diſſimulãter acceſſi:nemo enĩ illorũ me nouerat:ab his nõ nullis noĩatis peritioribus
& ſine ulla collatis inuidia:eques quidã nobilis aiebat uirum quendã hiſpanum bene diſertũ
& genere nobilẽ nomine Rodoricum Santillanum atq; ordinis militiæ Ciſtercienſis titulis &
armis inſignitũ nuper ex Italia:ubi plures annos legum ſtudiis ac liberalibus diſciplinis impẽ
derat:in Hiſpaniam rediiſſe:& eundem hic eſſe:qui & ſi minus notus erat: propterea quod re
cens uenerat:q̃ cœteri:multo tamẽ omnes Hiſpanos tum loquendo:tum ſcribendo:tum etiã
intelligendo præſtabat.Quẽ cũ ita dicentem audiuiſſem non parum quidem acquieui:eum
enim mihi ſignificare uidebat᷑:quem ego tantopere cõuenire cupiebam.Quare me tum ferre
quidẽ nõ potui:ſed modeſte tñ ab eo de eius:quẽ tã honorifice cõmẽdauerat : hoſpicio q̃ſiui.
In foro uenali mihi perbenigne ſtatimq; reſpõdit:nõ p̱cul a bibliopolis. Tũ ego confeſtim ad
hoſpiciũ meũ me cõtuli:ac dũ hæc ſcribo puerũ te quæſitũ miſi:cui ex tuo iã inuẽto hoſpicio
redeũti hanc uel tumultuariam epiſtolã & propterea fortaſſe minus cultã ad te dedi. Quare te
pro eo:qđ uel uirtuti uel humanitati debes:obſecro:ut ſi tuæ illæ lr̃æ fuere:Quibus de ſtatoris
origine differebat᷑:ne me pẽdere diutius hoc animi deſiderio patiare. Potes enĩ me breuibus
ſiue lr̃is ſiue uerbis magna cõtinuaq; cogitatiõe liberare.Quod ſi ut ſpero feceris ego tãti factu
rus ſũ quãtũ puto me tibi p̱ſoluere nõ poſſe:niſi tu forte cõtẽtus eris me tuarũ uirtutũ & erudi
tionis p̱conẽ p̱petuo futurũ.Sin minus illas tu lr̃as ſcripſiſti:& ep̃la nr̃a tibi fortaſſe uel ĩportu
na uł moleſta fuerit:ueniã p̱cor. Vale Methymnæ octauo calẽdas Aprił anno.M.ccccc.iii



## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER VNDECIMVS.

Lucius Marineus Siculus Ario Barboſæ Luſitano.S.

ſ

Aepe mecũ cogitare ſoleo uir doctiſſime:quid cauſæ fuerit : cur
ad Siculũ tuũ in tãto tẽporis interuallo nunq̃ nõ dicã litteras:ſed
ne ſalutẽ quidẽ miſeris:cũ præſertim te ip̃m nõ mõ uirum doctũ:
ſed hominẽ quoq; perhumanũ cognouerim. Quare tua uel eru
ditiõe uel humanitate q̃ maxime frætus noſtrã amicitiã:& ſi nul
lis officiis p̱pter meũ iſthinc diſceſſum cõfirmauimus:ſatis tñ uel
ip̃a ſtudiorũ noſtrorũ ſimilitudine qua cœpta eſt:nõ mõ firmã ſa
tis & cõſtãtẽ:ſed poſteritati quoq; notã fore perpetuãq; mihi per
ſuaſi. Et quãtũ in me fuerit dabo equidẽ ſemper operã diligẽter
ut mea hæc nõ me fallat opinio.Quod mihi multo quidẽ facilius erit:ſi tu quoq; idẽ ſtatueris:
& in amore Siculo tui nois & honoris amãtiſſimo reſpõdere uolueris. Dilexi ego te hactenus
ob eruditionẽ tuã ſingularem & optimos mores:ſed meũ ĩ te amorẽ nõ mediocrẽ tanq̃ parens
optimus minus tibi ſignificaui.Quid nũc inquis? Non me diligis? Nõ inq̃ diligo:ſed amo po
tius:ſi te ſinis amari. Nam poſteaq̃ mihi nunciatũ eſt q̃ diſerte q̃ ornate quãq; facunde nuper
in perorãtẽ Flãminiũ diſſeruiſti:tantus ad amorẽ:quo te p̱ſequebar:cumulus acceſſit:ut nihil
in te amãdo mihi eſſe poſſit ardẽtius.Hoc ego & ſi a multis doctis ac probatis uiris acceperã:ab
ip̃o tñ Flãminio multo clarius intellexi.Qui apud me tuã eruditionẽ non ignatã mihi quidẽ:
tuã facũdiã orationis ornatũ & diſſerẽdi uirtutẽ longo ſermone celebrauit.Gratulor itaq; tibi
mi Ari magnos honores aſſecuto & merito quidẽ ut debeo plurimũ gratulor:mihiq; ſummo
pere gaudeo.Cæterũ quã mihi hoc iucũdũ:tã illud poſtea moleſtũ fuit:qđ a multis accepi:te ĩ
grãmaticæ p̱feſſione Spinoſæ cõpetitorẽ fuiſſe.Ille enĩ & ſi uir p̱bus & nõ indoctus habet᷑:tecũ
tñ ĩ re litteraria cõferẽdus nullo mõ fuit.Scio ego enĩ quãtũ nõ dicã iſtũ:Sed oẽs etiã hiſpaniæ
uiros doctos:qđ ſine cuiuſq̃ inuidia dictũ uelim:tũ græcarũ tũ litterarũ latinarũ rõne añcedis.
Quã ob rẽ mi Ari:ſi mihi ignoſcis:tuã ĩ hoc uel cupiditatẽ uel imprudẽtiam accuſabo. Video
enim te parui quæſtus amore captũ cõmodũ honeſto prætuliſſe:qđ te uirũ perdoctũ ac pene
ſtoicũ mea certe ſententia nõ decuit.Qua ĩ re nõ parũ quidẽ miror tuæ Mineruæ oculos caliga
tos.Nã & ſi grãmaticæ p̱feſſionẽ iſtã te conſecuturũ exploratũ tibi fuiſſet:nulla tñ rõne te tam
parua ſtipẽdii acceſſio mouere debuerat:ut relicta ĩ gymnaſio pulcherrimo rethorices lectione
inſpurciſſimis haris grãmaticẽ p̱fitereris:nõ quia p̱feſſio grãmatices honorifica nõ ſit:ſed quia
apud hiſpanos nõ ſolũ ĩ honore nõ eſt:ſed etiã ludibrio habeat᷑.Cæterũ neſcio qua tu rõne du
ctus dignitatẽ tuã & honorẽ leuiſſimorũ puerorũ ſuffragiis credidiſti:nõ tñ ignarus quã facile
nõ dicã cruſtulis & bellariis:ſed uiliſſimis etiã caſtaneis ſeducũt᷑. Tu uero & ſi te mõ uł tui ip̃i9
uel aliorũ cõſilii pœnitet:te uotũ tñ aſſecutũ nõ eẽ moleſte ferre nõ debes. Eſt enĩ res apta tibi:
qm̃ grãmaticorũ & ruricolarũ permoleſtas & aſſiduas ineptias diutius ferre minime potuiſſes.
Poſt hac igit᷑ mi Barboſa te p̱ mutua inter nos beniuolẽtia ita cautũ eſſe uelim:ne mihi rurſus
aliud egiſſe uideare. Tua enĩ dignitas nõ minori quidẽ mihi curæ ẽ:q̃ tibi ip̃i. De me aũt ſi for
te quid agã ſcire uelis:interdũ ſcribo:ſæpe diſcipulis lectiones expono:ſeruio principibus ſed
ĩ ſacris:proſũ m̃tis:inuideo nemini:bonos:ſi qui ſũt:colo:cupio nihil:ĩprobos & aliud agẽtes
cũ Democrito rideo:miſerorq; cũ Heraclito:nõnũq̃ ludo:nõ tñ pila:nõ calculis : ut olim tecũ:
ſed cũ Politiano tuo:cuius nuper factus ſum quã familiariſſimus. Vale.

Arius Barboſa Luſitanus Lucio Marineo Siculo.S.

g

Ratiſſimæ mihi fuere litteræ tuæ:quarũ ut ſignificatio ſummi amoris erga me tui
mihi periucũda:ita cãdida & ſine labe ſimplicitas & citra omnẽ fucatã ſimulationẽ
libertas fuit iucũdiſſima. Nã quid ego de elegãtia ſtiloq; dicã? Qui labit᷑ ſuauiſſime

Universidad de Deusto Biblioteca



placidoq; ſimillimus anni. Sed de hoc alias. Quereris mi Sicule ſatis amãter: qđ non mõ nihil litterarũ ad te: quẽ plane meũ ſemper norã: ſed ne ſalutẽ quidẽ ĩ tãto tẽporis interuallo miſerim. Atq; hic: quod indignius: requiris uel doctrinã uel humanitatẽ meã. Addis præterea ſi per me licuerit: te daturũ operã: ut nr̃a amicitia ſicut cœpta ſit: firma cõſtãſq; ſit adeo: ut etiã poſteritatis memoria cõmẽdeť. Mihi uero iſta cõqueſtione nihil potuit gratius cõtingere. Eſt enĩ plena humanitatis officii beniuolentiæ uiuaſq; ueri amoris uoces exprimis. Nihil ruſus eodem mihi acerbius potuit euenire: cũ me ea humanitatis laude: qua paucis aut nemini cedebã: iam tuo iudicio careã: inq; ſuſpitionẽ apud te uenerim: me ĩ nr̃a amicitia excolẽda paulo negligentiorẽ fuiſſe. Ego mi Sicule: ut te ſemper amaui: ita quoq; nũc amo: & fortaſſe uehemẽtius quo mihi tuæ uirtutis ac doctrinæ gloria iudicio maturiori cõprobať: cõprobata reddiť amabilior. Sed urges: quid ita igiť nũq̃ ſcribis? Nunq̃ abſẽtẽ ſalutas? ſalutaui eqdẽ frequẽtiſſime poſtq̃ ubi degeres certior factus ſum: quamq̃: hi qui iſthinc ueniũt: te ita latere ita te tibi uiuere aiunt: ut nõ minus ſis iuuẽtu difficilis: præſertim ĩ tãta aulicorũ frequẽtia: quã fera: quæ nõ a turba uenãtiũ: ſed ab uno in mõtibus inueſtigatur. Ergo tu mi Marinee: ut bonus atq; æquus æſtimator pro ea humanitate: quã profiteris: in aliena culpa mihi ignoſcito: quamq̃ ne ignoſcito quidẽ: cũ tuus ſemper & animo & factis extiterim: ſed tibi perſuade me nihil unq̃ prætermiſiſſe: prætermiſſurũq;: qđ ad noſtrã amicitiã redintegrãdã uel ſtabiliendã pertineat. Dicis porro te & honore noſtro lætatũ eſſe: & incõmodo doluiſſe. Vtrũq;: ut ab optimo animo meiq; amantiſſimo cõplector: atq; iſtius rei noĩe me tibi ingentes gratias debere fateor. Nec enim unq̃ ſinceri amoris perfectæq; amicitiæ ueritas facilius perſpiciť: quã ſi fortuna refulſerit gratulantis animo: uel ſi eadẽ immutata ſic cõdolẽtis. Nã quod & amice & cãdide imprudẽtiã meã cupiditatẽq; accuſas: qui cũ oẽs hiſpaniæ uiros doctos græce latineq; antecedã: in grãmaticæ profeſſione ſpinoſam neſcio quẽ cõpetitorẽ habuerim de relicto honeſti ſplẽdore in altero: cum me eruditiſſimis hominibus anteponis: me plane a te irrideri credidiſſem: niſi agnouiſſem amoris iudiciũ: in altero quia nos tuo præclaro exẽplo ad libertatẽ cãdorẽq; inuitas: fateor me tuã prudentiã requirere: atq; aciẽ nõ oculorũ: ſed mẽtis tuæ perſpicacis uehemẽter deſiderare. Vbi eſt acumẽ tuũ mi Sicule? Vbi ſtoica illa grauitas? Vbi uiuax ingeniũ: ut iſta de nobis: ne quid grauius dicã: tã incõſiderate & ſcriberes & ſentires? Equidẽ niſi mihi penitus uirtus tua perſpecta eſſet: quãq; procul iſte tuus ſapiẽs animus ab omni auaritiæ ſuſpitione degat compertũ habuiſſem: profecto affirmaſſem ob unã cupiditatẽ miſeram olim te ĩ ſimile certamẽ deſcẽdiſſe. Nec dubitaſſem cũ Plauto cõcinnere: ex moribus tuis alienos ꝓbas. Verũ nobis: ſicut & tibi: ni fallor: alia ratio aliud ꝓpoſitũ multũq; diuerſa uoluntas fuit: quã arbitrare ĩ illius ꝓfeſſionis petitione. Nõ enĩ me ſtipẽdii maioris acceſſio tãtũ mouit: quãtũ publicæ utilitatis gr̃a: Inq; academiã hãc nr̃am: quã ego patriæ añpono: amor meus incredibilis. Videbã ſane iã tũc: qđ nũc uideo: ob inſcitiã ne dicã barbariẽ præceptorũ qui primæ litteraturae fundamẽta ſine calce iaciebãt: hoc ẽ ſine ullo Romanae linguae cãdore: Vix duos treſue Salmãticae inueniri: qui latine loquerẽť: plures qui hiſpane q̃ plurimos qui barbare. Quo circa parricida mihi pene uiſus fuiſſem ſi huic parẽti meae ĩ tali occaſione defuiſſem: ꝓſertim cũ mihi res ip̃a offerretur tanq̃ certa indubitataq; ab his: quorũ cõſilio ac nutu achademia haec nr̃a adminiſtrať. Et tu me hic honeſto cõmodũ ꝓtuliſſe ais cũ pietatẽ hãc meã laudare debuiſſes. Vbi eſt ſapiẽtia tua mi Marinee? Nũ quaeſo dormitat? an uigilat & grauioribus p̃ſſa curis alio ſeceſſit atq; euolauit? Attẽde enĩ paulisper cogitationẽq; ĩ hoc ſolũ ſiſte ad diſcrimẽ temporis. Si nullum factum meum iniuſtum profers quid reprehendis? Si reprehendis quid queſo affers ob quod me repraehendẽdũ iudices? Nam ſi profeſſionem illam mihi deberi autumas non prudenter me honeſto commodum praepoſuiſſe aſſeueras. At rem incertam inexploratamq; petiuiſti inquies. Petiui ſane ſicut & Marcus Cato conſulatum uir non ſolum bonus & ſapiens ſed etiã cum laude cumulatus. Nec uero ego illi ꝓfeſſiõi fortaſſe nimis idoneꝰ q̃ cõſulatui Marcus Cato. Pugnabat homo ille pene diuinus in comiciis ſola integritate. Nos quoq; ius noſtrũ cõmẽdabamus ſola uirtute tecti. Cõpetitores Catonis tribus Romanas machinotiõe ſed p̃cipue auro corruperũt: at nr̃i nõ mõ auro & pueros & uiros allexerũt ſed etiã: ut ais: caſtaneis nõnũq̃ glãde. Quid ergo?



Num aliquis Catonẽ petitionis illiꝰ titulo accuſauit? Nemo ꝓfecto ſanus: nec uero me unq̃ facti pœnitebit: ſicut nec bonitatis meæ ſi bonus ſum pœnitet: qui huic parenti meæ: q̃ tot ãnos me aluit honorificentiſſime: qđ debui præſtiti. Nec tñ propterea qđ maliuolorũ conſpiratione repulſam paſſus ſum: ip̃am deſerã: niſi cũ me uita deſeruerit. Iã uero illa de ꝓfeſſionis & gymnaſii cõparatione ſpecioſa magis q̃ uera argumenta me mouent nihil. Quippe qui illa & tuis canis moribus & ſenili grauitate prudentiaq; indigna ꝓrſus cenſeã. Nõ enĩ a loco ꝓfeſſiõe ue hõ doctus: ſed ab hoĩe docto locus ꝓfeſſione honoranť. Quod aũt nobis tã diligenter cõcinneq; de uitæ tuæ ꝓgreſſu ſcribis: gaudeo plurimũ gratulorq; tibi mi Sicule: qui uitã quietã tranquillãq; agas & quaſi celeſtẽ. Nã cũ Politiano meo ludas: tibi ſi fas ẽ inuideo: q maioribus allectus ſtudiis uix hæc quãq̃ optima ſunt intueor. Sed iã fortaſſe pluribus tecũ ago: quã uel occupatiões meæ uel tuæ ꝑmittũt. Illud ergo in extremo huius ep̃læ giro tãtũ dicã: me ob iſtã hũanitatẽ: qua me prior ꝓſecutus es ſcribẽdo: tibi multũ debere. Spero enĩ iſta lr̃arũ reciprocatione futurũ: ut amicitia nr̃a: q̃ ob locorũ interuallũ pene intermiſſa ẽ: nõ augeať: cũ ad ſũmũ peruenerit: ſed qđ æquũ ẽ & integreť & roboreť. Vale.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo aluaro. Sa.

CVm proximis diebus ex montibus pyreneis & Galliæ cõfinibus Methymnã ueniſſẽ: te ꝓfeſſorẽ eſſe poeticae lectiõis accepi. Qua qdẽ re ꝑ mutua inter nos beniuolẽtia magnæq; amicitiæ cõſuetudine tibi: uti debeo: q̃ maxime gratulatus mihi quoq; ip̃i gauiſus ſum ualde. Nemo eſt enĩ in iſta florẽtiſſima bonarũ artiũ academia: cui fœlicius oĩa ſuccedere Siculus optet q̃ tibi: cuius ingeniũ eruditionẽ modeſtiã mores deniq; elegãtiſſimos nõ mõ dilexi ſemp & p̃dicare ſoleo: uerũetiã mecũ ſum ip̃e ſæpe uehementer admiratus. Quã ob rẽ dubitare Alfonſe nõ debes te mihi q̃ chariſſimũ eſſe uirtutibus & meritis tuis: quibus ſpero & opto: ut in iſto gymnaſio multo maiores prouentus & honores ampliſſimaq; munera: q̃ tuo magno & exellenti ingenio ſingulariq; doctrina digna ſint: conſequare Vale.

Lucius Marineas Siculus Antonio aquilari. S.

i

Sthinc qui ad curiã regiã ueniũt: oẽs me noĩe tuo diligenter & officioſe ſalutãt. Quã ob rẽ magnas tibi gr̃as ago: facis tu enĩ qđ meorũ diſcipulorũ pauci: uel: ut uerius dixerĩ: nemo: ac tibi cũ gr̃as ago uehemẽter etiã gratulor: ꝓptereaq; lectionẽ: quã olim a me diligenter audire ſolebas: nũc in iſto florentiſſimo gymnaſio publicus oratoriæ ꝓfeſſor aliis eleganter: ut multi mihi retulerũt: exponis. Duplicẽ igitur tibi debeo laudẽ: quarũ alterã tribuo ingenio & diligentiæ tuæ: alterã uero uel gratitudini uel hũanitati. Quoniã ex infinito pene diſcipulorũ numero te qdẽ unũ uideo Siculi p̃ceptoris memoriã tenere: qđ ut ſemp facias & ego ex lr̃is tuis cognoſcere & affirmare melius poſſim: te etiã rogo atq; etiã. Nõ qđ de tua in me uel obſeruantia uel amore dubitarẽ: ſed ut hoc tẽpore: quo locorũ intercapedine diiuncti ſumus: mutuis inter nos lr̃is colloquamur. Vale ex Methymna idibus Marciis ãno. M.ccccc.iiii.

Lucius Marineus ſiculus Petro alliato ſuo. S.

POſteaq̃ profectus ſum in Hiſpaniã: ubi nr̃is principibus ſeruiens annos duos & uiginti ſum cõmoratus: ad te uir p̃ſtantiſſime: cui plurimũ debeo: nullas unq̃ lr̃as dedi. Quapropter & te diuturnũ meũ mirari ſilenciũ & me nõ parua reprehenſione dignũ exiſtimo. Nã & ſi qđ ad te ſcriberẽ nihil erat: tibi tñ optimo uiro & de me bñ merito ſaltẽ ubi eſſẽ & qd agerẽ meis lr̃is ſignificare debebã. Quod & ſi neq; ingratitudine neq; obliuiõe bñficii & amoris erga me tui p̃termiſſum eẽ cognoſco: meã tñ excuſare negligẽtiã nullo mõ poſſum: ꝓptereaq; iã uideor ab officio meo diſſeſſiſſe. Nũc itaq; mihi: qm̃ me iſtuc ꝓpediẽ nauigaturũ ſpero: ad te ep̃lam p̃mittere placuit: q̃ uerecũdiæ nr̃æ partem ipſa ſubiret. Vale. ex Neapoli.

Ioannes morellus Lucio Marineo Siculo expolitæ facundiæ. Sa

Universidad de Deusto
Biblioteca



ADeo nomē tuū in horas increbeſcit uir hūaniſſime:ut nec iā inuidia quidē ſe contineat ab enarratione tuæ uirtutis. Quare nō ſim ſine probri ſuſpitione:ſi ab omnium cōmuni de te ꝑdicatione abſtineā:quū ꝑſertim nō mea me conſuetudo hactenus ad alternā detractionē impegerit:q̈uis:ut quicquid ē mei ſtomachi tibi undecū\ꝗ aperiā:litteratis uiris plerū\ꝗ citra maleuolētia tñ inuiderim & tibi in primis:cuius ingeniū inuiſuros facilius q̄ imitaturos reperies:igit̃ ut tā tibi q̄ mihi ſatiſfacerē:Qualis es in ore omniū: talē te lr̃is ſi nō ornatis at certe ſimplicibus uolui oñdere:ſimul ut iacēti manū porrigas:& uelut ſepultū exſuſcites. Nā ut Themiſtocles Trophæo Milciadis:ſic tua ego gloria experrecturus ſum. Vale Neapoli.xi. kl'as Martias.M.ccccc.vii.

Lucius Marineus Siculus Ioanni morello iuueni litteratiſſimo.S.

REdditæ mihi fuerūt lr̃æ tuæ Morelle doctiſſime. Quarū teſtimonio qđ ſæpe de magno tuo & excellenti ingenio & eruditione ſingulari litteratis quibuſdā uiris & non nullis pontificibus ꝑdicauerā meo\ꝗ ſolo ꝑconio & auctoritare perſuadere minus poterā facile cōprobaui. Sūt enī lr̃æ:quas ad me Ioanni Boſcano dediſti:nō mō ſublimes elegantes & cultæ:ſed etiā doctæ graues & caſtigatæ:at\ꝗ hoīs quidē:qui nō nr̃i tēporis hominū ueſtigia ſectat̃:ſed priſcos illos qui ſcribendo ꝑſtantiores fuerūt æmulātis. Prudenter igit̃ & opportune ſcripſiſti. Tuis enim lr̃is inſpectis oēs quidē apud quos doctrinā tuā ut debebā cōmendauerā:& te iam eū quē ego ꝑdicauerā eſſe cognoſcūt:& me te uere merito\ꝗ laudaſſe cōfitent̃. Te uiris doctis & ꝑcipue mihi inuidere:qualeſ\ꝗ de me ſint hominū ſermones ad me ſcribis. Ego uero & inuidiā iſtā tuā:quæ uirtutis æmulatio eſt:ualde probo:& q̈uis nōis ſum:quē multorū maxima uirtus & ſingularis hūanitas ꝑdicare ſolet:tuā tñ & aliorū de me opinionē hāc plurimi facio. Hæc enim uel ſola me dormientē excitare poterit. Quod aūt dicis:ut iacenti tibi dexterā porrigā:libenter equidē facerē:ſi mihi uires ſuppeditarēt:quibus te altius attollerē. Sed tibi profecto:qui in nullius unq̄ præceptoris uerba iuraſti:duce opus nō ē:tuo ſiquidē ductu fato\ꝗ uocāti:iuga Parnaſi montis aſcendiſti. Si qua tñ extra doctrinā res ē: in qua ego iuuare te poſſim ſcito me ſine ulla uel cunctatione uel excuſatione libētiſſimo animo facturū. Vale ex hoſpicio nr̃o.iiii. kl'as Martias. Anno.M.ccccc.vii.

Ioannes morellus Lucæ Marineo Siculo diſertiſſimo uiro.S.

QVibus ego uerbis te uir hūaniſſime ſubſequar neſcio mei ꝑſertim ambiguus:ſim ne aut qualē pridē cognoui:aut quē nuꝑ aſpexi:aliū enī lr̃æ me tuæ effigiāt:aliū me porto ſub pectore:uis tñ tāta ē ī lr̃is: q̈s glutino oratorio cōpegiſti:ut qđ de imbecillitate mea cōpertiſſimū habeo:neſcire me cōpellāt:& ſi de ioco nō eſſem ſuſpectus:tā blāde mihi ī ſpecillo tuarū lr̃arū exꝑſſa imago imponeret:ut poſſit timeri: ne idē me at\ꝗ lyriopes filiū caſus excipiat:quod me inſpexerim : ſed harū ego magnitudinē:quā interius ꝑſentio:nequeo e calamo ad librā extorquere:nec gratū:ſi poſſim: ne a te laudatus:ſi te laudauero:magis gr̃am referre:q̄ ꝓferre iudiciū uidear. qđ de facili ꝓbatione de\ꝗ aliorū ex lr̃is cōfeſſione ſcribis: accipio: ut ab hoīe benigniſſimo:æquū eſt:ſed Antiſtrephonta metuo : cū ex eadē ep̃la ego ip̄e nō ignorē habere aduerſarios:qđ retorqueāt:imo tu ſi halieti ingeniū imitere:ille enī ut dicit̃ :implumes & iā cū pullos intueri ſolis radios cogit:quos ſi conniuentes flenteſ\ꝗ aīaduertit:e nido ꝑcipitat tanq̄ adulterinos degenereſ\ꝗ:Ita ep̃lam meā ſi iudicii tui radiis obieceris:trepidare ſenties:& nō ꝑferē tē ingenii tui aculeos ceu ſub ditītiā ꝓculdubio expones. Vtcū\ꝗ tñ ſcripſiſſe iuuat uel hac ſola mercede cōtētū:Quod ſolertiā Diomedis in muneris uiciſſitudine exæquauerim. Nō enī mea dodrantē tua uero centuſſem excedit. Vale.

Ioānnes ſobrarius Alfonſo Aragoneo Cæſarauguſtano ꝑſuli.S.

LVcius marineus ſiculus mihi retulit ſe tibi oñdiſſe uerſicl'los quoſdā illuſtriſſime princeps quos ſupioribus dieb⁹ paululū ocii natus rapti & calamo currēte luſi:eoſ\ꝗ ut ſtati ad te mitterē hortatus ē. qđ ego hacten⁹ diſtuli timēs ne te illepidis uerſicul' offēderē.



Sed cum tuam mecum ipſe contemplarer humanitatem:nō erubui eos qualeſcum\ꝗ ad te mittere: Nam quantum prius me tuus deterrebat aſpectus:tantum poſtea tua me inuitauit humanitas. Accipe igitur læta fronte princeps humaniſſime ſobrarii tui ſerui munuſculum breue ueluti præludium quoddā debiti ſeruitii:quo deinceps ego curabo:& enitar:ut tuo obſequio nr̃æ ſemper aduigilent lucubrationes. Vale decus & patrociniū uirtutis & lr̃arū.

Lucio Marineo Siculo ſuo Montoya. S.

QVam mihi ualitudo abſtulit eā amice tibi ſalutē mitto. Quā ob meā in deos & hoīes pietatē e proximo ſperamus. Hoc uxor caſta:hoc Sthephanus Statiuſ\ꝗ & Valentina at\ꝗ Alfonſa liberi dulces expectant at\ꝗ humilimis & lachrymoſis ꝑcibus a deo ſummo aſſidue poſcunt. Hoc cuncta academia nr̃a percupit:hoc Alfonſus Petrus Guzmanus in tanta diſcipulorū turba:illa qua me paterna proſequit̃ pietate:ſupra cunctos exoptat. Qui ex quo in ualitudinē corrui aut a limine cubiculi aut a lecto quo iaceo:nr̃æ percupidus ſalutis nūq̄ abſiſtit. Heſterna nocte cū ſermones mecū confereret quibus morbum leniret:mihi retulit quo pacto inter excuſſores una cū Achille Britannico uiro ingenioſo & ſatis probitate lr̃iſ\ꝗ ornato te circa tuarū ep̃larū editionē intentū inuenerit. Adoleſcens aūt:ut eſt ſolertis ingenii & ad oīa ꝑſpicaciſſimus:cū perluſtraſſet cūcta:in te oculos animū\ꝗ coniiciens:quid cū impræſſoribus ageres:quid ad primū exemplar cōferres:quid culpares & emendares:quid deleres & mutares qđ adderes & ad ueritatem primi exēplaris incuſſa redigeres: Deni\ꝗ nihil reliqum fecit quod nō animaduerteret. Placuerūt adoleſcenti oīa:præſertim quod inter agendū cū tuo Achille loq̄baris. Quid plura? tres & eo amplius cōſumpſit horas:te admirans:te laudibus ad ſidera uſ\ꝗ ferens:te nouū Ciceronem diuino conſilio Hiſpanias miſſum ꝑdicabat. Ego uero ut magis adoleſcentis animū pertētarē:callidius me tibi ꝑferēs quid inq̄ agis mi Guzmane? hominē plus me plus præceptore meo Ferrariēſi plus nr̃o Antonio nebriſſenſi Hiſpaniarū lumine uero plus cæteris omnibus quos eruditiſſimos audimus & cognoſcimus Siculū Marineū facis & æſtimas? Ingenue reſpondit:alios neſcio te tanq̄ parentē meū Ramiriū Noniū Guzmanū diligo colo\ꝗ at\ꝗ reuereor & dū memor ipſe mei:oīs doctrine at\ꝗ eruditionis ſi quā ſum aſſecutus aut poſthac in hoc genere habiturus ero ſemꝑ te præceptorem dulciſſimū & inter alios ſn̄ia mea ꝑſtātiſſimū memorabo & prædicabo. Sed Sicnlū Marineū aliū ac cæteros cūctos iudico. Eū nō nr̃i generis nec ſanguinis in oī doctrinarū genere ſuperi creauerūt. Tūc his excepi ego. Vera profecto refers mi Guzmane & ut quæ de Marineo ſentis & non obſcura uoce ꝑdicas:maiori conamine poſthac quoquo gentiū terrarū\ꝗ proferas:audi ut ſoles atentius & uir iſte:qui ſit:& unde quæ uirtus quæ lr̃arū ubertas qua tempeſtate Hiſpanias uenerit:quātā nr̃is attulit eruditionē:quas hiſtorias ſcribendas ſuſceperit:paucis:aduerte:docebo. Hic eſt Marineus natione Siculus ab illa memoratiſſima terrarū orbe Syracuſiis urbe oriundus ex qua Theocritus ille etiā prodiit cuius afflatū poeticū in pectore & ſanguinē in genere eundem habere non ambigimus:mores cæterarū\ꝗ uirtutū ornamenta:q̄ bono uiro & conſumato conueniūt in eo depraehendes: praetereo hominis grauitatē in rebus agēdis: & cū amicis iucunditatē:ſermonis dulcedinē & in oīre modū conuenientē: ut iā Horatianū illud regulā habeat uiuēdi. Eſt modus in rebus ſunt certi deni\ꝗ fines:quos ultra citra\ꝗ nequid conſiſtere rectum. De lr̃is aūt unū hoc tibi auſim affirmare. Tu iam noſti ad huiuſmodi res callidus expectator & cognitor quam ego ſiem : & utinā in his Dametas aut Menalcas ad cantandū potius q̄ Palemō ad iudicandū adeſſē. Audeo aſſerere neminē in dicendo illi parē nr̃is temporibus:nec longo ante tēpore uiſum. Quippe quod Liuius in hiſtoria:quod eruditionis Quintilianus quod in muſis pelignus & Maro quod in ſalibus Martialis nr̄ qđ Ennius in ſn̄iis quod in tragicis & comicis:quā uim in dicendo Cicero ſupra mortales cunctos attigerit. In hoc uno Marineo recognoſces. Admiraberis in eo prætera Doctrinalem artem quam appellant matematicā. Taceo de officiis at\ꝗ fiſicis philoſophiam. Bene\ꝗ omnigenus doctrinæ fons in eo excaturire ac abunde uigere cernitur. Vnde aduertē mi Guzmane ſi lateri hominis adheſeris quantam utilitatem quantum\ꝗ commodi & emolu

Universidad de Deusto Biblioteca



mēti tibi ipſi in litteris cōparabis:taceo ab his:cū.de Carthagine melius ſilere quā pauca dicere
Saluſtiū audiamus:ī Hiſpaniā hunc nō ſine numine ueniſſe credimus: quo tēpore barbaries m
tos dominata per annos cæpit q̄primū Heſperias oras relinquere. Quantū utilitatis in ſermo
ne latino nr̄is Hiſpanis attulerit uiderint oēs:ni mali penituſq; imemores & ingrati a diis & ho
minibus uoluerint accuſari. Delectus ē præterea iā uergentibus annis ad hiſtoriā ſcribendā illi
us nunq̄ ſatis laudati heroiſq; magnanimi Ioannis Aragoniæ & Siciliæ regis:magni Ferdinan
di patris. Qui unus ex oībus inuentus ut geſta fortiſſimi herois ſuo exequaret ſtilo: rediuiuaq;
futuris ſæculis imitanda traderet poſteritati. Fœlicem hominē:cuius fama tāti regis memoriæ
comendata:dū ſupererit mundus ſtabit. Sed cū Alexandro dicā fœliciora geſta:quæ tanti ſcri
ptoris monumētis comendata auctorē ſuū uiuū ſeruabūt. Cupis in Hiſtoria rē tēpus locū mo
dū & cauſam claritudinē & breuitatē horumq; omniū diſpoſitionem aptam conuenietem or
nate & copioſe contextam:uimq; omnis hiſpaniæ cognoſcere:illam:cuius memini:regis hiſto
riā legas perlegas & lectites. Delector plurimū comendatione amici tibi exponenda:qui etiam
ſi hoſtis:tn̄ cōmemoratam tacere nequirē:tantā uim in ſe ueritas continet ipſa. Quare mi Guz
mane comitare hominem obſerua & imitare:hoſtium pectoris reconditiſſimi pulſa:ſecreta &
admiranda tibi aperientur:quibus in uirū perfectum euades. Is adoleſcens & ſi antea ſatis ſpon
te ſua incitatus tn̄ nūc maiori & eſtuantiſſimo tui deſiderio captus eſt:quē cum his litteris ad te
mittimus:ut eū poſthac ac ſi uerū diſcipulū ſuſcipias & inter tuos ānumeres & quicquid in ſacro
pectore latet queſitus ab adoleſcente immo flagitatus detegas & tuo admirabili erudiendi mo
do eidē cupidiſſimo præſtes letaq; fronte omnibus in rebus erudias. Quod tū ob nr̄am neceſſi
tudinē & adoleſcentis in te amorē ac potius pietatem:tum uero propter uirtutum ſigna iā in eo
abunde pululantia generiſq; antiquitatem tibi q̄ comendatiſſimū fore & amplexu ſuauiſſimo
ſuſcipiendū nō dubito Vale ex Valleolito.

Lucius Marineus Siculus Montoyæ ſuo. S.

QVod affectus aduerſa ualitudine me nō uiſeris:ut debeo:pro capite amiciſſimo mo
leſte fero:& ut bn̄ ualeas mi Mōtoya cū Aqlaria tua præſtātiſſima coniuge cū Ste
phano cū Stacio cū Valētina & cū Alfonſa liberis utroq; parēte digniſſimis deum
p̄cari nō deſinā quo ad te ualētē uidero. Quod & ſi breui ſpero futurū:ut mihi Petrus Alfon
ſus Gothomanus & tuæ lr̄æ promittunt: expecto tn̄ anxius atq; ſollicitus. Quare liberabis me
maxima cura mi chariſſime Montoya ſi diebus ſingulis ad me uel lr̄as dederis uel nuncios mi
ſeris:qui me de tua ualitudine doceant:quæ quidē mihi nō ſecus ac mea chara ē. Et ſi fieri po
terit idē Guthomanus adoleſcens nobilis & generoſus ad me redeat:cuius ingenio magno &
præmatura doctrina atq; modeſtia ſingulari ſum mirifice delectatus. Qui & ſi per ſe mihi ue
niet optatus erit tn̄ multo gratior multoq; iucundior ſi te bene ualere mihi nunciauerit. Eū igi
tur ad me mittito:niſi mauis cū eo rurſus de meis laudibus habere certamē: in quo ego nō ſim
uictori neq; uicto parē gratiam relaturus. Eas enim in me laudes cōgeſſiſti:quas ego nec agno
ſco nec mereor. Quā ob rē ſi qn̄ declamare cū Gothomano uolueris nō a Siculo ſed aliūde col
laudādi tibi materiā q̄ras:& de me poſthac partius loq̄ris & ſcribas:caueaſq; ne te decipiat amor
erga me tuus:qui niſi ſcirē q̄ ſit uerus & cādidus mihi poteras adulatiōis eſſe ſuſpectus: tametſi
nō poſſum mihi nō gaudere quod laudor abs te laudatiſſimo uiro:q ꝓpterea te nō laudo cū po
ſſim cumulate & merito debeā:ne ſi tibi parē gratiā retulero:laudationē in me tuā recipere ui
dear. Petrus Alfonſus Gothomanus adoleſcens generis & nobilitate clarus ingenio pollēs mo
ribus elegans & diſciplinis liberalibus excultus erit mihi ſemp & ſuis meritis & tua comēdatio
ne q̄chariſſimus. Cui & ſi ſum hoc tēpore multis negociis & magnis rebus occupatiſſimus ex
ponā tn̄ aliquid:ut illius & tuo uoto ſatiſfaciā:in quo ſcio etiā me & patri eius & patruo : qbus
debeo plurimū:rē gratiſſimā facturū Vale.

Lucio Marineo Siculo ſuo Montoya. S.



QVo tēpore tuæ a nr̄o Guzmano mihi redditæ ſūt lr̄æ:iāiāq; ualitudo hūc tuū ſummā
Montoyā relinquēs:ad orchi fauces unde uenerat: oīs familiæ nr̄æ tuaq; pia & amica
p̄ce ſuperorūq; munere uicta triſtis & pallida curſum parabat. Eat non reditura:cētūq;
nodis illic ad umbras æternū reuincta fremat gemat ploret æternū:ſuiſq; lachrymis irrigata ma
cida exſiccata ſuo frigore ſuis ignibus cruciata pelliq; ſuæ carnibus cōſūptis adhereſcēs tabido
q; morbo & oigeno cruciatu quas pœnas meret̄ inſupq; maiores & grauiores:ſi fieri poteſt: lu
at. Et tādē nō ſimili pœna comiſſa ſoluēs:pereat æternū comes amica germanaq; mortis. Quæ
Milonē inualidū taurūq; trucē imbellē Helenamq; pulchrā deformē & incognitā Paridi redit.
Pereat æternū q̄ cōiugē nimis dilectā a mariti cōplexibus aufert:eodēq; ſublato eādē ſub ama
ra & ſola uiduitate degere cogit. Pereat q̄ dulces natos a parētū oculis & raptos ab ubere matris
ad rogos ſua uiſcera cōſumpturos crudeliter tranfert:q̄ tot luctus mortalibus inferēs:nullā ſin
cerā eis læticiā ſinit q̄ cūcto animātiū generi hoſtis perēnis: Luciū Marineū Montoyāq; ſuū dies
laetos ſalibus iociſq; ultro citroq; comixtis agitaꝛ ꝓhibuit:q̄ gaudia nobis impedit:q̄ cœnas oī
carminū ludo oī ſententiarū genere oī rhetoricorū q̄ſtione:oī hiſtoriarū & antiquitatū elucida
tione refertas inuidioſe p hoſce dies ſurripuit. O noctes pulchras: O dulcia conuiuia mēſaſq; A
polline dignas lidorū auro ditiores uitelliiq; dapibus magis largas & dulcioribus neq; in narra
tionibus Aecheloi menſæ cedentes : ubi ꝓ ciborū copia laute ſplendide & opipere eloquia ſup
mel & fauū dulciora & ſup aurū & topaciō p̄cioſa ab ore Marinei cōuiuis miniſtrabant̄: ut memi
niſſe iuuat:& olim & ſemp meminiſſe iuuabit. Cū thoro tu orſus ab amico: nūc hiſtoriarū nūc
poeſis nūc naturæ;nūc morū abditiſſima quæq; & recōditiſſima loca nec ingeniis inueſtigata
priorū copioſe & ornate iam mēſis remotis:pro aleis pro ccartharū cōfricatione in mediū tractā
da diſcutienda elucidāda & cognoſcēda apponebas. Vt delector illo ludo: in quo teſſera nr̄a cū
magnanimo thalo tuo depugnabat dexterq; ſenio tuus cū ſenectæ grauitate rerūq; maturitate
nr̄orū ebur ingeniorū identidē caſſans pro nr̄æ caniculæ iacturis comoda multa & lucrū inexti
mabile ſuper menſam relinquebas. Hæc amice tibi tā multis ut oſtenderē quātū mali ualitudo
aportet omnibus:quæ licet in uita cum nos reliquerit:nr̄a Dioniſia repetamus:quibus lippa
meſſalæ propago altiſſimus ciborū gurges abſit. Abſit & Maronianus ille dator lætitiæ bachus.
Procul:o procul eſto profana non honeſta nec litteratis & bonis uiris digna locutio. Adſitq; læ
tus Phebus:adſit Minerua decora adſintq; lætabūdæ ſertis laureis redimitæ illæ O muſæ nr̄æ.
Quibus & nobis Aquilar mea iucundā ſuauē aptā mundā honeſtā ꝓ copia quā nobis cōceſſit
Appollo cenā parabit. Quæ ut probe docta & laudata pollet diſcretiōe: tuæ dānorū defectioni
ne dicā dentibus atritis mediatis labefactatis & primo ſub oſſe caſuris geniales callidos blādos
& exoſſatos cibos:ut tu iā noſti:cōficiet. Te igit̄ citamus hortamur monemus & obſecramus ut
his ſalutis xp̄ianæ ſaturnalibus hāc tuā tuā ſnq̄ domū reuiſas:ut amica & honeſta oblectatione
huiuſcæ uitæ miſeriā expuamus. Habebimus xenia plurima:quibus potius q̄ ingeniis hæc cam
porū regio ex habundat. nec tn̄ apophoreta remittere hauderit:neceſſe cū paribus muneribus
diſcipulorū parēteſte ſequi nō côueniat:a quibus ob noſtrā in filios eruditionē eadē ueluti iure
accipimus. Nō riſum excitas mi Sicule? nō tuū Montoyā latenter inſimulas inſcitiæ? qui recipi
tantū ſatiſfaciēs tā prolixiori ſit uſus ſermone excedens ep̄læ modū? fateor equidē peccatū me
um in reſpondendo maximū. Sed ſalutis beneficio exhilarabundus trita ep̄larū ueſtigia ſū eg
greſſus. Quare quod primū tuæ debebā ep̄læ:ultimū accipe. Ego bn̄ ualeo quare deſinas deo
rū aures obtūdere ꝓ ſalute nr̄a:quā & tibi ꝓ tua i me pietate:ſi q̄ cœlo ē q̄ talia curēt:ſemp ſpare
licebit. Guzmanū:quē tu rectius gothomanū longe uocabulo repetito appellas: ad te remitto.
Cum quo tuarū laudū nō ceſſat cōtentio:neq; uerebor enim nec hoc in te amore hac de te opi
niōe amica & uera fallar unq̄. Et a quo ut ualeā: quid agā quicq; hæc domus tua feſto natalis
redēptoris celebrando moliatur:cognoſces. Quē iocūdū & charū tibi eſſe gr̄am nō ago ſolū ue
rū habebo ſemper referamq; ſi ſors rē ſimilē obtulerit aliquando Vale. ex Valliſoleto

Hiſtoriographo regio Lucio Marineo Siculo de tota Hiſpania
bene merito Alfonſus ſanctus bene agere & gaudere.

Universidad de Deusto Biblioteca



Conqueror & uehementer de te mi præceptor conqueror ꝙ tuos mirificos ſcientiæ theſauros tã diu nobis q a teneris nr̃æ ætatis floſculis ſemper amore intimo tibi dedititiſſimi fuimus nõ ſine magna iniuria atq; contumelia negas. Neq; enĩ in animo eſt te: ſi ita tecũ Hiſpaniæ lumẽ familiariter agere licet: incuſare. Quippeq nullã & ſi ſæpe laceſſitus litterã quamtũlibet breuẽ ad nos mittere uoluiſti. Cũ ſæpe & peterẽ & ꝑcarer: ſed ſi ita uis ſit ſane: dũmodo meus erga te & amor & beniuolẽtia magiſtrũ te ꝑdicet atq; laudet. Quamq̃ quis te uirũ oĩ laude undequaq; comulatiſſimũ ꝓ meritis unq̃ ſatis laudare poterit? Qui camœnas lõgo tẽporũ interuallo in nr̃a Hiſpania dormientes ſuſcitaſti: linguæ rubiginẽ abſterſiſti: qui Helicona oĩbus peruium feciſti: multum in hoc uno Hiſpani tibi debere fatemur: qui alter Apollo mundo ob tenebriſcenti & in media caligine hallucinanti claritatis lumẽ ſuggeſſiſti: ſed ut ad inſtitutũ redeã uix me continere poſſum quin te bonarũ lr̃arũ reſtaurator accuſem: & ſi: licet ingratitudinis agã: uerũtamen in hac accuſatione tu tibi parce qui nobis te apud iudiciũ anſam uel occaſionẽ nobis minime ultroneã conueniendi dediſti: nã ſemper me tibi dedititiũ diſcipulũ cognouiſti in te amando liberalẽ in obſeruando diligentẽ in ꝑdicando & ſũmis laudibus decorando promptiſſimũ. At iſtec inquies comemoratio ĩmemorũ beneficii quaſi exprobatio ẽ: ego profecto nihil affirmo tu dicis ego in hac cauſa culpa uaco quippequi taceo quare obſecro atq; impenſius oro ut mihi hic reſcribas ne locus nr̃æ querelæ det᷑. Sed iã amore nr̃o reconciliato accuſatione prætermiſſa de tuo Ferrarienſi te ad præſens certiorẽ facio ſuperioribus diebus Alcala Salmanticã cũ maxima nr̃a & etiã ſua triſticia receſſiſſe. In cuius comendationẽ eodẽ ipſo die quo profectus ẽ de ipſius laude uerſiculos ſtilo nõ elaborato neq; affectato ut moris mei eſt: eloquentia interlocutrice: mei erga illũ amoris indices cõpoſuimus: quos ut emendes & corrigas ad te mittimus qm̃ de tui Ferrarienſis laude ſcripta ſunt. Plura miſſurus ſi tẽpus & laborũ nr̃orũ occupationes locũ concederẽt. Quare Vale decus noſtrũ dũmodo ad nos reſcribas. Iterũ Vale & nos eodẽ quo ſoles amore proſequere.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo ſancto
diſcipulo ſuo Salutem plurimam dicit.

Vereris mi ſacte & nõ iniuria ꝙ in hãc diẽ nihil ad tuas lr̃as tibi rñderim: quas ad me & amãter & officioſe ſcripſeras. Equũ eteni fuerat: ut ego te nõ ea uoluptate fraudarẽ: quã ꝓ mutua inter nos beniuolẽtia ex meis lr̃is nõ mediocrẽ capturus eras. Excuſarẽ ego ſilẽtiũ meũ & lr̃arũ intermiſſionẽ: niſi tibi mi ſctẽ notus eſſet amor erga te meus: niſi tu plane ſcires occupationes meas: quibus ſic diſtineor interdũ: ut non mõ lr̃is amicorũ rñdere nequeã: ſed ne mihi ipſe quidẽ ſatiſfacere. Ignoſce igit᷑ Sanctæ negociis & occupatiõibus meis: Teq; mihi q̃charíſſimũ eſſe tibi cõpertũ habe. Oẽs qui ueniũt iſthinc & præcipue Achilles Britannus hõ doct⁹ te plurimũ laudãt & indies magis proficere nobis affirmãt. Quod ego ex tuis ep̄lis: quas elegãtiores ſcribis & grauiores: animaduerto: nec miror. Noui enĩ ingeniũ tuũ magnũ: noui ſtudiũ & laboris incredibilẽ tolerantiã: noui deniq; te ad lr̃arũ ſacra ex diuino numine ꝓcreatũ: ideoq; te in oĩ genere doctrinæ magnũ & excellentẽ fore nõ dubito. Quod aũt ſcribis noſtrũ Ferdinãdũ ferrarienſem relicta Cõpluti conditione Salmanticã eſſe ꝓfectũ nõ tã illius q̃ tua cauſa moleſte fero: qui tanto ꝑceptore carebis. Nã ille: quæ ſua ẽ doctrina ſingularis: honeſtiorẽ fortaſſe cõditionẽ & in loco celebriore cõſequet᷑. Vale & me ut facis ama.

Britannus Archilles uiro facundia eximio Lucio
Marineo Siculo Regio hiſtoriographo fœlicitatẽ.

ANimi relaxandi gr̃a ſolertiſſimi ac perinde exquiſitiſſimi Arnaldi Guillermi Brocarii incuſſoriã officinã nuper ingreſſus ſum uatũ clariſſime. Vbi cũ multa uariaq; circũſpexiſſem fœliciſſima demũ: ut aiũt ſorte: librũ inter cætera nouiſſime a te cõflatũ repperi: uariorũ in quo opera generũ cõtinebant᷑. In cuius frõte ep̄larũ liber inſcriptus erat: per



uarias cuius partes eruditiſſimi ingenii tui faces ita coruſcabãt: ut ſplendidis prebere lucẽ facile poſſent. Pectoris hinc ſacri tui monumẽta refulgebãt. Et ep̄larũ ꝓfecto ornatu quos eloquentiæ calor uenuſtatiſq; ſtudiũ uocat: magnifici leporis pelagus grandiq; eloquẽtiæ ſenſum percipere poterũt. Ad humanũ illae excitandũ ingeniũ conducibiles: ad perſuadendũ efficaces: ad legendũ ſine faſtidio plauſibiles. Quas ne abditæ caligine aut in opaco ſitu domeſticis deliteſcerent hominibus curioſiſſimo impreſſoriæ artis Arnaldo Guillermo Brocario incudendas dederas: barbarũ ut uenenũ ab hominũ mẽtibus depelleres. Quid tñ ex ep̄lis potius admirer tuis haud ſatis intelligo: uerborũ elegantiã aut grauiſſimã ſoliditatẽ ſententiarũ. Stilus uero illarũ ubiq; preſſus atq; ſolidus: quæq; nodoſa paucis modo abſoluiſti. Præclariſſimã ex illis meſſem ex haurire poterunt: qui liberalioribus diſciplinis uires atq; animũ exercere percupiũt. Tãta enĩ eſt eloquii tui ubertas tanta uarietatis iucunditas tanta narrationis ſinceritas: ut ſingulare temporũ comoditatis artificiũ illis ineſſe uideat᷑. Vaſtiſſimã ꝓfecto rerũ ſiluã breui cõplexus es uolumine. Cui ergo deinceps morũ integritas tuorũ inocentia grauitas non ſit uel ſpectatiſſima? ubi gentiũ nõ ꝑdicanda? Duo nãq; illa q̃ in oratore ꝑcipuo philoſophoq; integerrimo exquirũtur in te uirent affluentiſſimeq; floreſcunt: fides uidelicet & eruditio. Ita enĩ res oẽs perſcribis ut cũ magniloquentia illa priſca tua ſcripta contẽdere uideant᷑. Cũq; rerũ pulcherrimã uarietatẽ eſſe intelligerẽ maxime ſum affectus: ſagaciſſime q̃uis permulta ep̄lis tuis enucleaueras: uigili tamẽ cura altioriq; ſtilo de parcis ita cõmentatus es atq; ad hominũ gloriã pertractaſti: ut perpetuo infrangibiliq; mortaliũ intuitu ſint emolumento fixa oĩa. Atutinã: ea hoĩbus mẽs ineſſet: ut huic pene diuinæ lecturæ ſeſe accomodarent. Nõ ꝓfecto in comeſſationibus turgeſcerent nõ in ambitionibus efferrent᷑ nec uenereis putreſcerent illecebris. Hoc mea ſententia zelo motus lucernã maximi optimiq; dei tibi largitã in abſcondito reponere noluiſti: nec talẽta tibi credita in terrã defodere immo potius inſignẽ erga cunctos pietatẽ grauiori declarare argumento nixus es. Tuã equidẽ integritatẽ latiſſimãq; uirtutẽ doctrinã uel maxime ſacrã mortales admirabunt᷑ equidẽ ſemper. Optimos nãq; orãdi ſcribendiq; modos exquiſita fœtura terſaq; cõpoſitione aperire inſudaſti. Diuinũ inde acumẽ tuũ iudiciũq; impar depromitur. In illis inuentionẽ elocutionẽq; alere doces. In iſtis uitæ rationes oĩs mira celeritate & ad unguẽ: ut aiũt: elucubratiſſime perpendis. Quæ aũt de uerbi Fero natura illiuſq; cõpoſitis in lucem afferre uoluiſti: maximo ſunt extolenda coturno. Carmina tandẽ q̃ ſuppremo legi tua conſona eruditorũ præconio ad uſq; te aſtra euehunt. Te inde ſciet eous capiet ganges: opera tandẽ tua per terrarũ paſſim ambitũ ſparſa ſumma cũ ſapientũ uoluptate lectitabuntur. Ament ergo colant atq; uenerẽtur Luciũ Marineũ Siculũ mortales oẽs: illa nãq; oĩa q̃ perẽnẽ litterarũ pollicent᷑ laudẽ illius interpretatione nanciſci poſſunt: & quæ ad fœlicitatẽ nobis adiumenta propagant lõgeq; ſuppeditant: ſingulari ſua ſapientia aperit: ſuaq; doctrina edocet. Mirtea igitur digna ſunt corona quæ calamo oĩa mandaſti uir doctiſſime. Sed ne diutius candidiſſimis auribus tuis perſtrepam peritiæ tenuitas ep̄læ finẽ expoſcit. Ab humanis tandẽ Parce de quibus tãta in lucẽ depromere elaboraſti te extrahentes Neſtores poſt annos ad gaudia ducant ſuperna. Vale candidiſſime præceptor Archillemq; tuũ ſincero pectore ama.

Britãnus Archilles Apollinis interpetri Lucio
Marineo Siculo præceptori ſuo. S.

QVam multa ei debere fateor præceptor candidiſſime: qui principũ geſta digeſtiſſimis ſcriptis commendare nituntur. Quod me deus noſtra hac tempeſtate perquam raro animaduertitur: immo potius quae magnificentiſſime geſta ſcimus demiſſe illuſtrata audimus dente quoniam: ut aiunt: canino obtrectatorum calumniæ: quicquid maieſtate dicẽdi memorabile pertractatur: uel quod acomodate intelligunt: id laudi uertere inuident. Qui poſtq̃ laudanda operari nequeunt: alios laudare impium ducunt. Horum tamen uirulentorũ obſtigilatorum ſpurciſſimo ſpreto iudicio: ſuppremam hanc prouintiam humeris tuis demandare non horruiſti: præcipuum latinae linguae decus. Vt præclariſſimi ac inuictiſſimi Ioannis

Universidad de Deusto
Biblioteca



Aragonum Siciliæq; regis catholici regumq; digniſſimi Ferdinandi patris : non modo in lucē geſta afferres: ſed immotalitati conſecrares. Tuam profecto doctrinā tuam eloquentiam imparemq; facundiā hoc efflugitabat opus: cuius operis ſpecimē his non de futurū ſcio: qui latinam Hiſpanamq; percallent linguā. Quod quidem experiri poterunt: qui in eam deſcenderint legē di paleſtram. Cui igitur non præclare actum uidebitur: ꝙ talē præconem Aragonum facta habuerint? Hiſpaniā quis non decoratam dixerit? quæ Lucium Marineum Siculū ſuarū laudū bucinatorem ſortita ſit? Priſtinæ ſuæ profecto laudis multū ſibi Hiſpania retinuit qua te die muſarū fautor honorifice excepit. Dum ſpirabunt uiuentq; homines nominis laboriſq; tui laudes in omniū ore non deficient. Et ſi hominū genus ingratum eſſe uoluerit: montes tñ aſtraq; ipſa tuas laudes non tacebunt. Quantū profecto potuiſti regiæ dediſti maieſtati: mortalibus namq; maius dari poteſt nihil: q̃ gloria laus & æternitas. Scite igitur Horatius teſtatus eſt: Regū ducumq; geſta quantū uis præclara habeantur: niſi eloquentis Hiſtorici litteris cōmendētur: aut intermoriantur aut obſcurentur labantibus ānis neceſſe eſt. Sed qm̄ ingenioli tarditas amplitudoq; tua me longiori epiſtola proloqui non ſinit ſubticeo. Vale muſarū delitiū Ex Vallidoleto.

Ioannes caualleria Siculo ſuo. S.

Vto ne hilū quidē omiſiſſe me cū erā in humanis ſtudiis in quo pari officio tibi nō reſponderim: ut illa frequencia litterarū: quæ longiſſimū ſilentiū noſtrū æquat: hoc tempore ab oī expoſtulatiōe tua optimo iure me defēdat: ſi tu es adhuc ſicul⁹ ideſt æquus iudex in amicos. Et quamq̃ minime neceſſe erat apud te: qui me non inter uulgares amicos ſedere uoluiſti: placet tamē cauſam reddere ſilencii eamq; quam breuiſſimā: torpet enim manus a ſcribendo feriata: & multa illa lectione deſerta queruli quoq; conſulti querūtur ꝙ etiā per hoc temporis uacem. Igitur e Cæſarauguſta Ilerdā profectus iuris ediſcendi cauſa cōmoratus: ubi p duos annos & amplius: deinde Salmanticam traiectus ubi circiter per tres annos cū Segura nr̄ tibi ſcriptitaſſet egoq; illi ſemper mandaſſem diceret tibi meo nomine ſalutē: exiſtimabā officio meo nō deeſſe atq; cū Segura tibi ſcribebat: idem quoq; a me profectū debuiſſes accipere: quorum uterq; ex altero conſtabat. Iam uero cū is agat apud te non epiſtolam dictabo ſolum ſed litterarum quoq; faſciculos mittā modo te eadem lege abſtringas ut faſciculis etiam mecum ages: nolo eni quicquā mihi debeas: debitor tu ditiſſimus uti ego cupio creditoribus æque ſatiſfacere Vale & Seguram noſtrum iube ſaluere cui non ſcribo ꝙ nihil habeo in præſentia præter q̃ ꝙ amo cordicitus & euiſcerate: & eo magis ꝙ hoc tempore non utor familiari iterū Vale Salmātice Calendis Octobris.

Lucius Marineus Siculus Ioanni caualleriæ
adoleſcenti generoſo. Salutē.

Electauit epiſtola: quā mihi proxime e Salmātica miſiſti: ꝙ tua eſt & nimis multumq; mihi deſiderata. Cæterum q̃ ego te amē: uti colui & obſeruaui patrem tuū Franciſcū caualleriā equitem munificentiſſimum: nihil agamus impræſentia ſi placet ne amiciciam longis radicibus propagatam cum ſcribimus blādicias et fucata uerba delere & ſubinde quaſi nouam inire uideamur. Relinquamus ergo iſta iis: qui dū carthoſos amores gaudent dilatare umbratilem innuūt amicitiā. Ego autem Caualleria nobiliſſime ob tuam ſingularem uirtutem & humanitatem gentiliciam mirifice te amo & colo ut tibi non cædam nec comittam quo minus ſcribenti ſtibi pro ſingulis faſciculis epiſtolarum binos remittam Vale et ignoſce breuitatē agam alias multo prolixus.

Lucius Marineus Siculus Iacobo Riberio epiſcopo Balearico uiro clariſſimo diſcipulo ſuo & Ferdinandi regis conſiliario Salutem plurimam dicit.



ET ſi nunq̃ dubitaui Antiſtes nobiliſſime quin tibi uiro magna uirtute & oī laude præſtāti iāpridē ſingulares honores & ampliſſimæ dignitates deberētur: ubi tū ex litteris Antonii Mudarræ pōtificē te Balearicū eſſe factū cognoui: tanta quidē læticia ſum affectus: ut i expectatū ꝑpe ac præter ſpē cōtigiſſe hoc mihi gaudiū uideat. Nā cū timere cœpiſſem: ꝑpterea ꝙ tuis honoribus unice ſtudeo: ne fortuna: quæ tibi dignitatem iſtā nimiū diſtulerat: nūc etiā tuæ uirtutis immemor te i ſalutatū ꝑteriret: quo me grauior ille metus urgebat eo certe mihi poſteaq̃ timor a meo pectore diſceſſit læticia maior oborta ē: quæ me maximo gaudio extulit. Gratulatus eni ſum tibi mirūimmodū cādidiſſime præſul mihiq; plurimū gauiſus cū præſenti tū etiā futura tua dignitate. Te ſiquidē altius euolaturū multoq; maiores cōſecuturū dignitates & illuſtriores titulos iā ꝓſpicio: quos mihi de generoſa tua liberalitate de præſtāti uirtute & humanitate ſingulari ſummaq; prudentia ſperare certe licet. Magna præterea tibi præmia pollicet & inclyta uirt⁹ Ioānis Riberæ tui patris clariſſimi uiri: qui nr̄is tēporibus i honorē hiſpanorum principū: quibus oīs fere ſuæ ætatis annos & labores impēdit: res præclaras geſſit & memorabiles. Quarū nō oblitus rex Ferdinandus quicquid illi mortuo ſe debere cognoſcit nō dubiū quidē eſt quin tibi libētiſſime perſoluat: cui nō minus fortaſſe debet quā tuo patri. Debet etiā nō parū fratribus tuis i oī genere uirtutis ornatiſſimis. Qui ꝓ regia dignitate magnos labores multaq; pericula pertulerūt. Sed ad animi mei gaudiū redeo: quod de tua pōtificali dignitate maximū capio. Quod eo mihi maius cōtigiſſe uideo: qđ Antoniū Mudarrā quē tātopere diligis: ad Garuini ſacerdotiū fuiſſe ꝓmotū intelligo tibiq; ſucceſſiſſe. De quo te certo ſcio nō minorē uoluptatem cœpiſſe q̃ de tua propria dignitate. Ego uero in hac tāta mei animi læticia & præcipua quadā uoluptate præcipuā quoq; gratulādi uiā & rationē quærerē: niſi mihi tecū res eſſet & cū Antonio Mudarra: ideſt cū duobus hominibus mei amantiſſimis. Quorū magna prudētia & amor erga me ſingularis i mea præcordia quaſi lynceis oculis introſpiciat. Illud aūt nō omiſſerim: uideri nūc mihi Ferdinādū regē certa quadā rōne regiaq; uirtute ſibi ad immortalē gloriā uiam quærere. Qui uiros ꝓbos & generoſos præmiis & honoribus augeat: nec: ut dicit: ſub modio præclarū uirtutis lumen delitefcere paciatur. Vale. & Siculū tui nois ſtudioſiſſimū eſſe tibi perſuade ex Cæſarauguſta nonis April' anno. M. ccccc. iiii.

Alfonſus Segura Iacobo Riberio uiro generoſo & epiſcopo Maioricenſi regioq; cōſiliario. Salutē plurimā Dicit.

QVum: ut inquit Cicero: clariſſime præſul nulla hæreditas a patribus tradi poſſit liberis uel ditiſſima præſtātior gloria uirtutis & rerū geſtarū: quippe ad quā quū ipi uelut per trāſlucidū lapidē inſpiciāt & intueant: diligenti imitatione: ſi uelint ſe poſſint effingere: haud dubie huiuſmodi uirtutis excellētis tu merito te potes gloriari per amplū patrimoniū a tuis maioribus conſecutum. Eteni multas magnaſq; res & bñ geſtas: ut nulla uirtus i eis deſiderari poſſit: ſi bene tecū cōſideras: cū & probitate & generis nobilis præſtantia illi tui maiores tibi & poſteris & in memoriā ſui ꝓpoſitas reliquerūt. Quas res quū lōgiorē orōnē deſiderent & per epiſtolā minime cōprehēdere liceat: nō ſine cōſilio i præſentia præter mitto. Modo illud de te tibi referā: qđ oēs qui te norūt cōſentiūt: hoc eſt tuorū omniū animi uirtutes diuina quadā benignitate ex diuerſis quaſi i unū cōgeſtas & i te oēs tranſfuſas: ut tam eorū uidearis ſimillimus q̃ illi ſui. Nimirū nobilis ingenii magnitudine & præclara naturæ bonitate ornatus: præceptis ac inſtitutionibus maiorū imbutus ad eorū omniū morē & cōſuetudinē uitā omnē i iſta ampliſſima pōtificatus dignitate deduxiſti tibi ipi i uitæ honeſtæ perpetuitate ſemper cōſtās: ut quū tā honorifice exēpla uirtutū tuorū maiorū ſuſtētaueris nō minus eos iſta uitæ inſtitutione uidearis illuſtraſſe: q̃ illi tibi ſua uirtute præluxiſſe. Et quū i te Antiſtes nobiliſſime oīs uirtus reperiat: humanitas una ē: quā i te uel præcipue laudant oēs: qua & magnates oēs retines & reliquos benigne amplecteris: ut omnes ad unum in curia regia in tui amorem concitaueris. Verumenimuero magna uis eſt humanitatis ad animos conciliandos & perpetuam gloriæ memoriā comparandā. Qua in te tā ſapienti uiro tā integro & pōtifice magno

Universidad de Deusto Biblioteca



nihil eſſe põt amabilius & magis laudabile. Hac igit̃ ſpectata tua humanitate cõmotus ego: de
inde Lucii Siculi uiri doctiſſimi perſuaſione impulſus: qui cũ ſuperioribus diebus habita occa
ſione tuas uirtutes lõgo ſermõe mihi expoſuiſſet: ut ad te ſcriberẽ hortatus ẽ: etiã nõ multo poſt
per epiſtolã monuit: qm̃ neſcio quas litteras ad Antoniũ Mudarrã uirũ oĩ uirtute p̃ditũ & per
occupatiões miſiſſem: eas ad tuas manus perueniſſe & tibi ſub placuiſſe intellexit. Itaq; Lucio
Siculo adhortãte: & ſi ſcio temere ac incõſiderate uideri a me factũ ꝓpterea q̧ adoleſcẽs humi
lis & nullius doctrinæ ad te tã amplũ p̃ſulẽ & uirũ generoſum ita cõſidẽter ſcribã: tua tñ fretus
humanitate nõ dubitaui qualeſcunq; has litteras dare. Quibus a te peto præſul humaniſſime
& uehemẽter oro me eũ eſſe exiſtimes: qui quũ ſcribo & ſi impudẽter nihil tñ arrogãter facio:
ſum enim mei bñ cõſcius: ſed hoc facio ut quũ Siculo obſequar: qui tuus totus ẽ: & me tibi de
dã. Quã ob rẽ te iterũ ſupplex oro & obteſtor per tuã humanitatẽ pater præſtãtiſſime eo uultu
eaq; animi hilaritate me tuũ ſuſcipias: q̃ tuã & grauitatẽ & dignitatẽ decet. Quod ſi uel per tuos
quãdoq; ſenſero bone deus q̃ mea erit tã fortunata ſors: certe qui te hodie qua debeo pietate &
reuerẽtia colo obſeruo & ueneror apud me ſemper honos nomẽq; tuũ laudeſq; manebũt: quæ
mecũq; uocẽt terræ. Bñ uale ſũmũ ꝓbitatis & põtificatus exẽplũ. ex Ilerda. iiii. nonas augusti.

Lucius Marineus Siculus Almazano ſecretario
regio & conſiliario. Salutẽ plurimã Dicit.

CVm ſuperioribus diebus ĩ oppido iſto Mõtiſonio eſſem uir clariſſime: quia mihi nec
hoſpitiũ erat nec locus ullus: ĩ quo meo uti poſſem officio: Cæſarauguſtã uenire coa
ctus ſum. Huc itaq; ſum reuerſus: hoc tñ cõſilio: ut mihi dies nullus ſine linea p̃tereat:
donec regi noſtro Ferdinãdo labores meos & officiũ: qđ ei iure debeo perſoluã. Cæterũ nõ pa
rũ peccaſſe me nunc animaduerto: qm̃ tibi quẽ prius cõſulere debuiſſem: de meo diſceſſu nihil
dixerim. Sed qui ſuũ ſponte fatet̃ errorẽ uenia quidẽ dignus uideri debet: ut pote qui nõ ſciẽs:
ſed imprudẽs potius ab officio diſceſſerit. Tu igit̃ q̃ tua eſt ſingularis humanitas & uirtus ad
mirabilis: nõ equidẽ dubito quin Siculo: qui tibi deditiſſimus eſt: & ſeruire maxime cupit: libẽ
ter ignoſces: hac ſaltẽ cõditione: ut ſi rurſus deliquerit Siculus quãuis imprudẽter duplici poe
na puniat̃. Nudiuſtertius Antonius Mudarra regius ſacerdos ex quintanæ tui uerbis ad me
ſcripſit te apud regẽ de me q̃ honorificentiſſime fuiſſe locutũ: rẽq; meã: de qua nuper ego præ
ſtantiæ tuæ ſupplicauerã: cõfeciſſe. Quã ob rẽ immortalis tibi gratias ago: atq; ꝓ eo: qđ uirtuti
tuæ debes iterũ atq; iterũ ſupplico ne deſiſtas ab incepto: donec me xp̃i militẽ feceris. Cupio
enĩ maximo deſiderio ſi poſſem & deo mea uota placerẽt: hoc breuiſſimo: qđ mihi ſupereſt:
uitæ ſpatio ſacris iniciatus ordinibus diuina celebrare myſteria. Ad que oĩ patrimonio carẽs
abſq; aliquo ſacerdotio ꝓmoueri nullo mõ poſſũ. Sic enĩ ẽ põtificio iure ſtatutũ. Quã rẽ ſi tuo
ut ſpero ſtudio & auctoritate uir inſignis aſſecutus fuero: ꝑfecto nõ minus Almazani ſecretarii
ſacerdos: q̃ Ferdinãdi regis apellabor. Atq; ſi gratus eẽ uoluero: ſoli quidẽ tibi quicquid mihi
uel honoris uł utilitatis euenerit acceptũ libẽtiſſime referã. Vale uir nobiliſſime: & ſi me iſthuc
redire neceſſariũ eẽ duxeris: admoneri me iubeas obſecro: iterũ bñ uale ex Cæſarauguſta.

Lucius. M. Siculus Petro Quintanae diſcipulo ſuo. S.

PRoximis diebus Antonius Mudarra: qui tibi deuotiſſimus ẽ: & me p̃ceptorẽ tanq̃ pa
rẽtẽ colit: lr̃as ad me dedit & amoris & diligẽtiæ plænas: Quibus tuo noie me familia
riter admonebat: ut iſtuc ſi fieri poſſet ſine ulla mora redirẽ: quatenus dñs Almacianꝰ
apud regẽ mihi perbenigne patrocinatus me uidere præſentẽ: & corã alloqui uolebat. Quã ob
rẽ magnas utriq; gr̃as habeo: dñoq; ſecretario dexterã flexis genibus obſculor: qui nullo meo
ſtudio: nullo ſeruitio ꝓuocatus: Sed ſola ſua benignitate cõmotus ultro me ſuis uoluit honeſta
re bñficiis. Cæterũ ego mi quintana Mudarræ lr̃is plectis tuis & illius fideliſſimis & amãtiſſi
mis cõſiliis obtẽperare cupiẽs ad uos Mõtiſonium eueſtigio cõuolaſſem: nõ ſolum quia mea



intereſſe uidebã: ſed ut etiã dño ſecretario Almacano ſatiſfacerẽ: niſi me quidã equites Cæſar
auguſtani retinuiſſent: qui mihi perſuaſerũt regẽ prorſus añ diẽ ſeſtũ Sãcti Petri Cæſarau
ſtam fuiſſe uẽturũ. Me igit̃ nõ mea quidẽ uolũtas: ſed illorũ conſiliũ fefellit. Quod ſi quid tñ
ego dũ Cæſarauguſtæ ſum commoratus amiſi: qđ iſthic ſi ad fuiſſem cõſequi poterã: patienter
quidẽ & æquo animo ferã mei comodi iacturã: meq; ip̃e facile conſolabor. Si uero ſecretarius:
cui tã multos annos ſeruire cupio: me ĩ aliquo negocio uti uolebat & ꝓpter abſentiã meã non
potuit: hoc mihi nimirũ magno dolori fore ꝑſpitio. Quapropter optime quintana te ob tuã
erga me beniuolẽtiã maiorẽ immodum rogo & obſecro: ut meã apud ſecretariũ cõtumaciã di
ligẽter excuſes. Cui meo noie referes me ita ſuũ hic eſſe: & ubiq; futurũ ſemper: ut eũ ſecũdũ a
Ferdinãdo rege uenerãdũ ꝓpoſuerim: Siquidẽ nemo ẽ oĩum mortaliũ: excepto rege: cui magis
optet ſuos labores impẽdere Siculus & obſequiũ p̃ſtare: q̃ Secretario Almacano. Vale & me per
lr̃as cõmoneas quid mihi faciẽdũ cẽſeas: Ex Cæſarauguſta tertio nonas iulias anno a partu uir
ginis. M. D. X.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER DVODECIMVS.

Lucius Natineus Siculus Antonio Mudarræ ſuo. Salutem.

ſ I uales gaudeo ego quidẽ ualeo. Ex tuo & Quintanæ cõſilio me
p lr̃as iterũ mones iſthuc ut maturius reuertar: affirmãs qđ ſi nũc
iſthic ad eſſem: Almatiani ſecretarii: qui me familiariter: ut opina
ris: uti uellet: amicitiã inire gratiãq; demereri facile poſſem. Cuiꝰ
auctoritatẽ: q̃ plurimũ ualet: mihi ornamẽto magno & adiumen
to fore perſuaſum habes. Ego uero Mudarra chariſſime quũ pri
mũ tuas lr̃as ſuperiores accepi cõtinuo ꝓficiſci ſtatui: meq; itineri
iã diſceſſurus accinxi. Sed mox ſpes de regis aduẽtu: quẽ ĩtra dies
paucos huc uẽturũ Cæſarauguſtæ ciues affirmabãt: me ab itinere
reuocauit: & maxime quia tũ reginæ piſtromata & cũ tota pene cubiculi ſuppellectile ſarcinas
oẽs ĩ itinere iã eẽ cõſtabat. Quare nũc nõ diſcedã: ſed hic expectabo: donec aut ueniat Rex: aut
tu tertio ad me ſcribas. Nã qđ de meis negociis mihi ſignificaſti: q̃ ſcilicet me p̃ſente mł͠to me
lius agerent̃: ego mi Mudarra magnã ꝑfecto tibi iniuriã facerẽ ſi ubicũq; tu es me abeſſe puta
rẽ. Quippe qui ſæpe ſũ expertus res meas oẽs mł͠to maiori tibi curæ eẽ q̃ mihi. Ad Almatianũ
ſecretariũ ſcripſi diligẽter: ei gr̃as agẽs: qm̃ de me honorificũ apud regẽ ſermonẽ habuiſſet: & q̃
ſeruire cupiã oĩ tẽpore plane declaraui. Sed tu tñ interim cũ eo uices meas: ut cũ cæteris officio
ſe ſoles: diligẽter ages. Tuæ domus auctioni uoce p̃conis expoſitæ licitatoribus frequẽtãt̃ & cõ
ſpiciunt̃. Quorũ tñ nemo hactenus p̃ciũ: qđ ſtatuiſti: pollicet̃. Sũt enĩ cautiores ut pote qui fal
ſo ſibi perſuadẽt te domos: quas neq; ædificaſti neq; emiſti: uilius eẽ daturũ. Sed p̃cones: qui li
citatorũ uota nõ ignorãt: hodie mihi retulerũt emptores nõ defuturos: qui domus tuas æquo
& honeſto p̃cio mercent̃: & p̃cipue duas illas cõtiguas: q̃ ſunt ĩ hoſtio fori uenalis quas & aſpe
ctus amœnus et loci perutilis opportunitas uẽdibiles facit. Pro alia quoq;: in qua furnus eſt: pi
ſtor: qui eã colit: ut eius uicini ſignificauere: p̃ciũ dabit honeſtũ. Alia uero: in qua pauper q̃dã
anus habitat: parui quidẽ p̃cii ẽ: & pene uix uẽdibilis. Galerũ tibi mercatus ſum: atq; ad eo duo
bus: quos hic reliq̃ramus: elegãtiorẽ. Quod Segurã meũ: immo nr̃m: nõ enĩ tuus eſt minus: q̃
meus: honorifice ac liberaliter exceperis: tã gratũ mihi ẽ q̃ qđ gratiſſimũ. Hoſpites te magno
deſiderio expectãt: & deo mecũ p̃ces effundũt uotaq; cõcipiũt: ut te ſoſpitẽ & incolumẽ ab exi
lio iſto Mõtiſoniano reuocet. Vtinã mi Mudarra cito uenias cũ Balearico põtifice p̃ſtãtiſſimo
cui me plurimũ comẽdabis. Vale ex Cæſarauguſta nonis quintilibus.

Petrus Caſtrus Lucio Marineo Siculo
præceptori. Salutem plurimã Dicit.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



VEllē hinc mi Sicule nō diſceſſiſſes: ſiquidē egre fero abſentiā tuā: nō tā mei cōmodi: q̄
honoris tui cauſa & officii. Hic enī multæ res & memorabiles quottidie gerunt̄: qui-
bus intereſſe deberes: ut eorū: q̄ ad regis hiſtoriā neceſſaria eſſent memoriā colligeres.
In quo nimirū Ferdinādo regi: qui tuo ſtilo ſua geſta cōmiſit: per gratū faceres. Quare ſi potes
ad nos q̄ primū redeas: ne forte tuis īuidis Cæſarauguſtā: q̄ fons ē deliciarū: nō laborādi ſed
quieſcēdi potius teq̄ oblectādi cauſa ꝑfectus eſſe uideare. Quippequi noſti ſiniſtros hominū
mores: qui oīa ſemper in deteriorē partē accipiūt: cādidūq̄ uertūt ī nigrū. Proximis diebus cū
Ferdinando Vega de tuis moribus & eruditione de totius uitæ inſtituto multa locutus ſum.
Quē nō ſolū ī amorē tui cōuertiſſe mihi uiſus ſum: ſed etiā ī admirationē. Quod ideo feci ut
te eius ī amicitiā adducerē. Scis enī q̄ ſit uitæ huius integritas: q̄ doctrina: q̄ ingenii animiq̄ ꝓ-
ſtātia: q̄ ſit auctoritas: q̄ apud Ferdinādū regē grā. Huic igit̄ te mi Sicule & Almazano ſecretario
cōciliari maxime uelim. Quos uideo: ſi te nouerint cū per ſe: tū uero apud regē tibi magnope
re profuturos. Vale ex Mōtiſonio.

Lucius Marineus Siculus Petro
Caſtro. Salutem Plurimā Dicit.

a Ccepi litteras tuas uīr nobiliſſime: quibus mihi ſignificas tibi per moleſtū fuiſſe hono
ris mei cauſa & officii qđ a Mōtiſonio diſceſſerim. Vbi rex Ferdinandus ī magno to
tius hiſpaniæ citerioris cōuētu mlta magnaq̄ nunc agit negocia: quibus intereſſe me
ſcriptorē regiū oportebat. Meq̄ familiariter & amice mones & hortaris ut iſtuc: ſi fieri poteſt:
mature profiſiſcar: ut rerū: quæ iſthic agunt̄ a rege priuſq̄ a memoria recedāt: recens commēta
riū cōficiā: qđ deinde in ordinē redactū hiſtoriæ de cæteris rebus a rege cōfectis inſeratur: atq̄
ſcire te ſcribis hoc regi fore q̄ gratiſſimū. Recte tu quidē ſācteq̄ me Petre chariſſime mones ad
regē ut maturius Mōtiſoniū redeā: ne ſi quid iſthic memoratu dignū gerat̄ me lateat oīa regis
Ferdinādi geſta cōſcripturū. Enīuero ex hac ego tua hortatione rectoq̄ cōſilio ſingularē tuā
erga me beniuolētiā: quā multis & magnis officiis & honoribus a te mihi collatis ſæpe ſum ex
pertus: agnoſco: tibiq̄ gratias immortales ago: proptereaq̄ nō prudēter minus q̄ amāter hono-
ri meo cōſulis: & Ferdinandi regis dignitati futuræq̄ memoriæ ſtudes & immortalitati. Cæte
rū ego Cæſarauguſtā uenerā non adeo ꝓpter urbis illecebras & amœnitatē: qua tamē interdū
noſter pertinaci labore defatigatus animus reficit̄: ſed ad cōmodiorē aptioreq̄ locū: ī quo meū
cōmodius aut liberius officiū exercerē. Nūc aūt tuis amantiſſimis litteris accitus tuū conſiliū
ſequar & amorē cōplectar. Cras igitur aut perendie: niſi mihi res aliqua fuerit impedimento:
Cæſarauguſtæ relictis ameonitatibus: ad Mōtiſonianos ardētiſſimos æſtus & hoſpiciorū miſe
rabiles anguſtias: ut tibi morem geram: me conferam. Tu tamē operā dabis ut cū uenero neq̄
te Siculum uocaſſe: neq̄ me ueniſſe pœniteat. Nam niſi mihi de hoſpicio conſultum fuerit in
tuo me recipias oportebit. Quod autē mihi de ſermone tuo: quē de me nuper apud Ferdinan
dū Vegā uirū & litterarū cultura & morū integritate præſtantiſſimum atq̄ unū ſane de prima
riis atq̄ intimis in domo regis habuiſti: Quodq̄ me illi conciliare ſtudueris rem profecto mihi
feciſti non modo iucundam: ſed etiā uehementer optatam: iamdiu enim cupio tanti uiri: quē
de facie dumtaxat agnoſco: conſuetudinē & familiaritatē inire. Cuius ut a te ſæpius & ab aliis
multis accepi: nec unq̄ improbabilibus officiis ceſſauit ingenium nec in magnis rebus errauit
iudicium. Perge igitur a me rogatus: quod ultro cœpiſti: nec unq̄ ceſſes donec me in eius ami
citiam inſinuaueris: nam Almazani gratiam ſpero me iam conſecutum: quippequi me nuper
uti cœpit: Sed obſecro rem iſtam prudenter agas: ne dum me uendere ſtudueris abſentem em
ptoribus ea de me ſpondeas: quæ mox præſtare cum uenero nequeas. Cauebis itaq̄ diligenter
cum de Siculo uerba facies ne me plus æquo & ex amore magis quam ex iudicio comendaſſe
uidearis: apud iſtum præſertim Ferdinandum Vegam: quem mihi dominum paras: qui mul
tifaria hominum ingenia varioſq̄ mores expertus omnia callet omnia nouit omnia intelligit
omnia uidet. Vale.



Lucius Marineus Siculus domino
Petro a caſtro Salutē plurimā. D.

SI bene uales gaudeo: ego mi Petre ualeo. Sero nimis & intempeſtiue redditæ mihi fu
ere lr̄æ tuæ: nō tua tñ uel negligēcia uel obliuione: ſed tabellariorū culpa & iniquitate:
qui ſine lucro lr̄as aut non perferūt aut tardiſſime reſtituūt. Legi tñ eas magna cū uo-
luptate q̄uis tardas: eoq̄ libentius: quo diutius atq̄ uehementius expectauerā. Vel quod erant
undique plenæ ſūmi amoris erga me tui prudentiſq̄ conſilii. Cæterū ſi quæ de regis aduentu
ſcribis ita futura ſunt: me nimirū Montiſoniū proficiſci neceſſe non ē. Intempeſtiuus enī meꝰ
iſthuc aduentus in regis diſceſſu neq̄ gratus eſſet cuiq̄: neq̄ mihi profuturus. Nō igit̄ eundum
cenſeo: ſi me nihil aſſecuturū ſpero præter labores itineris. Nā Rex: ut arbitror: iſthic diutius eſ
ſe nō pōt. Oratores enim imperatoris quos iam diu Barcinonē aduentaſſe ſcribis: Ilerdæ iā nūc
eſſe certiſſimū conſtat. In Paradiſo te igit̄ expectabo niſi tu me rurſus ad inferos redire iuſſeris.
Vale ex Cæſarauguſta pridie idus Iulias.

Martinus Siſamonius Lucio Marineo
Siculo oratori digniſſimo. S.

QVod me dignū exiſtimaſti: cui præclarū tuū opus tuto committeres: me profecto nō par
uo munere donaſti uir & lr̄is & moribus clariſſime. Erā enī eius operis uidendi iā diu ꝑ
cupidus. Quapropter non immerito tibi magnas habeo grās. Legerā nuper tuas nō nu
llas epl̄as: quæ mihi a deo iucundæ grateq̄ fuerunt: ut earū nullas a me prius abire permiſerim
q̄ exemplū ueluti debitū pignus reliquerint: feciſſemq̄ nunc idē niſi me operis magnitudo de-
terruiſſet. Nec mihi licuit aliquas deligere ne caetera ſiniuria afficerē. Quæ cum ſint Siculi nihil
habent quod nō placeat non delectet nō doceat non afficiat. Bone deus qualis eſt illa quā ad lu
douicū ſantiū regiū quæſtorē de eius patris obitu miſiſti? qualis & alia de eiuſdē morte ad Mi-
caelem clementē prothonotariū ſcripta? Quā ob rē te obſecro xp̄i miles inſignis ut utilitati cō-
muni conſulas & theſauros iſtos tuos erogare iā pauperibus incipias Vale.

Lucius Marineus Siculus Antonio flamminio. S.

e Tſi me in tua memoria: qua diuina ſimul & hūana oīa cōtines: fixū ac repoſitū eē cer
to ſcio uir ſapientiſſime: mihi tñ neceſſariū uiſum ē q̄dā breui repetere: nō tā ut me ti
bi ī memoriā reuocē: q̄ ut tu quoq̄ nō ignores te ī meo pectore uiuere q̄amātiſſime
fideliſſimeq̄ reconditū. In ſicilia Bizinū mihi patria ē: q̄ a Minoo tuo fœliciſſimo natali ſolo di
ſtat fere paſſuū milia decem. Cæterū ego te primū Panormi longa atq̄ familiari conſuetudine
cognoui: quū tecū & cū Antonio catone quaſi contubernalis utriuſq̄ Iacobū mirabellū in lr̄is
græcis præceptorē habui. Quo q̄dē tēpore & patriæ propinquitas & ſtudiorū ratio magno nos
amore conglutinauit. Deinde cū e Panormo Neapolim traieciſſem nauigaturus in Hiſpaniā
te conueni nō ſine maxima tua meaq̄ læticia: Qum tu quoq̄ Romā proficiſci iā deſtinaueras.
Quot annos igit̄ tu Romæ mi Flāmini chariſſime tot ego ſum cōmoratus in Hiſpania: ubi nu
llus fere dies mihi præteriit ſine uera debitaq̄ ꝑdicatione uirtutis eruditionis & ſapientiæ tuæ:
dicā etiā ſanctitatis: quā in te maximā ſuſpexi ſemper & ueneratus ſum. Te itaq̄ non minus ho-
die tota colit Hiſpania: quā uel nr̄a ſicilia: uel Italia. Nā ego uir integerrime magnas & admira-
biles uirtutes tuas & oē ſcientiæ genus uitæq̄ ſanctimoniā nō poſſum nō prædicare quotidie:
nō admirari non efferre continuo præconio. Quod eo libentius facio & dū uiuā facturus ſum:
quo magis debeo tibi: q olim me ad uirtutē ad lr̄arū ſtudia fideliſſimis atq̄ amātiſſimis cōſiliis
accēdebas. Sed de hoc alias. Petrus caprenſis: qui meas tibi lr̄as attulit: eſt Hiſpanus eques: gene
re nobilis fortitudine ſtrenuus uirtute magnus & moribus elegans. Qui cū me de tua admirabi
li eruditione cœleſtiq̄ ſapientia loquentē ſæpius audiſſet: accēnſus in amorē & admirationem

Universidad de Deusto Biblioteca



tui te cognoſcere & corā uidere maxime cupiens iſtuc profectus eſt:quaſi Gaditanus alter:qui
quondā Titi Liuii nomine famaqꝫ commotus ad eū uiſendum a Gadibus Romam uſqꝫ pera-
grauit. Quare dignus mihi uidetur tuo uel conſpectu uel colloquio. Te igitur ſuppliciter obſe-
cro atqꝫ ſi pateris oro:ut eā tuā experiatᷣ hūanitatē:quā me referēte cōcepit. Quē ego cū te uide-
rit tāto fœliciorē exiſtimabo q̄ Gaditanū:quāto præſtantiorē uirū cognouerit quā Titū Liuiū
Vale maximum noſtri Sæculi decus & ad mirabile uirtutis exemplum. Ex domo Ferdinandi
Hiſpaniæ Neapolis & Siciliæ regis idibus Octobris. I.D.ii.

Alfonſus Segura Lucio Siculo Mari
neo ſuo. Salutem Plurimam Dicit.

D.xi. calēdas Auguſti accepi tuas litteras:in quibus & meam agis perſonam de te du
a bitantem & magnam mihi ſatis ſuperqꝫ perſpectā demonſtras tuā uoluntatē:Ex utraqꝫ
re tanta ſum lætitia affectus ā qu tam meus mihi amor & erga te ſummus afferre debu
it. Erga te in quā ſummus eſt meus amor Verus integer pius & gratus:quid tibi uis amplius?
Et quid te uno mihi maius dicere poſſum? in quo mea oīs ſpes:ſi qua eſt uitæ cōmodæ poſita
eſt. Quo magis miror quid nā fuerit:ꝙ in me tam grauē cōmutatæ tuæ uoluntatis ſuſpitionē
conieceris:qui ut abs te diuelli nullo modo poſſum:ita te ipm̄ nō poſſe honeſte a me diſcede
re ſemper mihi habeo perſuaſum. Cuius ætas ſi tā cum tua conueniret q̄ natura congruit Sci-
pionē & Leliū ambo ſortaſſe uinceremus. Itaqꝫ tā odioſam ſuſpitionē nihil ē cur i me iſediſſe
ſuſpiceris. At iā intelligo quid te i iſtā opinionē induxerit:epl̄a fortaſſe una:quā quū eſſes i Mō
tiſſonio miſi:dedi eni quattuor:ex quibus una erat querelis plena proptereaꝙ quum ſolus:ut
ita dicā:murus intereſſet:quid eni propius poteſt eſſe? ne unam quidē litterā ad me reſcripſiſti.
Nō quia ea me exiſtimē amicitiæ fundumenta tecū ieciſſe:q̄ aut litteris firmari queāt aut ſilen
tio cōuelli:ſed quia:ut arbitror:hic unus ē fructus ueræ amicitiæ:quo cū ſermonē cōferre non
poſſis:cū eo per litteras & ſæpe aliquid agas:ſi mō ſimilis ē idēqꝫ ſenſus amoris. Et quid rogo te
Seguræ cōgruētius q̄ Siculus? quid rurſus Lucii ſimilius q̄ Segura? Quorū idē ē ex duobus con
fectū nolle & uelle. Quare noli putare mi Luci i tā graue peccatū me poſſe cadere:ut te ſuſpicer
i amicitia incōſtātē:quē ſcio a me blādicias mūdi uniuerſas nō poſſe cōpellere. Vide q̄ audeo
mihi de te affirmare. Sed tu idcirco m eas partes dubias cōfinxiſti:quia quū amāter reſpōderes
ex ea re maximā uolūptatē poſſe me capere certo ſciebas:equidē cœpi & incredibilē. Ego autē
quid ſcribā qđ te delectet nihil habeo:ꝑterq̄ ꝙ idē ſū & tu⁹ & ero cuiuſmodi cōſtātiæ etiā poſt
mortē ſpero me ſenſum habtiurū. Et qm̄ acta uideor ſæpe agere ad reliq̄ pergā. Iā eni clamitāt
iuriſcōſulti & hi per horā relicti:Sciebā quū aut Ludouico Santio aut Antonio Mudarræ nr̄as
lr̄as traderes:eras me uerbis ſatis amplis ornaturus:iccirco audētius ad utrūqꝫ cōſcripſi:q̄ huic
eruditioni meæ cōueniret. Vellē ad fuiſſes Mōtiſonio:cū eo & tua cauſa ſū ꝓfectus:ut quibus
me tradis eos mihi notos effeciſſes:q̄ re fuiſſet nil mihi dulcius. Mudarrā uero & Ioānē Garſiā
ſalutaui:qui me tua cauſa reſalutarūt honorifice & benigne exceperūt:utrūqꝫ mirifice amo:ſed
neſcio quo pacto modeſtus ille uľtus & humanus ſermo Mudarræ me ſibi arctiori neſcio quo
clauigulo colligauit. Et mira eſt in utroqꝫ ſignificatio probitatis & uirtutis. Ad Iacobum Ribe
ram Antiſtitem maioricēſem ſcribo:rogo te uideas quo me impellas dū me iſtis magnatibus
notum reddere cupis:quando ita uis commendabis me apud eum ut ſoles & apud alios. Gaſ-
parem Varrachinum uirum tam ingenio q̄ uirtute præſtātem ſcis a me te uno excepto præter
cæteros amari coli & uenerari:ꝙ ita eius in me merita & purus amor poſtulant:eum meo noīe
ſalutabis rogabiſqꝫ ꝙ impræſentia non ſcribo occupationibus ignoſcat. Ioannem quoqꝫ So-
brarium & utrumqꝫ hærediam hoc eſt patrem & filium iube ſaluere. Vale & cura iſtam grauē
ætatem molliter & occioſe agas:ut & mihi uiuas. Ex Ilerda. iiii. nonas Auguſti.

Alfonſus Segura Antonio Mudar
ræ Salutem Plurimam Dicit.



SIculi noſtri te ualde eſſe ſtudioſum amicū mľtis ſermonibus ex eo ſæpe cognoui:qui
te uiciſſim plurimi facit mirifice colit & amat. Is ut eſt tractabilis & in oēs beniuolus
neſcio qua ad me ſignificatione cōmotus olim:ſunt eni iam aliquot anni:me ſibi ſu-
ſcepit applicuit & quaſi propinquitate coniunxit & cū iunctū multis bn̄ficiis cōfirmauit & ho
die tenet. Ego uero eū:ut decet & eius in me merita poſtulant:ita amo ut & plus q̄ me amen:
ſi quo modo fieri poteſt. Nā:ut ſcribit Cicero:eos qui nobis chariſſimi eſſe debeāt præclarum
eſt æque atqꝫ nos metipſos amemus:plus uero fieri nullo pacto poteſt:ita qđ ſi fieri pōt me deſe
ro dū Siculo in amore ſatiſfacio. Quorſum inquies iſta? Nempe ut ad te cōmodius ueniā:& ꝓ
ptereaqđ Siculū habeas charū & tu eidē ſis pari amore coniunctus:etiā ego eius cauſa q̄ te amē
q̄qꝫ tibi bene cupiā tādē per litteras apperiā & tibi me totū dedā. Etſi mallē equidē hæc ꝑſens
tecū agere ut amorē erga te meū & obſeruātiā perſpicere poſſes nō ex oratione ſolū:ſed ex uul
tu ex oculis & frōte:qđ aiunt:clara & beniuolentia plena. Nō eni poſſum:crede mihi:æque te
atqꝫ Siculū nō amare:Cuius mores & egregia natura cū eo tā bene congruāt. Quod ſi igitur:ut
idē refert. nihil ē appetētius ſimiliū ſui nihil rapatius q̄ natura:oro te mi Mudarra & obteſtor:
quæ te cū Siculo cōiunxit:uelis eadē me tibi cōciliet:q̄ Lucio conglutinauit. Quod ſi:ut ſpero
& quæ tua narratᷣ humanitas:ipe feceris & ego aliquando abs te uel una ſignificatione intelle
xero:mihi crede:te & Siculo duobus amiciſſimis craſſū ſuperabo diuitiis. Vale ex Ilerda. xiiii.
calendas Iunii.

Ioannes Sobrarius Siculo ſuo. S.

NIhil eſt qđ ad te de meis rebus ſcribere poſſim mi Sicule:ꝑterq̄ qđ mihi filiā natā eſſe
intellexi:uxorēqꝫ puerperā bn̄ ualere:mihi ut arbitror gratulaberis cū ego gaudeam.
Condidi ex tēporaneū epigrāma:qđ ad te mitto:ridebis meū erga infantē nec adhuc
uiſam amorem:incuſabis philoſophū parces Sobrario parenti:miſerebit te patris:cui maximo
erit impendio:ſi ad coniugii peruenerit ætatem:gratulaberis matri:cui plurimo erit obſequio.
Vale & interim epigrāma legito.

Iſabela mihi uita iucundior omni
  Naſcere uirtutis ſemper amica piæ.
Nō tibi Tindaridis uultū precor ipe lacænæ:
  Nec tenuit quales colchis alūna manus.
Hypſiphiles oculos:nec pectus pantaſilææ.
  Sola tibi dos ſit cū probitate pudor.
Peneiopē ſemper teneas ſub pectore:manes
  Aut pete tartareos protinus umbra recēs.

BInas ſcripſi litteras:alteras ad Almaſianum:alteras ad Vrrium achates Regios:cura earum
habeas exemplaria:nam apud me teſtor deum:nullum reliqui:percuntare quid de eis ſenſe-
rint omniaqꝫ mihi patefacias uelim:& quid egiſti de epiſtolis ad pontifices Balearicum & Se
gouienſem miſſis:cura ut mihi reſpōdeāt:ut reſcribēdi ſit mihi locus interim uale:& me ama:
Cæſarauguſtæ octauo calēdas Auguſti anno dn̄i. M.D.X.

Ioānes Sobrarius Vgoni Vrrio regio Achati. S.

Vm intelligerē te plurimis & uariis negociis impeditū:diſtuli hacten⁹ ad te ſcribere.
c Acceſſit ad hoc:qđ incertus quidā rumor ferebatᷣ te Mōtiſonio diſceſſiſſe & alio eſſe
profectū:quo nec ubi eſſes:nec quo te cōtuliſſes ſcire poteramus. Nūc uero obuius mi
hi familiaris quidā tuus te iā reuertiſſe ſignificauit:quod mihi plurimæ fuit iucūditati. Quare
ſtatim cōſtitui has ad te dare:quibus tibi ſignificarē:& me ualere:& tibi plurimū eſſe deditiſſi-
mū:qđ nec te latet:nec quiſpiā qui nos norit ignorat. Panegyricū quē tibi dedi:per gratū mihi
facies:ſi aut igni cremabis:aut clauſum apud te retinebis:eſt enim crudus & rubigine plenus.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ego hic conatus ſum quãtũ mihi fauit Apollo: ungue & obeliſco infodere: & lima q̃dã deter-gere: plura cõmutaui: nõnulla detraxi: q̃ mihi uidebant᷑ ſubito furore excidiſſe: adidi p̃terea plu-rima carmina adeo ut numerus ſit quĩgẽtorũ uerſuũ. Videbis oĩa pene argumẽta: & q̃ſi prælu-dia geſtorũ regis: cognoſces me uerũ eſſe regis ſubditũ: nõ adulatorẽ: ut mẽtiar: nõ inuidũ ut detrahã: ut me pigeat: ſed fidũ ut q̃ uera ſint nõ reticeã. Cõdidi p̃terea nudius tertius extẽpora-neũ quodã epigrãma ad filiã mihi recens natã: gaudeo enĩ motus uix me cõtinere quiui quin ſic luderẽ: hoc ad te mitto: ut quo te ꝓſequar amore cognoſcas. Vale. Cæſarauguſtæ Viii. calen-das Auguſti anno. M. D. X.

Gaſpar Varrachinus religioſo uiro fratri
Ioanni Eneco ordinis Minorũ Vicario. S.

PEtit a me. R. P. tua: ut mitterem tibi binas litteras illuſtriſſimi Archip̃ſulis & dñi nr̃i unas ad proregem alteras ad officialẽ Valentiæ. Poſteriores tm̃ accipies his alligatas: nã ad Proregẽ princeps nr̃ cõſcribere uetuit. De religioſorũ enĩ rebus noluit ad ꝓpha-nos iudices litteras dare. Tuæ humanitatis erit dare ueniã tarditati meæ: q̃nquidẽ cũ ex iſta ur-be proficiſceremur: nec ſtatim poſtq̃ hic applicuimus ſuppetiit tẽpus: quippe qui mille nego-ciis his duobus tẽporũ extremis diſtricti fuimus. Præterea nõ mihi licet alias expedire litteras: q̃ eas quas Antiſtes noſter dari iubet. Illi ergo qui culpa omnino uacans a te & ueniam petit. & impetrare optat: tu non uereare aut importunus uideri dũ tam tempeſtiue aut moleſtus dũ tam moderate urbaneq̃ petis rem præſertim tã piã. Quid enĩ honeſtius: q̃ religioſum uirũ pro religioſis orare? aut iocundius eſſe poteſt: q̃ tibi a me dilectiſſimo exiguo labore rẽ gratiſſimã facere? cũ nullũ unq̃ uel maximũ recuſaturus ſim. Vale. Ex Mõtiſſonio pridie nonas Iunias anno ſalutis nr̃æ. M. ccccc. xii.

Alfonſus Segura Lucio Siculo
Marineo ſuo. Salutem.

SAlmanticã ueni ad. xii. kl̃as Nouẽbris: ubi cõpoſitis rebus nr̃is hoc mihi fuit p̃cipuũ de aduẽtu nr̃o te facere certiorẽ. Sciebã enim fore tibi iucundũ uti me maxime iuuat ad te propius acceſſiſſe. Quo ſi tibi charta non deerit ad me frequentius ſcribas de tua ſalute: quæ æque mihi cara atq̃ mea eſt: diſperèam mi Sicule ſi nõ hæc ex animo ſunt: ſed nota ſcribimus nõ tibi modo ſed etiam his: qui uel familiares hodie ſunt: quibus cum ſermones ſæ-pe cõfecimus: uel fuerũt ab eo tẽpore: quo te mihi i loco pr̃is & cũ bona mea forte ſuſtitui. Sed hæc ſæpe: libet tñ agere ſemper. Nos hic cõflictus iſte multitudinis & rerũ uarietas nõ nihil de-lectat: Sed qđ maximũ ẽ docta & frequẽs lectio lõge magis iuuat: ut animũ q̃ſi illecebris blan-dis ad ſe inuitare uideat᷑. Itaq̃ ſpero ſi cõmode ualebimus nr̃a diligẽtia ꝓficiemus. Antonio Nebriſſæ ſtatĩ ſcripſi ac eũ deinde ſalutaui: qui me humane quidẽ excepit: ſed aut mea opinio me fallit: aut Siculus: ut moribus ita & hũana cõſuetudine & aĩo benigno oĩs homines excel-lit. Tu mi Sicule ſi me amas reſcribes q̃primũ potueris quo de te curã meã leuaris & ego ſolitã uoluptatem ex tuis litteris percipiã. Ioãnes Cauallaria te ſalutat. Spinario eius & meo noĩe di-ces ſalutẽ. Vale Salmanticæ pridie idus Nouembris.

Siculus Seguræ ſuo. S.

ſ I tu uales mi Segura bñ ẽ: ego dei benignitate bñ ualeo: Salmãticã te ueniſſe mangope-re gaudeo: uel quia ĩ celeberrimo iſto bonarũ artiũ Gymnaſio maximoq̃ doctorũ homi-nũ cõuẽtu plurimũ ꝓficies: uel quia te: qđ ſemp optaui: ꝓpinquiorẽ habeo. Qui tibi meas lr̃as attulit ẽ unus ex diſcipulis: q me colũt & obſeruãt: ei mãdaui: ut tecũ meo noĩe ml̃ta cõferat. Quare te rogo ut quicquid dixerit uerũ putes & diligẽter cures. Vale.



Alfonſus Segura Gaſpari Barrachino. S.

CAue unq̃ putes mi Gaſpar aut miſerius cõtigiſſe aut ſũmã calamitatẽ grauiorẽ fuiſſe q̃ ea ẽ hoc tp̃e q̃ mihi Quartana mei Ioãnis ſibi ĩpi peſtilẽtior & incredibilẽ attulit. Eoq̃ fit ut quãto feruẽtior iuris ediſcẽdi ſit auiditas eo magis augeat᷑ dolor q huius tẽporis iactura nullo die mitigabit᷑. Quod in me ẽ eũ fero facie & uultu ut opinor bellis. Quid agã per-petuo ſtudio unq̃ ſatiandus & eius oĩ auxilio deſtitutus. Bone deus q̃ graue ẽ ferre ei q ſitiat aui-diſſime hauriẽti poculũ ſi eripias. Vtinã aut ad iuriſcõſultos me nõ cõtuliſſem aut ſæuiſſima q̃r-tana nõ fuiſſet uel potius iniqua fortuna me ſuis iſtis irritamẽtis oĩno non deſtituiſſet. Quid er-go dices. Quid? Laudemus deũ oĩpotẽtẽ & æquo aĩo feramus aduerſa qui ꝓſperis cõgaudem⁹. Hæc placuit tibi ſcribere ut intelligas qđ effeceris in nobis huius incepti oĩs auctor & q ardẽtẽ & hortationibus tuis ſubdideris flãmã erga cõſultosq̃ nullo tp̃e queat extingui ſi modo uel tenui ſp̃ũ fortuna ſuſpiret. Tu aũt mi ſuauiſſime Gaſpar e tuis nullo me delebis meo ſilẽtio lr̃arũ q me-moriæ ſemp occurris: mẽs enĩ in te amor & ſũma pietas nõ habet acceſſionẽ. Vale ex alcagnicio idibus Nouẽbris. M. ccccc. x.

Gaſpar Barrachinus Alfonſo ſegura. S.

d Eus nõ me bene iuuet mi Segura doctiſſime: ſi ſæpe tuã nõ ſũ miſeratus calamitatẽ: aſperrima mortaliũ cõditio tũ plurimis: tũ p̃cipue in hoc ẽ: ut ſi quoſdã benigna na-tura optimo producit igenio: aut nõ eoſdẽ ſtudiorũ efficit amatores: aut ſi utroq̃ mu-nere dotauit: eaſdẽ ut nõ ſupetãt facultates uidemus. In quorũ numero es tu mi Segura: qui cũ egregiis animi luminibus fulgeas: res anguſta obeſt ne facile emergas. Quare ut ad me ſapienter ſcripſiſti: facie uultuq̃ bellis hic tuus iuſtus dolor ferendus ẽ: ſimul elaborãdũ: ne quibus te na-tura decorauit bonis nequicia fortunæ defraudari paciare. Quod ita futurũ certo ſcio: ſi ſolas le-ges quas ediſcendas ſuſcediſti ſtudioſe proſequere. Ex his enĩ & dignitatẽ maxime expetendũ uidemus inquit Cicero: tũ uero & iuſtus ac honeſtus labor honoribus præmiis ſplẽdore decora-tur. Ego quidẽ tibi uitã cũ uictu cupio: nõ p̃ceptores ad ius ciuile tradendũ: tuo nãq̃ ſũmo inge-nio: crede mihi nõ enĩ fallor de te optimus p̃ceptor tibi eris ubiq̃ ſi uoles: dũ modo pergas im-peratorũ inſtitutiones relegere & digeſtorũ codices. Diſpereã ſi breui ſũmus nõ euaſeris. Qualẽ te nunc expræſſi cũ meæ ſemper occurras menti: ne uerearis queſo ut tui dũ uiuã poſſim obliui-ſci. Vale ex Cæſarauguſta pridie Calẽdas Decẽbris Anno ſalutis nr̃æ. M. ccccc. xi

Alfonſus Segura Lucio Marineo Siculo ſuo. S.

p Oeniteret me mi Sicule tã lõgã & ſinuoſam iuris ſciẽtiã introgreſſum: niſi te haberẽ: ad quẽ oĩ præſidio carens tanq̃ ad alterũ patrẽ in cuius te locũ ſubſtitui libere poſſim cõfuge-re: ita ſum ſollicitus iſta mei Ioannis quartanæ rabie peſtilenti: ut cũ nihil remittat: hoc anno ſine lr̃is intercedente: aut ad iuriſcõſultos nunq̃ ãplius redeundũ: aut ad te & ſtatim nõ ſi-ne maximo pudore tranſuolandũ: quorũ utrũ malim difficile ſine animi mei grauiſſimo do-lore dicã. O me oĩ p̃ſidio deſtitutũ: ſi nõ haberẽ Siculũ: qui me iſta miſeria aliquãdo leuet. Sed neq̃ ad te honeſte ire poſſum: cuius merita nemo habet maiora p̃ter me neq̃ meũ Ioannẽ nõ in-gratus relinquere. Qui me bona quadã natura ornatus mirũimmodũ ſemper amauit & benefi-ciis eſt proſequtus. Pater quoq̃: ut eſt eques oĩs generis uirtute præſtans: neſcio quid de me ſi-bi bene perſuaſit: & per deũ immortalẽ eſt huius gentis quædã innata uirtus: q̃ uel hoĩs duriſſi-mi ac perinde ingrati animi facile retineat. Itaq̃ & ſi utro me conuertam non ſum certus: tamẽ ut exiſtimo: meum feciſſe uidebor: ſi cuius proſperitate gaudeo: eius & mihi cõmunem aduer-ſam ualitudinem æquo animo perferam. Iterum te rogo mi Sicule mei memineris: per Deum rogo: nihilo enim minus eris idem & tantus Siculus. Quod ſi mihi in uita cõtigerit: quod opto ut me tibi memorem probare profiteor omnem obſeruantiam: indulgenciam: & paternam pie-tatem me tibi ſemper p̃ſtaturum. Vale & ut ualeas ſi nos amas ſemper cura: diſcipulorum & ma

Universidad de Deusto
Biblioteca



gnatũ noĩe quos ſaluere iuſſiſti quod tibi debeo perſoluo. ex alcagnitio. xiiii. kl'as Nouẽbris.

Siculus Garſiae haerediae. S.

I cũ liberis & uxore bene uales Hæredia clariſſime plurimũ gaudeo atq; lætor: ego quidẽ ualeo. Serius ad te ſcribo: nõ amicitiæ nr̃æ: quã colo diligenter & plurimi facio: ſed locorũ interuallo & tẽporũ cõditione. Cauſam qua tuis lr̃is hactenus nõ reſpõdimus a Gonſalo filio tuo cognoſcere potuiſti: qui & ipẽ uitæ nr̃æ labores & incõmoda moleſtiſſime ferebat. Da igitur neceſſitati ueniã: cui nemo repugnat: & Siculũ nũc eũ eſſe ſemperq; futurũ tibi perſuade: quẽ iſthic iudicaſti: hoc ẽ tuæ uirtutis amantiſſimũ: nõ eni frixit amor erga te meus: ſed maior nũc ẽ q̃ fuit hactenus atq; feruentior & creſcet indies. Eſt eni uerus & a tua ſingulari uirtute ſuſceptus: qua te p̃ſentẽ diliximus & nũc abſentẽ uehementer amamus. Sed hoc hactenus. Tempore quo Gonſalus filius tuus hinc ꝓfectus ẽ ego a curia ſeceſſeram: ſed eũ poſtea nihil ad me ſcripſiſſe miratus ſum ualde. Quapropter te maiorẽ immodũ rogo: ut ubi ſit & quid agat me certiorem facias: & uerbis Ioannis Garſiæ: qui tibi meas lr̃as reddidit: fidem adhibeas. Vale & uxorẽ & filios meo nomine ſaluta.

Iacobus auerſa Siculo. Sa.

Go mi Sicule tibi libentiſſime morẽ geſſi: dedi ſiquidẽ Ioanni galindo tuo decẽ aureos: quos ad te ſcripſi ſuperioribus diebus ut meo noĩe Gaſpari Horiolæ: qui mea iſtic agit negocia: repreſẽtares. Quod ſi feceris te rogo ad me ſcribas: & ſi qd ẽ qd' tua cauſa facere poſſim fac me certiorẽ. Nihil eni mihi demandaueris quod nõ libẽtiſſime ſuſcipiã & diligentiſſime expediã. Vale & me mutuo dilige.

Siculus Iacobo auerſano ſacerdoti regio. S.

Ccepi lr̃as tuas: q̃bus perlectis aureos decẽ Gaſpari Horiolæ tuo noĩe cõtinuo pſoluimus. Cuius rei teſtis ẽ Gabriel mulnerius: q eos numerauit: & in libris q̃ſtoris in futurã memoriã notauit. Cæterũ ego mi chariſſime Iacobe tibi magnas habeo gr̃as ꝓpterea q̃ & liberaliter mecũ egeris ſemp & in poſterũ te mea cauſa facturũ oĩa polliceris. Vale

Siculus Franciſco uerudico. S.

MEdicinæ: quã purgandi gr̃a p inferiorẽ partẽ corporis in uentrẽ mittimus: nomẽ ẽ clyſter: dictũ a uerbo græco clizin: hoc ẽ abluere. Plynius infuſa cucurbita clyſteribus ait inteſtinorũ omniũ uiciis medet'. Illud aũt: qd' in orificio durũ ad excremẽtũ ꝓuocãdũ ponit' & uulgo ſuppoſitoriũ dicit': a doctis honeſtiori noĩe & a glandis ſimilitudine balanũ fuit appellatũ. Pro balanis eni ſcribit aſclepiades cepae ſubditæ hemorroidas tollũt. Quæris p̃terea nũ & paſtilli: quos medici fere oẽs pilulas appellant: alio noĩe nũcupentur: q̃ & ſi pilulae nõ inepte dicunt': Quod pilae formã habent: a doctis tñ graecis & latinis catapocia nominant': ab iapinin graece qd' latine deuorare ſignificat: nõ eni mãdunt' ꝓpter amaritudinẽ: ſed integra ſubito deuorantur. Vale.

Bartholomeus corralis Lucio. M. S. præcrptori. S.

CVm octauo idus Martias doctiſſime uir extra municipiũ iſtud deambulatũ per cãpos egrederemur multis ultro citroq; uerbis habitis pollicitus ſum me tibi mearũ lr̃arũ oñſarũ characteres: ecce ad ſunt: q tibi ſi grati fuerint cũ illis tũ me & uelut quodã tibi mãcipio deditiſſimo uti nõ dedigneris: idq; ſi feceris mihi fore gratiſſimũ arbitrare. Sed haec hactenus. Vox enim faucibus haeret linguaq; obmuteſcit tremitq; cum arũdine manus cum tuam contemplor ſapientiam & dicendi copiam: admiror ſeu uelis dulce condere carmen: ſeu lingua



loqui ſoluta nemini utroq; ſecundus haberis: ita acerrimo imo potius diuino polles ingenio! O eloquentiã & admirabilẽ & obſtupendã: O hominẽ nunq̃ ſatis laudatũ: cui ſuũ nomẽ ẽ conſonũ: lucas diceris cur nõ potius Hiſpaniarũ lux appellaris? ꝓh nr̃i ſæculi homines: qui alterũ & Ciceronẽ & Maronem habetis eũq; laudibus haud meritis proſequimini. O utinã mihi tanta dicendi ſuppeteret facultas tua quantã expoſcit ampliſſima uirtus. Sed quia hæc mihi abeſt tñ ſatis ſuperq; uoluntas adeſt: me tuũ accipe totũq; me tibi trado: quid eni mihi poteſt euenire fœlicius q̃ Siculi conſuetudine frui? Sed te uehementer oro diſertiſſime uir: ut hanc epiſtolã licencioris audatiã tuæ aſcribas hũanitati: quã tibi aiũt cœlitus miſſam: hæc eni ſumma: qua te proſequor: obſeruantia me id facere coegit. Vale doctiſſimorũ phœnix.

Siculus Bartholomeo currali diſcipulo. S.

PLurimũ delectarunt me lr̃arũ tuarũ characteres. Sunt eni pulcri ſunt elegãtes & manus ultro ſtudioſeq; ſcribentis: ſed multo magis animus liberalis ſincerus & mei amantiſſimus. Nã quod mihi tantũ tribuis in cauſa eſt nõ iudiciũ: ſed amor nimius erga me tuus: qui te decepit atq; coegit: ut me plus æquo laudares. Quod cũ ita ſit magnas tñ tibi gr̃as habeo: uel qd' me tã ſtudioſe colis uel qd' mihi tã liberaliter officiũ tuũ & labores polliceris Vale.

Gaſpar Barrachinus Siculo ſuo. S.

Egi nuper apud Ciceronẽ tuũ in quadã ad atticũ ep̃la: prouerbiũ: cuius me ſententia latet fruſtraq; fatigat. Sum enim earũ rerũ: quas ignoro: cognitionis maxime cupidꝰ.

Ciceronis uerba ſũt hæc. Atq; haud ſcio an melius ſit: q̃ ad Eurothã ſedere. Eurothã flumẽ eſſe mihi Plynius atq; alii permulti declarant. Sed quare ſit inde receptũ adagiũ nec ego poſſum intelligere nec alii uiri nõ indocti: quos cõſului: mihi ſatiſfecerunt. Erit igit' hũanitatis & eruditionis tuæ mi iucũdiſſime Sicule: q recõditos linguæ latinæ locos & inextricabiles pſoluere facile potes: hũc mihi locũ Ciceronis interpetrari. Vale ex Cæſa. vii. kl'as Iulias. M. ccccc. x.

Ioannes Boſcanus Siculo ſuo præceptori. S.

INdignũ mi Sicule ac prorſus iniquũ eẽ arbitror amicitiã noſtrã eo ſilentio deprimi: ut nihil minus in p̃ſentia uelis q̃ Boſcano tuo familiariter uti. Id tñ: ut uerũ dicã: mea potius negligentia q̃ tua inhũanitate factũ eẽ cõfiteor. Ego eni qui omnia tibi debeo hũanus ac liberalis iure quodã erga te eẽ cõpellor: tu uero quocũq; officii genere ac eo præſertĩ qd' ad lr̃arũ rẽ ſpectat: adeo me tibi obnoxiũ reddidiſti: ut omnis gratificãdi facultas mihi penitus ſit erepta. Tu eni diuturna: ut ſic dixerim: uigilantia nõ ſolũ primis: qd' aiũt: lr̃is meũ ĩgeniũ exornaſti: ſed ulterius ad altiora ꝓgredi cõpuliſti. Quare nõ mediocrẽ ingratitudinis notã cõtrahere uiſus fuero ſi ullũ erga te liberalitatis genus omittã. Quid eni maius ac ſantius eẽ poteſt q̃ in eũ grato aĩo eẽ cuius opera nõ paruũ eruditionis lumẽ cõſequaris? Quã ob rẽ mi chariſſime Sicule ſi quid eſt in mea facultate tibi potes facile perſuadere id mihi tecũ eẽ cõmune. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni
Boſcano diſcipulo Salutem. P. D.

ET ſi te mi Boſcane dilexi ſemper plurimum uel quia genere nobilem magnoq; ingenio præditum uel quod unum ex omnibus qui Ferdinando Regi ſeruiunt generoſis adoleſcentibus noueram multis excultum uirtutibus & optimis bonarum artium ſtudiis maxime deditum: nunc tamen amorem erga te meum multo magis accendit: & quaſi uentus ignem maiorem fecit epiſtola tua. Quæ mihi & quantum ſub noſtra doctrina breui tempore ꝓfeceris: & quæ tua fuerit ſemper animi gratitudo ſingularis & prõptiſſima uolũtas & erga

Universidad de Deusto
Biblioteca



me beniuolentia & obſeruantia facile declarauit. Vtinã mi chariſſime Boſcane plures tui ſimi
les & huius ingenii diſcipulos haberemus: ut in aliorũ ſicut in tua ſingulari uirtute atq; amore
fideliſſimo ſenectus mea conquieſceret. Cæterũ ego quod mihi tã benigne oĩa polliceris ingẽ
tes tibi gratias habeo: & tuæ laudi maxime faueo. Vale.

Gaſpar Barrachinus Lucio Marineo Siculo. S.

DVper ad te lr̃as dedi: quibus ut debebã tibi plurimũ gratulabar quod ſacerdotii bordo
narienſis poſſeſſio tibi reſtituta fuerat. Miſi etiã exẽplũ epl̃æ ad ſũmũ põtificẽ: ut de ea
iudiciũ tuũ trepidationẽ leuaret. Sed a te nihil hactenus lr̃arũ accepi. Quod me ualde
ſollicitat. Nã ſi bene uales: quod uehemẽter opto: uel memoria nr̃i tua langueſcit: qđ mihi nõ
parũ moleſtũ eſſet: Sed multo triſtius acerbiuſq; ducerẽ: ſi aduerſa ualitudo eſſet in cauſa quo
minus mihi reſponderes. Vtcumq; igitur ſeſe res habeat: ingratã uitã uiuo dũ a te nec lr̃as acci
pio ullas nec quo modo ualeas intelligo. Affecit enĩ me grauiter eius modi rerũ egritudo & an
xio timore ſollicitus ſum eaq; timeo: q̃ pro capite amiciſſimo timeri ſolent. Erit igit᷑ mi Sicule
humanitatis tuæ & officii his me curis laborantẽ lr̃is aut tuis aut a lterius liberare. Vale ex Cæ
ſarauguſta. xiii. kl̃is Aprilis. Anno ſalutis nr̃æ Duodecimo ſupra. M. &. cccc.

Siculus ſobrario ſuo. S.

e Go mi Sobrari libenter fateor abſte diligentia & humanitate uincor: nec a tua ſingu
lari uirtute ſuperari moleſte fero: dũ tua iſta ſolertia & amor in me æque mihi ſemper
atq; tibi ſit utilis. Legimus apud Plyniũ a te diligentiſſime notata multarũ Hiſpaniæ
ciuitatũ noĩa: in quibus barcine nobis occurrit: quod ſæpius apud eundẽ Plyniũ me legiſſe sta
tim ſum recordatus. Cæterũ ego te nõ de noĩe ſolũ ciuitatis ſed etiã de conditore conſului. De
quo mihi hactenus nullius auctoritas ſatiſfecit. Nã qđ nõnulli de Barcanona per uaſti maris p̱
cellas Herculis herrabundi ſtulte fabulantur: ego profecto nõ minus falſum puto q̃ ridiculũ &
ineptũ. His præterea: qui Abarce libiæ regina uel a barcæis Affricæ populis Barcinonẽ dictã uo
lunt: aſſentiri nõ auſim. Siquidẽ nec Barcen reginã neq; Barcæos in Hiſpaniam ueniſſe cõſtat.
Quã ob rẽ mihi rẽ gratiſſimã ſis facturus: ſi diligenter: ut ſoles: operã dederis: ut huius rei mihi
te auctore uel uera ratio: uel ſaltẽ uerisimilis probari queat. Plynius cũ meis cõmẽtariolis: quos
ad te deferri iuſſeras: ad te reuertitur. Vale & tuos oẽs: quos ego meos exiſtimo: meo noĩe ſalu
tato.

Ioannes ſobrarius Siculo ſuo. S.

CVm incidiſſemus uterq; in ſermones operis tui de uita & rebus geſtis diui Ioãnis Ara
gonũ regis: a me petiſti: nunquid legiſſem aut audiſſem de noĩe & cõditore Barcino
nis ciuitatis: cuius maximã in tuo opere mentionẽ feceras. Ego mi Sicule nullã rẽ arbi
tror me legiſſe: quã tu nõ bis terq;: aut ut uerius dixerim pluries perlegeris: quid enĩ ſobrarius
& iuuenis & parũ eruditus legere potuit: quod Siculus uir & ætate maturus & lr̃is undecũq; refer
tus nõ ſaepius perlegerit? Verũ ne tibi hac re defuerim: hæc mihi uiſa ſunt ad te ſcribere: nõ qđ
ea pro certis tibi tuis anteponã: ſed ut obtẽperantiæ erga te meæ teſtimoniũ tibi p̃beant. Pom
po. Mella ſuæ geographiæ Libro ſecundo ſcribens de monte Iouis: cuius cautes dixit ſcalas Hã
nibalis appellari: in hæc deſcendit uerba: inde ad Tarraconẽ ciuitatẽ praeclarũ Scipiouis opus
parua ſũt oppida. Blãdeluto Betullo: Barcino: ſubur: Tholobi: parua flumina betullo iuxta Io
uis montẽ rubricatũ in Barcinonis littore inter ſubur & tholobin maius taraxo. G. plinius ter
tio naturaliũ inquit: in ora aũt colonia barcine cognomine fauentia: ecce tibi ni fallimur urbis
nomen licet declinatione uariũ: Nã mella latine inflexit Barcinonis. Plynius græce barcine. es.
Quod in numiſmatibus barcanona legit᷑: nec laudo: cuius rei tibi p̱inde ac doctiori approbatio
nẽ relinquo. Sed iã de cõditore q̃ mihi in mentẽ occurrũt accipe: tuo tñ iudicio: Ego barceos Li



biæ populos aut Barcẽ reginã in Hiſpaniã ueniſſe hactenus nõ legi. Cæterũ apud Strabonem
libro tertio ni fallor hoc ſcriptũ reperit᷑. Carthaginenſes ductore barcha aduerſus Hiſpanos du
ctantes exercitũ: eos: uti ſcriptores prodidere: argenteis inturdetania præſepibus & dolis utẽtes
in poteſtatẽ redegerũt. Ad hæc idẽ Strabo hæc refert uerba: poſt ea igit᷑ loca abdera eſt: & Carta
go noua: quã ædificauit Aſtrubal. Is qui barce Hãnibalis genitori ſucceſit. Ecce duo cartaginẽ
ſiũ ductores in Hiſpaniã ueniſſe: a quorũ noĩe potuit fortaſſe barcino nominari: nõ quia eã ipſi
ædificauerint: cũ: ut ait Plynius ante fauentia dicebat᷑: ſed qđ eiꝰ nomẽ mutare potuerũt. Vale.

Siculus Michaeli hieronymo Sanctangelo diſcipulo. S.

QVi ueniũt iſthinc oẽs uno ore p̃dicãt te miliciã iſtã magno animo ferre: & eẽ uirũ fortẽ
atq; conſtantẽ. Quæ quidẽ res nõ minori lætitia nos affecit q̃ Iacobũ ſanctãgelũ patrẽ
tuũ uirũ p̃ſtantẽ & tui amantiſſimũ. Perge igit᷑ & aĩo forti tolera iſtius militiæ labores
tibi peracto bello cũ uictoria magnos honores & imortales allaturos. Nã ſi: ut ſpero: quid uel
memoria uel laude dignũ geſſeris: te in hiſtoria: quã de bello iſto Cãtabrico ſcripturi ſumus: in
ter uiros ſtrenuos & illuſtres honorifice meritoq; reponemus. Cæterũ ut oĩa facilius ac libẽtius
perferas fac memineris: ut ait Cato: labores nõ ſentiri poſt rẽ confectam: & præclarã famam &
gloriam immortalem fore. Vale.

Lucius Marineus Siculus Ioanni corteſio
Regio ſacriſtæ maiori. Salutẽ plurimã. D.

ET ſi cũ mihi redditæ fuerũt lr̃æ tuæ magnis rebus & neceſſariis negociis occupatiſſimꝰ
erã mi chariſſime Ioannes: tuũ tñ negociũ: qđ mihi iniungis nõ auide minus ſuſcepi q̃
libenter. Quid enĩ ego tibi nõ debeo pro amore erga me tuo & humanitate ſingulari?
Faciã igit᷑ ſemper tua cauſa diligenter oĩa: q̃ tibi uel iocũda uel grata uel utilia fore cognouero:
nõ tñ ut iuriſconſultus: ſed hiſtoricus. Nunc aũt & ſi poterã te remittere ad uolumẽ: qđ de regi
bus Aragoniæ ſcripſimus: in quo cunctorũ regũ Aragonũ geſta cõtinent᷑: ut tñ te labore lõgae
inquiſitionis leuarẽ: ip̃e q̃ ad rẽ tuã facere exiſtimabo collecta breuiter ad te mittã. Vale.

Petrus quintana Siculo ſuo. S.

MInime mirũ tibi debet uideri uir clariſſime ſi nullas hactenus ad te lr̃as dederim. Fuerũt
enĩ mihi impedimẽto maximo multa uariaq; negocia. In quibus & ſi uerſor aſſidue:
proximis tñ diebus adeo fui occupatus ut uix potuerim naturæ facere ſatis. Terrebat p̃
terea me tua grauitas ueneranda ſummaq; doctrina: quæ quidẽ nõ immerito in noſtra Hiſpa
nia nõ mõ unica ſed etiã admirabilis a uiris doctiſſimis exiſtimatur. Vale.

Siculus Ludouico ſantio theſaurario & cõſiliario regio. S.

ÆTas mea iã grauis & ſenectus quaſi ualitudinaria me quotidie admonet Ludouice cla
riſſime: ut q̃ nobis ante diẽ uitæ ultimũ ſunt agenda nõ differant᷑ in craſtinũ. Spes enĩ
uiuendi diutius oĩbus etiã iuuenibus eſt incerta: nedum mihi grandæuo & iã prope ſe
p̃tuagenario. Senex nãq; dictus eſt quaſi ſeminex: hoc ẽ ſemimortuus: quatenus exacta maiore
ætatis ſuæ p̃te iã morti p̱pinquior ẽ. Quare ſeniũ ueteres tediũ moleſtiã morbũq; dixerũt: ideo
q; boni qdẽ ſenes infirmis q̃ ſimillimi ſũt: ut. n. nõ ĩfirmos: ſic nõ ſenes p̱bos auaricia nõ libido
ſollicitat. Qui nõ amoribus ſeruiũt nõ appetũt honores: diuitias & opes negligunt: atq; dũ deũ
cognoſcunt ſeq; homines eſſe meminerunt deſpiciunt neminem: nemini inuident: mirantur
neminem. Incertus igitur ego qua hora me uocabit humanæ conditionis neceſſitas: cum iam
libitina quotidie mihi hoſtium pulſare uideatur: tibi uotorum meorũ: quorũ te nuper particis

Universidad de Deusto
Biblioteca



pem feceram:memoriam renouare coactus ſum:ne forte qui me diligunt meam poſt obitũ pru
dentiam requirant. Faue tu igitur Ludouice doctiſſime noſtris optatis:in quibus nõ magis ſtu
diorum meorũ teſtes quam tuæ laudes & Gabrielis ſancii tui genitoris præſtantiſſimi uiri me
morabiles uirtutes continentur. Vale.

Lucius Marineus ſiculus Luciæ metranæ.S.

CLara & illuſtris eruditionis & eloquentiæ tuæ fama magnũ ſtudiorũ tuorũ nomẽ pri
uſq̃ te uidiſſem ad me peruenerat puella doctiſſima:poſtq̃ uero te coram cernere & or
natiſſime loquentem audire mihi contigit multo quidẽ doctior multoq̧ pulchrior ui
ſa es:quã animo ante meo concipi potuiſſes. Admiratus equidẽ ſum uehementer non ſolũ do
ctrinã & eloquentiã tuam ſed etiam uenuſtatem formã ſexum & ætatẽ. Proptereaq̧ una uirgũ
cula facie ſpectabilis uiros oẽs Hiſpanos eloquentia linguæ romanæ longe præſtas. O fœlices
parentes:qui te talem filiam genuere. Debes tu quidem clariſſima puella multum deo optimo
maximo:qui tibi magnum dedit ingeniũ:debes p̃terea plurimũ parentibus:qui te nõ fœmina
rũ cõmunibus officiis nõ corporis ingratis laboribus citoq̧ perituris deſtinauere:ſed liberalib⁹
ſtudiis p̃claris artibus & æternæ memoriæ conſecrarunt. Debent & illi tibi nõ parũ:q̧ eorũ ſpẽ
& opinionẽ tua uirtute ſingulari magnoq̧ ſtudio ſuperaſti. Debet etiam Hiſpania tota: quam
gloria tui nois & eruditionis p̃ſtantia magnis laudibus illuſtras. Ego uero puella digniſſima tã
tum tibi certe debeo:quantũ ſoluendo non ſum. Per te ſiquidem non muſas non ſybillas ſæcu
lis prioribus inuideo:non pythias uates non apud Pythagoreos fœminas philoſophãtes. Nũc
itaq̧ quod hactenus dubitabã:facile credo romæ Lelii et hortenſii & in ſicilia Stheſicori filias &
alias fœminas eloquẽtiſſimas fuiſſe. Nũc demũ cognoſco mulieribus a natura nõ fuiſſe dene
gatũ ingeniũ:qđ ætate noſtra per te maxime comprobatur. Quæ ſupra uiros in lr̃is & eloquen
tia caput altius extuliſti. Quæ una in Hiſpania puella teneraq̧ uirgo non lanã:ſed librũ:non fu
ſum:ſed calamũ:nõ acũ ſed ſtilũ diligenter & ſtudioſe tractas. Vale & ſi qua res eſt in qua mea o
pera uti uoles ſcito me tibi nuſq̃ defuturũ:Iterũ Vale & me per lr̃as de tua ualitudine & totius
uitæ inſtituto rogo cerciorem facias.

Lucius Marineas Siculus Ioanni Garſiæ regio
ſcribæ Salutem plurimam dicit

DImirũ uerũ illud eſt uulgare p̃uerbiũ nihil ſerius optatis. Sic enĩ plerũq̧ ſolet accidere:
ut q̃ uehementius & auidius optamus ea diutius noſtra uota morẽtur & anxias mẽtes
cogitatione continua & ſpe nimiũ lenta ſollicitent. Quod ideo nunc mihi uenit in mẽ
tem:quia dũ te maximo deſiderio prope quinquaginta dies expecto:tu neq̧ uenis ad nos ne
q̧:qđ magis admiror:lr̃as unq̃ dediſti. Quæ res duplicẽ mihi qdẽ ſuſpitionẽ ingerit: uel quia
nõ bene ualeas:uel q̧ ſis iã Siculi tui p̃ceptoris oblitus:tametſi de ualitudine tua minus timere
debeo:quippe qui iã ſcio te bene ualere. Nã mihi paſchalis tuus refert ad eũ q̃ ſcribis oĩa. Si ua
les igit̃ & nulla cura nulla te Siculi memoria tenet abſentis profecto:q̃ tua ẽ prudẽtia:cauere de
bes:ne mihi alius p̃ſens alius abſens eſſe uideare. Ego uero aut ſcripſiſſem ad te pluries aut iſtuc
iã pridẽ reuerſus eſſem: niſi te quotidie uenturũ putauiſſem. Sed qđ hactenus nõ ueneris eo te
minus accuſo:quod iã ſcio tibi integrũ nõ fuiſſe. Nõ enĩ tibi fuiſſet honeſtũ regẽ hoc tẽpore de
ſerere & Calcenã ſecretariũ:qui tua opera tuaq̧ diligentia maxime indigebant. Cæterũ magna
tua ẽ cõſtantia magnaq̧ prudentia:quã ego nõ mõ plurimũ laudo magniq̧ facio: ſed etiã ue
hementer admiror:teq̧ familiariter hortor atq̧ liberius admoneo:ut neutiquã ex Montiſonio
niſi cũ rege ſecretariiſq̧ diſcedas. Nã te prope diẽ:ut ſpero:deus ab iſto Montiſoniano liberabit
exilio. Vale ex Cæſaraugusta nonis quintilibus.

Lucius Marinens Siculus Garſiæ haerediæ



a Accepi lr̃as tuas hũanitatis plenas & amoris ſũmi erga me tui. Quibus cũ plus ocii na
ctus ero plenius reſpõdebo. Nũc enĩ multis & magnis impeditus negociis nullo mõ
poſſum:nouis p̃ſertim & grauioribus curis oppræſſus:q̃ me eo acrius torquent:q̃ũ
p̃ter opinionẽ mihi acciderunt. Quare te etiã atq̧ etiã rogo:ut meã excuſationẽ libenter accipi
as. Vale igit̃ & tibi p̃ſuade te mihi eẽ q̃ chariſſimũ:ac tãtũ a me amari te putes quãtũ ip̃e me ſem
per amaſti. Nõ enĩ facile patior me ab his ĩ amore ſup̃ari:quorũ uirtus & amor in me maior in
dies atq̧ nobilior:nec ſine meis honoribus & cõmodis apparet. Iterũ Bene Vale.

## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER TERCIVSDECIMVS.

Lucius Marinens Siculus Federico Portugalliæ
epiſcopo Sigunciæ Salutem plurimam dicit.

Interrogaſti me nudiuſtertius antiſtes illuſtriſſime quibus latine
uerbis uelamenta iſta dicantur in domus tuæ parietibus expoſi
ta: quæ ſunt artificio mirabili contexta uariiſq̧ diſtincta colori
bus & humanis ac fere uiuis imaginibus depicta cum titulis anti
i quas teſtantibus hiſtorias. Ego aũt & ſi tũc ex tẽpore tibi reſpõdi
quæ mihi in mentẽ uenerunt:Nũc tñ eadem paucis notata uer
bis ad te mittenda putaui generoſiſſime præſul: ut tuis & dome
ſticis & alũnis:quos erudire diligenter curas:prodeẽ queãt. Hæc
igitur domus ornamẽta:ſicuti p̃dixeram:a poetis & latinis aucto
ribus aulæa dicta fuiſſe cõperio. Exempla quorũ afferre non neceſſariũ duxi: cum præſertim ti
bi ſint non ignota. Cæterũ nominis huius hæc fuiſſe ratio uidetur:quod his ornamentis in au
la primũ Attalus Aſiæ rex uſus fuiſſe perhibetur. Eadẽ diuus Ambroſius regũ cortinas appella
uit. Quæ alio noĩe:ut tu quoq̧ dicebas:peripetaſmata uocantur & periſtromata: quibus aulae
cubiculiq̧ parietes excolunt̃. Eſt aũt aula pars illa domus:q̃ communi noĩe dicimus ſalã:tamet
ſi conſuetudo fecit:ut aula principis domus intelligatur: quæ ſuo noĩe uerius regia dicitur. Sũt
alii præterea domus & minores apparatus:qui tapetes ſeu tapetia uocãtur. Hæc ſunt etiã mul
tis elaborata coloribus:quibus equi menſæq̧ tegũtur:& nonnunq̃ pauimẽta. Quæ diuus Hie
ronymus aſternendo ſtratoria nominauit:obtulerunt inquit ei ſtratoria & tapetia. Horũ multi
tudo ſimul adiũcta tapegogia dicit̃ q̃ſi tapetorũ multorũ ſuppellex:ueluti ſinagoga:qu ecõgre
gationẽ ſignificat. Vale præſtantiſſime præſul & cũ tapegogia iſta tua & pulcherrimis aulæis
diutius ac fœliciſſime uiuas.

Siculus Hieronymo ſpinario ſuo.S.

GInas abs te lr̃as & periucundas accepi:quibus facile cognoui:quod ſine ulla dubitatio
ne ſperabã:magnæ tibi curæ fuiſſe res meas. Habeo tibi gratiã:quia multis & magnis
rebus occupatus & tempore tam difficili nõ modo mea negotia diligenter egeris: ſed
etiam de rebus omnibus ad me frequenter & officioſe perſcripſeris. Ego iam diu iſthuc reddiſ
ſem:niſi mihi qui Montiſonio ueniebant & Cæſarauguſtani ciues pro certo nunciaſſent regẽ
confectis iam Barcinonis & Valentiæ negociis Cæſarauguſtam breui fuiſſe uenturũ. Quod tu
quoq̧ lr̃is:quas ad me proxime miſiſti:confirmabas. Nunc aũt iſtud cras cras: quo diſceſſurũ
regem eſſe oẽs uulgo ferebant nondũ ueniſſe:ualde miror. Bone Deus quid hoc eſt? nunquid
cras iſtud latet apud Indos? aut Garamantas? Illud præterea quis nõ uehementer admirabitur?
q̧ tres dies quibus in Montiſonio Rex cõmoraturus dicebatur:tres iam menſes facti ſunt? His
enim diebus nullos alios unquã longiores fuiſſe ſine dubio credimus:nec illos quidem: quos
amãtes enumerauerunt Phillis & Penelope:dum altera demophonta ſuum mare proſpiciens:al

Universidad de Deusto Biblioteca



tera lentū ſollicita nimis Vlixem expectabat. Cæterum regē habemus: qui dierum: ſi uelit: ali/
os per breues: alios longiores: & quod mirabilius eſt: modo ſerenos: modo nubilos efficere faci
llime poteſt. De cuius aduentu te rogo quod ſenſeris ad me ſcribas: ut tuis lr̄is admonitus quid
mihi faciendum ſit deliberare facilius poſſim. Quod autem Segura me iſthic nō inuenerit uix
queo dicere quam moleſte tuli. Nam q̄ triſtis Ilerdam: me non uiſo: redierit: non ignoro. Tibi
tamen & Antonio mudarræ magnas gratias ago: qm̄ eum honorifice meo nomine atq; libera
liter excepiſtis. Ego lr̄as ad eum mitto: quæ ſi forte uenerint ad tuas manus: curabis: ut ad eum
tuto perferantur. Vale ex Cæſarauguſta pridie nonas Iulias.

Ioannes Galindus Siculo. S.

DEbeo parentibus mi Sicule & ob id magis q̄ me tibi tradiderūt: debere item me tibi fa
teor: quē me ita benigne per decēniū & amplius tractaſti: ut patrem nunq̄ deſideraue/
rim. Ego uero ſi quid feci: ut Terētianus ſoſia ait: aut facio: quod placeat Siculo gaudeo
& id gratum fuiſſe habeo gratiam. Sed iam uenio ad rem. Poſt meam ex Neapoli a te profectio
nē quomodo ſe habeant negocia ſcripſi ad te nunq̄: non enim qui ad te deferret uel unam litte
ram quemq̄ inueneram. Iam uero negocia ex noſtra ſententia confecta ſunt omnia: ut meā dili
gentiam non requiras: præterq̄ q̄ ſerius ſcripſerim: & læticiam longius traxerim: feras tamen
noſtras lr̄as ſpero tibi fore gratiores. Bene Vale & breuitati parce. Nam cætera ſi ſingula ſcribā:
uolumē componam. Ea ut ſpero propediem coram dicam. Nauigabo enim ad te intra paucos
dies. Iterū bene uale Sicule mea unica ſpes ex Panhormo.

Siculus Ioanni garſiæ ſuo S.

QVæris a nobis & quid animus ab anima differat: & quotuplex anima ſit duas profecto
res admodum dignas: ſed per difficiles: de quibus & ſi non ſiculum poeticæ facultatis
ſed eruditiores uiros & ſacrarum litterarū profeſſores conſulere debuiſſes: breuiter tm̄
tibi non quid ego: ſed alii qui me docuerunt: ſenſerint reſpondebo. Quidam animam qua ui/
uimus eſſe dixerunt: ideoq; ſæpe pro uita ponitur anima: ut in euangelio. Bonus paſtor animā
ſuam ponit pro ouibus. Et Iuuenalis ſummū crede nephas animam præferre pudori & propter
uitam uiuendi perdere cauſas. Animum uero quo ſapimus: unde ſapiens animus dicitur. Qui
bus adhærens ait Macrobius: animus enim propie eſt mens: quam diuiniorē eſſe anima nemo
dubitauit: & rurſus ait. Cum ex ſummo deo mens: & ex mente ſit anima. Verum nonnumq̄ ac
cipitur anima pro mente ideſt pro animo. Idem Macrobius. Tunc enim anima libera eſt: & nu
lla corporis contagione impedita. Plato uero diuinus homo non uult eſſe coniunctum corpus
& animam: ſed ſolam animam eſſe hominem. Cuius tres eſſe partes figurant & eius princi/
patum ideſt rationem in capite ſicut in arce poſuit: reliquas partes duas iram: ſcilicet: & cupidi/
tatem locis animæ diſcluſit: in pectore iram: & cupiditatem ſubter præcordia locauit. Ariſtote/
les cum quattuor illa principiorum genera complexus eſſet: Ex quibus omnia orirentur: quī/
tam quandam naturā eſſe cenſuit: ex qua ſit mens: cogitare enim & præuidere & diſcere & do
cere & inuenire aliquid & tam multa alia meminiſſe amare odiſſe cupere timere angi lætari &
ſimilia in horum quatuor generum ineē nullo: ſed quintum genus eſſe uacans nomine: ideo/
q; animum ipſum endelechiā appellant nouo nomine: quaſi quandam cōtinuatam motionē
atq; perēnē. Omitto multorum opiniones: quorum alii animum cor eſſe dixerunt: unde excor
des uecordes & diſcordes dictos eſſe ratione carentes: & concordes uiuentes ſecūdum rationē:
alii animi ſedem in cerebro: alii in corde eſſe cenſuerunt. Cæterum quattuor in homine aīas eē
dicunt: naturalem: quæ eſt in herbis & arboribus: quæ & ſi non mouentur: uitam tm̄ habēt cū
naſcantur creſcant & extinguantur: uitalem quæ in uermibus eſt quæ tm̄ mouētur: ſenſualem
ut in mutis animalibus: in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudii.: Intellectualem quæ eſt in ho/
minibus tantum. Qui & cogitare poſſunt & iudicare: nos igitur ſi ſic eſt: cū herbis & arboribus
uegetamus



uegetamus & creſcimus: cū uermibus mouemur: cū mutis animalibus ſentim⁹: ſed cū angelis
intelligimus. Hæc ſcripſimus ex tempore: quæ ſi tibi non ſatiſfecerint: alia ex aliis doctioribus
theologis & eccleſiæ doctoribus petito. Vale.

Lucius Marineus Siculus Franciſco Fernando
Raſconio diſcipulo ſuo & ſacerdoti regio. S.

POſteaq̄ hinc diſceſſiſti litteras abs te binas accepi: quibus hactenus impeditus aduer/
ſa ualitudine: que mecū diutius pedē cōtulit: reſpōdere nō potui. Facile igit̄: ut ſpero:
ueniā dabis amico uel præceptori uel ſeni uel grauiter ægrotāti. Nō enī aliter comiſiſ
ſem ut meas litteras deſiderares. Debeo nanq; tibi tantū mi Raſconi chariſſime quantū referre
non poſſum. Te ſiquidē ex omnibus nr̄i collegii ſacerdotibus mei ſtudioſiſſimū cognoui ſem/
per & amantiſſimū: idq; nō uerbis quidē fictis & ornate cōpoſitis: quibus abūdāt alii: ſed offi/
ciis & honoribus erga me tuis ſum ſæpius expertus. Sed ego tibi mutua beniuolētia & paribus
mētis affectibus reſpōdere facile poſſū: bn̄ficiis uero & honoribus nō poſſum. Quod res meas
tā diligēter & officioſe curaueris tibi gr̄as magnas habeo: Sed ego de nr̄i ſacerdotii negocio qd
agēdū ſit ad Frāciſcū Salā ꝓcuratorē meū ſcripſi: quē tibi ſic cōmēdo: ut ſi filius meus eſſet. Nā
& ipſi q me tāq̄ patrē diligit & obſeruat: & parētibus eius quāuis mortuis plurimū debeo: quorū
domus oī tp̄e quo Salmāticæ ſum cōmoratus nō ſecus mihi patuit ac ſi mea fuiſſet. Facies igit̄
mihi rē gratiſſimā ſi iuuenē probum & mihi magna neceſſitudine cōiunctū in amicitiā tuam
receperis & quibuſcūq; rebus poteris ornaueris atq; iuueris. Frāciſco Mēdocio ſalutē dixi noīe
tuo & excuſationē tuā diligenter expoſui. Vale. Burgis idibus Aprilis.

Siculus Ioanni Educato. Salutem.

SI me tā ignauū tanq; fatuum eſſe tibi perſuaſum habes ut obliquos animi tui mores
& ingenii callidas artes intelligere nequeā: tuo nimirū iudicio longe falleris. Ab initio
ſi quidē repetitionis anūli tuæ mētis nō æquas cogitationes animo ſtatim percepi: Si
culus enī ſum non Archadicus: & tm̄ adhuc expectare pacientiſſime uolui: ut uerſutia illa tua
uerbaq; Vafre cōpoſita demū quorſum euaderēt clarius intelligerē. Quod iam nūc & aperte ſa
tis intelligo &: ut debeo: moleſte fero nec minus tua quā mea cauſa: quippe qui uehemēter do
leo ꝓpterea qd̓ tu uir ſatis probe educatus & magnæ auctoritatis & meus amicus anellū & rem
minimā honori tuo pro quo uitam: ſi res poſtularet: profundere deberes anteponis. Quare te
ualde familiariter admoneo rogoq; ut dignitati tuæ mature cōſulas & nequaq̄ uelis iterū me/
as expectare q̄relas. Habeo nāq; tecū expoſtulādi q̄ iuſtiſſimas cauſas: quas niſi uirtutis & æſti/
mationis tuæ rationē habeas apud Antiſtitē noſtrū fortaſſe nō libēter audies. Vale.

Alfonſus a Segura Lucio Marineo
Siculo præceptori. Salutem.

D quartū calendas Auguſti epiſtolā tuā accepi: poſthac nullā. Ad eā: q̄ ꝓxime reſpō
a di: ero breuior: nullū n. q; argumētū impræſentiarū ſe offert ad te ſcribendū præterq̄
ut oſtēdā q̄ tuā præſentiā deſiderauerim ac ſemper deſiderē: ſimul ut cōſilii mei ratio
nē tibi reddā. Dulcis igitur tua cōſuetudo ſuaue colloquiū ac grata confabulatio: deus immor
talis uix dicere poſſum quantū & uoluptatis & utilitatis haberent: iis nūc carendo magis intelli
go q̄ tunc fruendo: & nihil unq̄ iucundius cuiq̄ fuit q̄ tu mihi mi Sicule: cuius ī me amorem
multitudine bn̄ficiorū præſens fructuoſum intellexi & nunc abſens adhuc ſentio incredibilē.
Verū: ut pro me loquar: ſum tibi eorū: in quos tua larga beneficia cōtuliſti: animo omniū lon
ge gratiſſimo: amore uero pari. Ad alterū deuenio: ſcis te auctore Ioannē Caualleriā adoleſcē
tē ꝓbū ſuperiore āno fuiſſe mihi diſcipulū: is cū me mirifice diligat diligit omnes ita eſt animo

Universidad de Deusto
Biblioteca



nobili:profecturus ad ius ciuile eo me multis impellere conatur mei cupidus ac precio conten
dit. Ego adoleſcentis amore & bona conſuetudine etiam commotus meip̃m colligo & conſu/
lo tandẽ fore utile credens:quod ſpero:eius uoluntati ſum obſecutus. Hoc tamen non prius fe
ci q̃ Barrachinũ noſtrum cõſulerem:ad quem rem cũ refero:ip̃e geſtiens quaſi pro ſuo bono:ui
de cui me conciliaſti:uiro animo & uirtute ſingulari:ip̃e inq̃ geſtiens ꝙ ita mihi ſucceſſerit gra
tulatur & amantiſſimam rationem ſubiiciens ad conſiliũ hortatur mouet & impellit. Eo itaqꝫ
auſpice: quod aiunt:adhortante iam iuris ſum factus totus amans. Hæc de me habui ad te ſcri
benda. Tu de tuis cũ ad me ſcribas Barrachino noſtro mittito litteras:dabit & ip̃e operam utri
uſqꝫ amore ut ad me Ilredam perferantur: Vbi fortaſſe non amplius uno anno ego & meus Io
annes commorati:deinde aut Salmanticam aut in Italiam diſcedemus. Quicquid de me erit
erit tibi crebris meis litteris non ignotum. Vale ex Cæſarauguſta nonis Octoris. Ioãnes Caual
leria te ſalutat:noſter Barrachinus & Ioannes Sobrarius tibi dicũt ſalutem:Roncionius abeſt.
Ex Cæſarauguſta nonis Octobris.

Lucius Marineus Siculus Gaſpari
Barrachino. Salutẽ plurimã Dicit

SI tu bene uales gaudeo gratulorqꝫ:ego quidem ualeo mi ſuauiſſime Gaſpar. Erã ſcri
pturus ad te lõgiorem epiſtolam tibiqꝫ mei ſilẽtii iam merito ſuſpecti rationem & cau
ſam plenius redditurus:ſed propter nimiã tabellarii feſtinationem mihi certe non licu
it. Ignoſce igitur obſecro uir ſuauiſſime & hoc epiſtolio modo contentus eſto:quo te per amici
tiam noſtram & amorem mutuum rogo obſecro & obteſtor:ut litteras iſtas:quas tuis inſerui
& colligaui:ad Alphonſum Seguram noſtrũ ubicunqꝫ ſit deferri diligenter cures & q̃primum
Vale & litteras a me longiores expecta. Tuis nanqꝫ litteris reſpondebo :quibus a me perhuma
ne quæris quid ad Eorotham ſedere ſignificet. iterum bene uale cũ liberis tuis & uxore præ/
ſtantiſſima. Ex Hiſpali idibus iuniis anno. M.ccccc.x.

Gaſpar Barrachina Lucio Marineo
Siculo. Salutem Plurimam Dicit.

LItteras:quas meis alligatas ad Seguram noſtrum mihi dederas:perferri ad eũ curaui
diligenter. Paucis poſt diebus hic coram retulit ſe illas accepiſſe qua hilaritate qua cũ
gratitudine nullo equidem pacto tibi explicare ualeo:cum ille ipſe uir ſummi inge/
nii admirabiliſqꝫ doctrinæ ac in exprimẽdis animi affectibus prope ſingularis notis uultus ma
nibuſqꝫ ſupplicibus pronunciationem iuuantibus exprimere uel potius innuere uix potuerit.
Officioſiſſime namqꝫ minima quæqꝫ in eum collata perinde interpretatur ac ſi maxima fuiſ/
ſent beneficia:q̃q̃ tu nihil potuiſti niſi magnum in eum contuliſſe. Quid enim a Siculo orato
re celeberrimo poteſt proficiſci quod ſuſcipiendum tanq̃ a ſummo eloquentiæ faſtigio con/
ceſſum non ſit?magnum ut aiunt magna decẽt. A me uero quid haurire potuit? præterquam
fraternum amorem fideleſqꝫ monitus:ut te liberalibus in ſtudiis imitetur:& iureciuili ut operã
nauet:quod uſqꝫ a deo hortatus eum ſum uehementer ut iam ab eo uix auocari poſſit. Intelli
git enim mores noſtræ tempeſtatis iniquos:id eſt omnes Hiſpaniæ primates ac:ut uerius dicã:
totius orbis diuites tantum admirari diſertos:& iureconſultis munera opes dignitateſqꝫ cõfer
re ſolitos. Quare mi iucundiſſime Sicule ut es utriuſqꝫ præceptor optimus maximus & aman
tiſſimus:ita te huic meo condiſcipulo & amiciſſimo ſaluberrime conſulturum minime dubi
to:ut te monente & hortante pergat:& incepta ſtudia non deſerat. Quod ſi fecerit breui quidẽ
habebis:liceat modo uiuere:diſcipulum non minus iuriſconſultiſſimum q̃ eloquẽtiſſimum.
Cæterum maxima me afficies uoluptate:cum quid ocii nactus eris:ſi quid ſibi uelit illud Se/
dere ad Eurotham mihi expoſueris. Vale. Ex Cæſarauguſta idibus Septembris. anno ſalutis
noſtræ Milleſſimo quingenteſſimo Vndecimo.



Siculus Alphonſo Seguræ ſuo. S.

QVod hactenus ad te non ſcripſerim nihil aliud fuit in cauſa mi Segura niſi mea longi
or a curia regis abſentia. Menſes eni iam ſeptem apud Placenciã Luſitaniæ prouinciæ
ciuitatem ſum cõmoratus:quo me rex Ferdinãdus miſit:ut hiſtoriam:quá Cæſarau/
guſtæ latine confecerá:in hiſpanum ſermonem cõuerterem. Quod ingenio & labore cuiuſdã
Rodorici Metellinatis iureconſulti ex uoto confecimus. Fuit enim Rodoricus ille meus olim
diſcipulus:qui in hiſpani ſermonis excellentia cultaqꝫ facundia plurimũ pollet. Apud Placen
ciã dico fuimus ĩ paſſarone oppido ubi Placẽtinus Antiſtes:cuius ille comes ẽ a ſecretis ualitu
dinis cauſa ſe continebat:Sed in locis a publicis itineribus longe remotis & in nemoroſis con
uallibus abditis:unde mihi neqꝫ ad te neqꝫ ad aliorũ quemq̃ quos habemus amicos ĩ curia ulla
ſcribẽdi fuit opportunitas. Inde uero cum proximis diebus ad regẽ Hiſpalim ueniſſem Spina/
rius noſter quinqꝫ epiſtolas:quas ad me ſcripſeras:mihi reddidit. Quarũ oĩno unus tenor unũ
fuit argumẽtũ. Te ſcilicet Ioannis diſcipuli tui contubernio: propter eius aduerſam ualitudi/
nẽ morbũqꝫ quartanæ deſtitutũ uehementer eſſe ſollicitũ:quæ res & mihi de ſtudiorũ tuorũ
ratione non parũ ſollicito nõ laboris minus adiecit q̃ ſollicitudinis. Id eoqꝫ nunq̃ deſtiti uel co
gitare uel circunſpicere uel ambire:ut aliquã tibi cõmodã & honeſtã conditionẽ pararẽ:quæ te
uel cum aliquo tuo labore quærendi uictus cura lauaret & ſtudiorũ tuorũ curſus atqꝫ ꝓgreſſus
non impediret. Quod annuãte deo:qui iuſta ſemper & honeſta petentibus adeſt:iã ſumus ade
pti:de qua re Palatius Rubius iurecõſultus & Ferdinandi regis conſiliarius ad te ſcribit:qui per
litteras ad eã cõditionem te uocat:quã mecum ſæpius optaſti. Filiolos habet duos admodum
paruulos & præclaræ indolis:quibus eũ præceptorẽ quærit:qui ſit nõ ſolũ grãmaticus ſed etiã
probus & eruditus. Cum itaqꝫ mecum de tuis moribus & linguæ latinæ cultu atqꝫ præſtantia
ſermonem audiuiſſet amare te ſtatim cœpit:& cognoſcere multũqꝫ iuuare maxime cupit. Me/
qꝫ monuit rogauitqꝫ:ut eius erga te uoluntatẽ & amorẽ tibi ſignificarẽ:teqꝫ rogarẽ:ne cõditio
nẽ oblatam & beniuolentiã:qua te proſequit:aſpernari uelis. Erit igitur mi Segura prudentiæ
tuæ qua nunc iſthic conditione ſis anteq̃ deliberes cogitare. Cæterũ ego te ualde rogo ut ſiue
accipiendã conditionem hanc ſiue omittẽdã cẽſeas:ad me de propoſito tuo q̃primũ ſcribas:
ne tantũ uirũ:qui cũ mihi magna eſt & peruetus amicitia:lõga nimis expectatione ſuſpenſum
teneamus. Qui ſi ueneris oĩa:quæ nobis eſt de conditione pollicitus nõ equidẽ dubito quin
ſit liberaliſſime facturus. Eſt eni uir non modo doctus & probus ſed etiã grauis conſtans & per
humanus. Sed tu mi Segura illud tibi perſuadeas:quod ſæpe ſum pollicitus:me tibi nullo lo
co defuturum. Petrus martyr negauit ſibi redditas fuiſſe litteras tuas & ſe ſcripturũ ab te mihi
pollicitus eſt. De me quod nũc ad te ſcribã nihil habeo. Vale hiſpali idibus Iunii.

Alfonſus Segura Siculo ſuo. S

SEras tuas litteras & nimis ſeras expectationi noſtræ ad quartum calendas Septẽbris
accepimus Ilerdæ:paulo tamen fortaſſe gratiores:q̃ ſi ſæpius ſcripſiſſes:propter eaq̃
auidius aliquid a te expectabamus:in his cognoui tuam abſentiam a regis curia bene
longam in cauſa fuiſſe tanti ſilentii. Ego uero mi Sicule tãtum habeo tibi polliceri : nullũ eſſe
locum tam remotum nullam regionẽ tam extremam:inquã me fortuna reiecerit :nullã poſtre
mo tam multiplicem occupationẽ:quæ Seguram:quo minus ad ſuum Siculum ſæpe ſcribat:
poſſit impedire. Sed feramus Siculum nimis tarde ad eos ſcribentem:quos ſibi uinculo arctiſſi
mo coniugauit tanq̃ filios & accipiamus iſtam de nobis aliquando memoriam modo ſemper
& ipſe ualeat & ſecum noſtri meminerit. Quamquam nec eſt quod de te dubitare poſſim:nec
ego unquam in huiuſmodi ſuſpitionis crimen incidi:maxime perſpecta tuis litteris ſollicitu
dine ſtudiorum noſtrorum:& nunc ſumma diligentia iuuandæ conditionis:ad quam me uo
cat Palatius Rubius:tu quoqꝫ ad eam quaſi pungere uideris:pro quare nec tu a nobis gratias
expectas:nec nos in præſentia agimus:ne minores agamus quã debemus:ac ne maioris ſum/

Universidad de Deusto Biblioteca



mæ rei liberaliſſimo tibi creditori iſtā exoluētes:ſi fieri pōt:aliquo numero grātū:illius uidea
mur q̄ſi imemores. Cōcludamus ergo ī memoriā hāc tā beniuole collatā nobis gratiā q̄ ſola me
moria ſperamus aliq̄ tibi gratiā ꝓ his relaturos:parē autē a ſolo ſummoq; deo referēdā. Cæterū
ut ꝓpoſiti reddā rationē:ego mi Luci nūq̄ cōmittā:ut dn̄o meo Frāciſco Cauallariæ uidear in
gratus:qui me ꝑter bonā cōditionē ſumma humanitate & beniuolētia cōplectit̄. Nā ꝙ ſcripſe
rā cōmodā nr̄is ſtudiis cōditionē aliq̄ quæreres:fecerā id quidē deſperatione ualitudinis ī Ioā
ne nr̄o:Sed melius egit miſericors deus:eo enī recōualeſcēte & cōditio reintegrata eſt & ſpes a
dn̄o ꝓpoſita dū filius ī iſtis ſtudiis uerſabitur ſe mihi nunq̄ defuturū. Ita nō poſſim eū deſere
re ſine meo magno incommodo & eius iniuria. Quā ob rē te obſecro mi Luci æquo animo fe
ras & bonā & honeſtā excuſationē accipias:ꝙ ſi tibi aliter uidebitur faciendū:me deſerā dū ti
bi morem geſſero. Nūc tibi ſtudii noſtri ſummā exponā:ſcio enim faciam tibi rem nō iniocū
dā. Percurrimus hoc biennio omnes iuriſconſultorū codices:& in eis uidemur quibuſdam pro
feciſſe mediocri noſtro ſtudio adeo ut eam putemur cognitionem cōſecuti:qua facile & fidēti
animo:ſi copia librorū ſuppetat:breui tēpore poſſimus in lucē prodire & apparere : ſtudiorum
enim noſtrorū præſidia & totius iuriſconſulti quaſi mēbra libri eſſe dicūtur. Ego autē & ſi ſem
per uiuo mecū & uera conſcientia:tn̄ iſtis temere fortaſſe & inſolenter non nihil conſentio:ſed
cū me colligo animo a me ipſe deficio earum rerum inops:quæ iſta præſidia ſubminiſtrant.
Quis rogo te non animo linquet:qui longum iter ingreſſus uiaticum uideat quaſi omnem
uiam ſubductam iam iam defuturum? atq; ea propter tuæ erit liberalitatis & conſtantiæ ī ami
citia hoc tempore oppignerata tibi noſtra fide ſoluendi uel facta uerſura:ad comparandos uel
unius Bartoli commentarios aliq̄ nummorum ſumma iuuare:quod tu & facile potes & ſi fece
ris:ut ſpero:præterq̄ ꝙ gratum deo facies nobis gratificaberis:& efficies ut cū nos e uaſto mari
aliquando emergamus:ſi quid erimus adepti tibi totum tribuamus. Age uero mi Sicule pate
re iſtam rem a Segura non amplius rogari:conſidera rogo te quis & quam rem & quo tempo
re a te petam. Hæc ſcribo Cæſarauguſtæ idibus Septembris. Salmanticam intra paucos dies:ut
exiſtimo:cum peruenerimus faciam te de aduētu noſtro certiorem. Tu ſi quid interim ad me
ſcribere uoles dabis litteras noſtro Barrachino:qui:ut eſt ī me ſemper officioſus:facile curabit
mihi perferantur. Vale. & Spinario noſtro dic meis uerbis ſalutem.

Martinus Siſamonius Lucio Marineo
Siculo oratori poetæq; facundiſſimo. S.

T ſi uereor ne mihi uicio uertas uir eloquētiſſime quod litteras quas ad Ludouicum
e Santium regium quæſtorem nuper ſcripſiſti tibi repoſcenti non ſtatim reddidi:nō
dubito tamen te mihi ueniam daturum. Nā ſi mihi nō gratiſſimæ fuiſſent primo qui
dē uerbo tibi remiſiſſem. Quare non te uerebor accuſatorem:qui uel te iudice me uenia dignū
putabis. Fuit enim mora laude potius digna q̄ reprehenſione. Siquidē nihil eſt qd' ex tua ꝓ
dit officina:quod me nō magnopere delectet. Scribis enim:neq; id aſſentandi palpādiq; uicio
cuiq̄ dictum uideri uelim:facunde diſtincte ornate cōcinne eleganter atq; ſuauiſſime. Ideoq;
uix credere poſſes q̄ cupiā legere & apud me habere quicquid ſcripſeris. Qua propter mi chariſ
ſime Sicule te uel mea ul' aliorū cauſa rogo atq; obſecro:& etiā ſi pateris:oro ut oīa tua ſcripta
colligas & in lucem proferas:ut uigiliarum & laborum tuorum fructu te uiuēte perfruamur.
Quod quidem non tua ipſius cauſa minus facere debes q̄ aliorū:ne quis poſt obitū tuū:quod
ipſe quoq; ſuſpicaris:honorem & famam:quæ tibi iure debetur:ſibi uendicet. Vale.

Iacobus Laſtrenſis Siculo præceptori ſuo. S.

SCripta tua:quibus nihil unq̄ deguſtaui ſuauius:ad te remitto uir doctiſſime:quorum
lectione ſum adeo delectatus ut ea a me diſcedere uix ſuſtinuerim. Sed tibi morē geſſi
ſperās me eadē cū m̄ltis aliis a tua liberalitate īpetraturū. Quibus:ut ſperare uideor:



te nō mō ſæculi ꝑſentis hoēs ſed etiā poſteritas oīs agnoſcet amabit colet & uenerabit̄. Nō enī
poterūt:quāuis a te ſupprimant̄:diutius cōtineri:quin ad cōmunē potius utilitatē ī lucē ꝓferā
tur. Quippe quæ digna ſunt ut nō ſolū ueniāt ī publicū ſed ut in ſcholis etiā exponant̄. Erit enī
uel indoctus uel inuidus uel ruſticus mi Sicule quē tuus ſtilus nō delectabit. Quo nihil ē dul
cius nihil ornatius nihil elegātius nihil deniq; utilius. O quantū naturæ debes uir inſignis nā
ſiue carmē ſiue hiſtoriā ſiue ſcribas epiſtolā primatū obtines. Quā rē nō ego quidem ſolus ſed
oēs etiā:ad quos tua ſcripta perueniūt:& cognoſcūt & libentiſſime prædicāt. Profecto multū
tibi debet rex Ferdinādus & oēs hiſpaniæ magnates:quos fœliciſſimo tuo ſtilo ab obliuionis
iniuria uēdicas. Vale.

Siculus Alfonſo Sancto. Salutem.

LEgi quā libētiſſime tuas epiſtolas amoris erga me tui & obſeruātiæ plenas:legi & uer
ſus ingenioſos elegātes & cultos & meas laudes referētes:quibus cū cætera:tū uero me
ipſa plurimū delectauit mera ſimplicitas. Intelligo te mi Sācte qd' ſcribis q̄ optime ſen
tire:idq; ſiue natura ſiue arte facias nō laudo ſolū:ſed etiā miror. Inuenio tn̄ neſcio qd : qd' q̄le
ſit:nec bn̄ſcio nec ſi ſciā dicere uelī. Hoc enī qcqd ē:qd' nūc deſiderat̄:tp̄s & uſus:q ē optimus ar
tiū magiſter:tibi certe facile demōſtrabūt. Itaq; ſi tua hæc cœpta cū ætate creuerint:facile ſpero
fore:ut inter uates ꝓſtātiſſimos reponaris. Vale mi Sācte. & te Siculo q̄ chariſſimū eē tibi ꝑſuade.

Siculus Alfonſo Seguritano. Salutem.

SI tu mi Segura libēter ad me ſcribis:ego litteras tuas lego nō inuitus:& tibi ſemp tā in
amādo:quā in ſcribēdo libentiſſime reſpōdebo. Quod Ioānes tuus patriæ dulcedine
recreatus quartanæ morbo leuari ſe ſenſerit:plurimū certe gaudeo:cū illius : tū & tua
cauſa. Deus illū ſua benignitate in priſtinā reuocet ualitudinē:& parentū uotis atq; nr̄is inco
lumen ſeruet. Nos pridie nonas Septēbris ex Mōtiſſonio Cæſarauguſtā uenimus. Vnde pe
rendie cū Ferdinando rege:ut oēs affirmāt:In ulteriorē proficiſcemur hiſpaniā & Tholeti ut
opinor hyemabimus : unde ſi quid acciderit noui te certiorē faciam. Vale. Ex Cæſarauguſta.
Vii. idus Septembris.

Iacobus Laſtrenſis Siculo. Salutem.

QVoniā:ut Seneca docet:uir ſapiētiſſime bn̄ficiorū memoria ſeneſcere nō debet:acce
ptūq; bn̄ficiū æternæ memoriæ infigēdū ē:meū eſſe duxi:ut tibi memorem tanti mu
neris animum oſtenderem:& ſi non quas debeo quas tamē poſſum gratias agam. Me
igitur quando maximæ tuæ uirtuti animoq; benigniſſimo erga me ſoluendo non ſum:imper
petuum tibi uir humaniſſime debitorem:& quæ mea ſunt omnia tui iuris eſſe conſtituo. Va
le unicum uirtutis eruditionis & humanitatis exemplum.

Siculus Iacobo Laſtrenſi. Salutem.

T ſi gratiarū actionē nō expectabām mi Laſtra:iſta tua tn̄ animi gratitudo mihi fuit q̄
e iucūdiſſime:quæ quidē ad ꝓmerēdas hominū uolūtates plurimū ualet. Tu uero uir
doctiſſime mihi perſolues:ſi quid debes:cumulatiſſime:ſi diſcipulos iſtos : quos tibi
inſtituēdos magna fiducia tradidi:diligēter aſſidue & magna cura docueris. Quod ſi:ut ſpero:
feceris & illorū parētū: qui te iuuare multū poterūt:gratiā demereberis:& me tibi ex creditore
debitorē efficies. Adhibe quæſo diligētiā:ſi tibi curæ eſt honor utriuſq; noſtrum:ut pueri:qui
magno pollent ingenio:te docente proficere uideantur:& parentibus placeant:quo mihi gra
tius facere nil poteris. Vale.

Lucius Marineus Siculus Martino Siſamonio iurecōſulto. S.

Ix queo dicere q̄ta me læticia tuus aduētus affecerit: quo quidē hoc infœlici tēpore nec oportunius mihi quicq̄ contingere potuit nec optatius. Erā eni de Ludouici Santii regii quæſtoris utriuſq; noſtrū diſcipuli dolore ualde ſollicitus. Qui nimirum grauiſſimū uulnus accepit: amiſit eni paucis diebus et filiū recēs natū: & Hiſabellā uxorē ſibi chariſſimā. Amiſit inq̄ uxorē ſingularis exēpli & pudiciciæ mirabilis: etiā ſi olim fuiſſet. Qua cū iam trienniū uixerat ſine iurgio ſine ulla uel offenſa uel moleſtia. Siquidē illa marito ſuo præter amorē maximū ſummam etiam reuerētiam præſtitit: cū & ipa non minorē mereretur. Hac itaq; Ludouicus uxore id eſt animæ ſuæ dimidio priuatus ingenti mœrore cōficit. Quo uel ſaltem eius parte leuari tua præſentia ſapientiq; conſilio poterit. Nam ego quidē hactenus eum adire medendi gratia non ſum auſus: & conſolatorio uel ſermone uel ſcripto: dū admittere curationem & cicarricem pati poſſet: abſtinui. Vale.

Martinus Siſamonius Siculo. Salutē.

Vod te tanta lætitia meus aduētus affecerit mi Sicule cauſa fuit amor inter nos mutuus: qui me ut ad te redirē coegit. Verū nō oportuno ſed infœlici tēpore: ut ſcribis: huc me cōtuli. Dolor eni: quē ex obitu Heliſabelæ cariſſimæ cōiugis Ludouici Sancii regii quæſtoris utriuſq; noſtrū diſcipuli primo rumore cōceperā: eius deinde litteris nimiū auctus: & poſtremo ueſte Lugubri uultuq; perſpecto ſub mœſto fuit mihi nimirum: ut par erat: pene intollerabilis. Ab ipa nāq; uix egreſſus infantia mutuo me amore ꝓſecutus ſemper bñficiis & honoribus affecit. Quapropter eius caſus mihi quidē grauiſſimus accidit. Cuius etiā uxor: quæ mortem cum uita commutauit: me tanq̄ patrem colebat: in cuius animo ſedes erat omniū uirtutū: erat enim quāuis adoleſcens maximæ prudentiæ: ſermone uerax: uaniloquos odio proſequebat: in cōmiſſo fidelis: apud uirū quotiēs intercedebat pro domeſticis & familiaribus: intercedebat autē ſemper: ualde ſtrenua: oi uirtute cōſpicua: erga pauperes admodū pia. Quam ob rem omnes quidē: qui hanc regiam colunt: cunctarū eā non puellarum modo uerū etiam matronarū ſpeculū p̄dicabāt. Cui tanta præterea uenuſtas inerat: ut ab oībus quaſi numē haberetur. Hæc oia uirū: qui eā mirifice diligebat: magno quidē dolore cōcutiūt. Qui tñ ut eſt uir prudēs & ab ineunte puericia chriſti præceptis imbutus: moderate quidē fert dolorē tāti uulneris: ut pote qui nō ignorat uitā alterā multo eſſe meliorē & ſempiternam: Ad quam Hiſabelā uxorem de hoc fallaci Sæculo migraſſe nequaq̄ dubitat. Siquidem non amiſit eam ſed cum infantulo filio ad uerā & optatam gloriam præmiſit. Hac igitur ratione hac ſpe uir chriſtianiſſimus & ſe & nos oēs cōſolat. Vale.

Siculus Martino Siſamonio iureconſulto doctiſſimo. Salutem plurimā Diicit.

Fflagitant quotidie multi familiares multiq; diſcipuli meq; cōtinuis p̄cibus fatigant: ut ſi quid accurate ſcripſiſſem: quod eis utile ꝓfuturūq; putarē: nō abditū non occultū nō clauſum nō ſepultū non infoſſum habeā: Sed dū licet & anteq̄ ex hac uita mihi migrādū ſit recognoſcā diligēter & i lucē ꝓferā: ne forte mihi demortuo accidat: qđ multis aliis: quorū libri falſis aliorū noībus indigniſſime circūferunt. Ego uero & ſi mea ſcripta nō ea eſſe cognoſco: q̄ ſua dici quiſq̄ mediocriter doctus ſuſtineat: eorū tñ ſtudiis gratificari fortaſſe non nollē: q me & officioſe colūt & rē nō iniuſtā petere mihi uident. Cæterū neq; hoc ꝓmittere cuiq̄ ſine cōſilio tuo audeo: neq; facere poſſum ſine Ludouici Sancii regii q̄ſtoris ope & auctoritate. Quare te doctor inſignis ꝓ mutuo inter nos amore rogo atq; obſecro: ut & q̄ tua ſit i hac re ſentētia declares: & cū Ludouico nr̄o cōmuni diſcipl̄o diligēter agas: ut qđ ipe quoq; ſentiat quidq; ſit facturus aperte nobis oſtendat. Vale.



# LUCII MARINEI SICULI EPISTOLARUM LIBER QUARTUS DECIMUS.

Lucius Marineus Siculus Frāciſco Verudico diſcipulo. S.

Vantū me tua maxima uirtus iucundiſſimaq; cōſuetudo delectabat mi Verudi ce cū hic aderas: & quātus fuerit amor erga te meus nūc demū maxime ſentio. Nā cū multi ſint in Ioannis Velaſci domo uiri nobiles: qui me diligūt & obſeruāt: cum ſit & nobiliſſimus atq; doctiſſimus Arnaus: qui me non ſecus ac patrē colit: tui tñ unius abſentiā ferre uix poſſum. Noui enim te uirū magnæ doctrinæ ſummæ ꝓbitatis acris ingenii magni iudicii & eorū: quos eruditos eſſe cognoueris: maxime ſtudioſum. Noui p̄terea mores cādidos & elegātes: noui animū magnū & i amicitia cōſtātem: ex quo tibi paternū cognomē nō ſine rōne inditū fuiſſe mihi perſuadeo. Siquidē noīa rebus & hominibus impoſita ſunt nō caſu: quē admodū uulgus exiſtimat: ſed: ut Platoni placet: monente ac dictāte natura: quæ ut p̄uidet qualiſq; quiſq; futurus ſit ita cuiq; nomē imponit. Cognominauit igit̃ te natura Verudicū: qa te uerū i dictis & factis i colēda religione: & i amicitia cōſeruāda fore præuiderat. Accedit præterea uirtutibus tuis animi fortitudo mirabilis: qua cū aliis i rebus tū uero i acerbiſſimo luctuoſiſſimoq; mœrore: quem nuper ex obitu Catherinæ Sedeniæ tuæ chariſſimæ matris fominæ maximæ uirtutis & exēpli ſingularis accepiſti: te uſum fuiſſe ſatis intelligo. De cuius morte te per litteras cōſolari nō ſum auſus: ne uiderer diffidere prudenciæ tuæ quippe qui nō ignoras q̄ honorifice q̄ bene uixerit: quā bonū nomē & p̄clarā famā reliq̄rit. Quæ quidem nunc ex cōtinuis uitæ mortalis laboribus multiſq; periculis erepta ad cœleſte regnū ad uitā ſempiternā & oi gaudio plenā fœliciter euolauit. Vbi iā bñ actae uitæ præmia recepit: & cōſpectu fruitur oipotētis: ubi deniq; lætat̃ gaudet & exultat eā cōſecuta fœlicitatē: qua nil aut maius aut melius optari poteſt. Sed ad me redeo: qui aduentū tuū non expecto ſolum atq; deſidero: ſed eſſet die noctuq; ſuſpiro: neq; ferre poſſem abſentiā tuā: niſi me cū Ione Briſenio fratre tuo: qui te mihi totū refert: de te ſæpius colloquentem certa ſpes aduentus tui ſuſtineret. Vale ex Burgis tertio calendas Februarias.

Franciſcus Verdugus Lucio Marineo Siculo p̄ceptori. S.

T ſi tuā erga me ſingularē beniuolētiam & humanitatem admirabilem ex uerbis tuis & lectionibus: quas mihi nō libēter minus exponebas q̄ diligēter & docte: facile perſpicere poteram candidiſſime præceptor: ex tuis tñ litteris amātiſſimis ac grauiſſimis intellexiſſe mihi fuit q̄ gratiſſimū: ad eo ut quibus uerbis tibi gratias agere poſſim nō inueniā. Tu ſiquidē uir excellētis ingenii magnæq; doctrinæ me: quāuis diſcipulū obſequētiſſimū & tui cultorē diligentiſſimū: non amas mō & lectionibus excolis: ſed etiā de me ſemper & ubiq; bene ſentis & honorifice loqueris ac apud uiros doctos & oēs regiae curiae magnates: ut a multis accepi: ſtudioſiſſime cōmendas & altius attollere conaris enixeq; contendis. Quod quidem ſiue amore facias erga me tuo ſiue iudicio: ego & ſi ſum mei cōſcius: non poſſum tñ mihi non plurimū gaudere ꝑpterea qđ laudor abs te grauiſſimo ac laudatiſſimo uiro: cuius auctoritas & grauiſſimū teſtimoniū aeq̄ quidē minimos ac ſummos uiros probare facile pōt. Qua ꝑpter ego ꝓ tāta i me tua benignitate propenſaq; beniuolentia te obſecro mi iucundiſſime p̄ceptor ut ea tibi de me uelis q̄ certiſſime polliceri: quae filius optimus praeſtare debet optimo parenti. Nā ſi uolo is eſſe: quē tua interpretat̃ ep̄la: id eſt uerus amicus & diſcipulus non ingratus: te quidē quocūq; tēpore quocūq; loco deniq; quacūq; fortuna oi officio oi ſtudio oi cultu ſummaq; obſeruātia ꝓſeq̄r ſemper & uenerabor. Sed de tuo erga me ingenio liberaliſſimo meaq; in te gratitudine ſummaq; pietate iā ſatis. Gratiſſima mihi fuit i litteris tuis conſolatio illa tua:

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæme uel cōſternatū attollere facile potuiſſet:erat enim grauis prudens & hominis non mi
nus chriſtiani q̃ ſapientis. Quod autē te mea conſuetudine delectari ſcribis & abſentiam ferre
nō poſſe & tibi grãs immortales ago: & me fœlicē unumq; de pauciſſimis exiſtimo:quibus be
nigna quadā ſorte cōtubernio tuo frui cōtigit. Dabo igitur operā diligenter:ut matris peractis
exequiis ad te q̃primum proficiſcar. Ad Ioannem Briſeniū fratrem ſcripſi:ut in te colendo
nullū officiū prætermittat:& non modo ſuas apud te ſed etiā meas uices agat. Vale mi chariſſi
me præceptor Vale & ſalue ex Arebalo nonis Februariis. anno. M.ccccc.xi.

Ioannes Pontius Siculo præce
ptori ſuo. Salutē plurimā Dicit.

QVi meas tibi reddidit litteras mi Sicule uir humanitate & eruditione præſtantiſſime:
paucos dabit uerſiculos in laudē dominæ noſtræ uirginis dei genitricis editos. Quos
te per ueterē noſtrā amicitiam mutuamq; beniuolētiā rogo atq; obſecro:ut tua lima
perpolitos punctiſq; ſuis bene diſtinctos atq; ſicilitatē magis q̃ hiſpanitatē ſapientes ad mere
mittas:ut tua cenſura caſtigatos tutius atq; concinnius in artē muſicā dulceſq; concentus accō
modare queā. At iam uideo q̃ inepte faciam:qui tibi uiro ſapienti ſemperq; multis & magnis
rebus occupato meis obſtrepere uerſiculis audeā. Sed ut hoc abs te magna fiducia peterē tua
ſingularis fecit humanitas:quæ nil unq̃ honeſtum cuiq̃ denegauit. Nam cum ſis doctrinarū
omnium fons uberrimus:& rerum:quæ frequenter a te petuntur quam liberaliſſimus:ad te:
ſi quid occurrerit:uel incognitum uel emendandum:nō ſolum muſici omnes atq; mathema
tici:ſed etiam iuris utriuſq; conſulti & Theologiæ profeſſores tanquam ad Apollinem confu
giunt. Quibus tu quidem non liberalitate minus quam doctrina & ingenii promptitudine ſa
tiſfacis. Quapropter non immerito:qui te nouerunt:omnes dicere ac prædicare quam liben
tiſſime ſolent:te non duce Federico Caſtellæ Almirante:ſed a deo miſſum in hiſpaniā ueniſſe
quaſi clariſſimam lucernam:de cuius fulgentiſſimo lumine omnes ambulātes in tenebris lu
men accēderent. Vale uir inſignis & Pontium tui obſeruātiſſimū mutuo dilige. Iterū bene ua
le Siculorum decus & Hiſpanorum ſpes omnis eruditionis unica.

Lucius Marineus Siculus Ioāni Pontio diſci
pulo & cantori regio. Salutē plurimā Dicit.

REm mihi miſiſti mi Ponti ſuauiſſime non laborioſam quidem ſed iucundam & quā
gratiſſimam. Me ſiquidem tui uerſiculi mirifice delectarunt:adeo ut tibi magis hoc
tuo munere gratias agere debeam:quam meo officio gratificari queam. Eos auidiſſi
me perlectos tibi remitto:ſed intactos:nihil enim fuit in illis:quod noſtra lima detergere po
tuiſſet. Elegantiores quippe ſunt & cultiores quam ipſe fortaſſe ſentire potes:meo quoq; iudi
cio digniſſimi:qui ubiuis magna cum tua laude legi & cantari poſſint. Componas igitur eos
ad ſuauiſſimos hominum concentus & Harmoniam tuam diuinam potius q̃ humanam ad
dulciſſimas Organorum uoces & cytharæ cantus:quibus i rebus Orpheum Thimotheum &
Arionem:quos plurimum iactat antiquitas:antecedis. Vt triplici tuo munere id eſt uerſu ſo
no fruamur & cantu. Me quidem:non inficior:omnes:ut ſcribis:frequenter utuntur: uerum
tamen non tanquam præceptore:ſed ut aſino molendinario:quem fatigant omnes & oneri
bus premunt:ſed nemo depaſcit. Ego uero & ſi mihi deſunt omnes nec quiſquam reſpondet
officio gaudeo tamen ſi mea lucerna lucet: ut ſcribis: omnibus:quamuis mihi ipſi non lu
ceat. Vale mi iucundiſſime Ponti noſtri collegii maximum decus:& te mihi q̃ chariſſimum
eſſe tibi compertum habe.

Lucius Marineus Siculus Laurentio Caruaiali
iuriſconſulto & conſiliario regio. Salutem.



Vm Ferdinando regi nr̃o quaſdā meas lucubrationes obtuliſſem uir doctiſſime ſuppli
c caſſemq; ut prudentis alicui⁹ & nō indocti uir iudicio recognoſcendas cōmitteret:ad te
potiſſimū cōtinuo deferri iuſſit:ut eas accuratiſſime plegas & qd de toti⁹ operis ordine at
q; ſtilo ſentias ad eum ſummatim referas. Qua quidem re nihil euenire poterat meis uotis opta
tius:nam & ego magnum tuum iudicium uerumq; cognoui ſemper & plurimi feci: & tu is es:
qui & regiae uoluntati libenter obſequi & mihi pro mutua inter nos beniuolētia gratificari uo
les: Opus igitur mearum uigiliarum cum hac epiſtola ad te mitto:hac conditione atq; fiducia:
ut diligenter ſicut ſoles omnia inſpicias recognoſcas & emendes: Quodſi tuo comprabatum iu
dicio Ferdinando placuiſſe cognouero:libentius euagari ſinam & circumferri. Si uero nec tibi
nec Regi dignum uidebitur:ut exire debeat:ad Veneris maritum aut Thetidis q̃primum mit
tatur. Quam obrem uir inſignis te mirūmimmodum rogo atq; obſecro: ut quæ tua eſt animi
ſinceritas:de libellis noſtris quid ſenſeris & quid ſis aliis dicturus mihi prius apertiſſime dicas.
Quod cum feceris: nam te facturum certo ſcio:non minus amori erga me tuo rectoq; iudicio
gratias agam:ſi totum damnaueris opus:q̃ ſi iuſte meritoq; probaueris. Hoc enim mihi tribuit
natura:ut & his qui me conſulunt:uerum & quod ſentio libere dicam:& aliorum iudicium nō
aſpernam. Vale.

Lucius Marineus Siculus Martino Acorpæ Ciſtercienſis
ordinis equiti & ſacerdoti regio ſalutem plurimā dicit.

VErus eſt & eximius amor erga me tuus Martine uir ſapiēs & chriſti miles inſignis. Oēs
enim qui iſthinc ueniunt mihi nunciant & multi ſcribunt q̃ de me bene ſentis q̃ hono
rifice loqueris q̃ prudenter & officioſe ſtudia noſtra ſcriptaq; commendas q̃ uere me a
mas q̃ frequens eſt & q̃ laudatus in ore tuo Siculus: teq; ſolitū dicere me diuinitus in Hiſpaniā
ueniſſe:ut lectionibus noſtris & eloquentia Salmantica ciuitas & regia domus excoleretur. Ego
autem uir humaniſſime & ſi tuas in me laudes non agnoſco:quod tamen laudor abs te laudati
ſſimo uiro uehementer gaudeo tibiq; gratias habeo:qui me non coram:ut pleriq;:ſed abſentem
non ſolum laudas impenſius ſed enixe quoq; tueris & acerrime defendis. Nam & ſi tu quæ tua
eſt modeſtia nihil ad me ſcripſiſti:non tamen alii defuere qui me per litteras certiorem fecerūt
quantum certamen proximis diebus pro mea dignitate ſuſceperis ac ſuſtinueris. In quo nimi
rum & excellentem animi tui uirtutem & quanti me præceptorem feceris oſtendiſti. Cæterum
ego ſi liuidulus iſte delirare non deſinat:& ſi nihil me liuor eius offendit: non nihil tamē: nō
mea quidem ſed ipſius cauſa:moleſte fero. Qui ſi ſeipſum tam bene cognoſceret ſuaq; tam acu
te perſpiceret q̃ alios carpit indigne falſoq; diiudicat aliena:non equidem ea ſcripſiſſet aut non
in lucem protuliſſet:quæ ludibrio ſunt hominibus doctis. Cuius obtrectationes me non aliter a
fficiunt q̃ ſi Siculum uir aliquis optimus atq; doctiſſimus egregie laudaret. Improbi namq; ho
mines & inſani obtrectatio magna certe mihi laus eſt:neq; ego unquam putaui ut is de me be
ne diceret:qui bene loqui nunquam didicit. Tu quidem & pie facis & fortiter:qui mei abſentis
ut uetus amicus & bonus diſcipulus:rationem ſemper habes:faciſq; ut qui ſit animus erga me
tuus oēs intelligant. Vale.

Martinus Acorpa Siculo præceptori. S. bona bona

SIngularem tuā erga me beniuolentiam & officia Sicule uir integerrime nulla quidem
unquam loci neq; temporis intercapedo delebit. Nam te ego & amabo præceptorem
ut iure debeo:ſemper & illuſtres ac præclaras uirtutes tuas apud omnes q̃ libentiſſime
prædicabo: Ingratus enim merito uideri poſſem ſi te nō ore pleniori laudarē: abſentem quam
pſentē cōſueui. Nā q pſentē laudat amicū & ſi iure id recteq; facit poteſt tñ adulationis eē ſuſpe
ctus. Quippe q nō ex aĩ ſui ſnĩa loqui ſed alicuius potius uel accepti uel ſperati muneris gr̃a exiſ
timat. Sed uereor ne in eo peccaſſe uidear:qđ in aliis minime pbo: qui te quaſi corā per epl̃am
laudo. Non igitur ero tecum longior:nam quæ tibi debentur a me mi iucundiſſime magiſter:
ea quidem nec præſens nec abſens unquā deſiderabis. Quicquid enim tibi corā ſum pollicitus

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



te uel abſente multo libentius facturus ſum. Quam ob rē in defenſione tuæ dignitatis: quā mi
hi tuendam quā iuſtiſſime ſuſcepi: nō officii ſolū ſed etiā conſtantiæ meæ cauſa q̄ ſanctiſſime ꝑ
manebo. Sciāt igitur oēs me oia quæ intellexero ad tuā dignitatē pertinere q̄ diligentiſſime fa
cturum. Vale.

Lucius Marineus Siculus Almacano ſecre
tario & conſiliario regio Saiutem.

SI quis eſt hodie uir clariſſime: qui de ſua ſorte queri iure poſſit: is quidē ego ſum & nō
alius. Infœlicitatis meæ iuſtæq; querelæ cauſam dicerē niſi certo ſcirē tibi non minusq̄
mihi eſſe notā. Tantū dicā uim neceſſitatis: cui ne deus quidē repugnat: eſſe maximā.
Quæ uel ſola efficere potuit ut ego tibi: cui placere ſemper maxime ſtudui: ſæpe meis querelis
moleſtus ſim. Nūc autē qm̄ rem iam tenes & quorſum nr̄a tēdat oīo nō ignoras: & ip̄e tuā erga
me uoluntatā ſum expertus breui tecū ſermone utar. Si quidē breue ad modū eſt quod te ſcire
nunc uelim: meā ſcilicet omnē ſpē in te uno poſitā eſſe. Solus enī meæ neceſſitati cōſulere facile
potes. Obſecro te igitur uir hūaniſſime per filiorū tuotū ſalutē & eruditionē: ut mihi: qui totus
ex tua uirtute pendeo: ſubuenias. Vale.

Alfonſus ſegura Ioani uergario. S.

QVam uim habeat amicicia Vergara doctiſſime hoc argumento eſſe pōt etiā maximo
qd̓ non ſolū eos amamus: quos uel uita uel ſimilitudo morū nobis cōciliauit amicos:
ſed etiam iis interdum delectamur neſcio q̄ benigna natura: quibus amici nr̄i cōiūcti
eſſe uident̄. Quo fit ut cū Bernardini Touarii mores ſingulares ſimul & rō profeſſionis me in
amorē ſui cōmouerint adeo: ut firmata iā amicicia nihil putē magis ſuaue unius fr̄is tui dulci cō
ſuetudine: exiſtimaui me nō inepte facturū: ſi hac tā optima intercedente occaſiōe ad te ſcribe
rē. Et quia huius frater es: & ꝙ me fortaſſe nō nihil mouet: te eū eſſe audio: qui bonas lr̄as didi
ceris & intelligas eleganter & artificioſe. Ergo tu mi Vergara ſi uoles eū eē quē debes: nos iā inci
pies diligere: q̄ te amamus. ꝙ ſi q̄ nos iacimus tecū amiciciæ fundamēta per te ſurgēt: facies hūa
ne & ut expectamus. Ego quoq; dabo operā q̄tū in me erit ne te fallā. Vale. Salmanticæ.

Ioannes Vergara Alfonſo ſeguræ uiro eruditiſſimo. S.

a Ccepi lr̄as tuas uir ſpectatiſſime hūaniſſimeq;: nitidas eas qdē & elegātes: qbus ſæpe ſte
rata uoluptate relectis: nouæ ſubinde ueneres nouæ charites emergere uidebāt̄: adeo
ut iudicio meo uno eruditionis & lr̄aturæ tuæ beneficio poſſitiā in Hiſpania nr̄a lati
um ipſum imo & antiquitatē prouocare. Et in illis tu qdē: q̄ tua ē ſingularis hūanitas: ad amorē
me tui inuitas & allicis imo ad cultū tui & obſeruantiā cogis & impellis. Adeo illa elocutilis facū
diæ uis nihil nō uel inuitis extorqueat: nihil nō q̄tūuis repugnantibus ꝑſuadeat. Sed plane ne
mo ſic obrutuit: nemo uſq; adeo hūanitatē exuit: qui ad tui amorē cogēdus ſit: & qui nō potius
obuius ſtatim & expoſitus ultro eum appetat & cōcupiſcat uel tantillū hūanitatis eruditioniſq;
tuæ admonitus. Quas ip̄e iā nūc in te & miror & diligo ac in ineunda tecū familiaritate benefi
ciū credo nō reddere me ſed accipere: cū eo parē calculū ponere: nec Cræſi quidē copiis poſſem.
Vnū me in hac re male habet: ꝙ precipuū amoris in me tui incitabulū: qd̓ te ad petendā ultro a
miciciā meā adegit: falſum te oīno reperies habuiſſe bone ſcilicet lr̄æ & humanitatis ſtudia. E
quibus ego nihil in me agnoſco: niſi indolē forte quandā & ſemiſopitos igniculos: quos: ſi mō
tuo tuiq; ſimiliū contubernio frui daret̄: fieri poſſe confiderē excitarent̄. Quæ res facit ut nihil
iam mihi magis in uotis ſit nihil quod inpatientius deſiderē: q̄ doctiſſima tua ſimul & iucūdiſ
ſima familiaritate uti: q̄ me uitiligine linguæ purgaret: & rudem ſtribiliginoſamq; barbariē pu
micaret exaſcearetq;. Sed dabit id deus aliquando. Interim per me nihil erit ꝙ fundamenta iſta
q̄ tu amiciciæ nr̄æ ieciſſe ais: ſolidiſſima uel tantilla arenula excuſſa labefacent̄. Sed addā ego



illis poti⁹ ſtatumina & munimēta quo ad eius fieri poſſit firmiſſima: ut ſolidiora ī dies maneāt
& robuſtiora: quouſq; ſuperſtructis æditiſſimis parietibus pñtia noſtrū utriuſq; ſūmū faſtigiū cō
ſecuta amicitiæ mutuæ domus nuſq̄ ꝑſtillet. Vale & breuitati lr̄arū mearū indulge. Nā & tuas:
deū teſtor: nunc nunc accepi: ut uix hæc uolāti calamo ſcripſiſſe licuerit. Quod ip̄e tibi lr̄æ incō
ptæ oīno & impolitæ ſatis de ſe probabūt. Equidē parū abfuit quin āguſtia tp̄is lr̄as ad te da rē.
Sed malui in me eruditionē deſideres quam officiū. Habebis tñ a me longiores ut primū tabel
larii occaſio affulſerit. Si mō tu in ſcribēdo manū nō remiſeris. Iterū Vale.

Alfonſus ſegura Ioanni Vergario. S.

BEne ſe mecū res habet Vergara amiciſſime q in tā firmo ac æquo ſolo primus: ut ita di
cā: amiciciæ lapidē cōpoſuerim. Et qd̓ eſt mihi magis gaudendū biduo cōfecta domus
eſt mutuæ utlais amiciciæ: & tā undequaq; firmata & ſtrictim cōtecta ut ne gutta quidē
uel in uentoſis tēpeſtatibus poſſit perſtillare ſi daret̄ una eſſe. Recte ſane tu & ſatis beniuole: ſed
ad colendā amiciciā tua ſola uirtute tā ſolidatā nō ita eſt noſtra utriuſq; ut ais p̄ſentia neceſſaria
quam ſi ea debilis eſſet poſſemus ultro citroq; nonnumq̄ lr̄is immiſſis quaſi machinis impactis
ſatis honeſte ſuſtinere. De me hoc habeo tibi polliceri: nihil futurū: quod ad te amandum & co
lendum pertinere uidebit̄: quod a me hic & ubi uis gentium prætermittā. Quid erit itiquies ſi
gni? Nempe hoc tantillum quod poſſum. Agedum iube: me uno utere: cognoſces aperte ſi uo
les: in tota domo minimam unam rimulam per me non aparere. Vides ne quam me tibi deuin
xerit egregia uirtus & comitatis & humanæ tuæ doctrinæ? quā ego ī te nō igniculos: ut ſentis: ſe
miſopitos: Sed potius elatas in celū oratoris conſumati globoſas flammas & quidem tua pace
uerius dixerim. Nam quod ſcribis antiquitatem a me prouocari: mouet in hac re auctoritas tua
ideſt hoīs: ut quod ſentio dicam doctiſſimi: præterea nihil: ſum enī mei bene conſcius. Hoc unū
minime negabo humanarū rerum neminem fuiſſe amantiorem me uno. Sed quia didicit tātū
laudare diues auarus neq; ex his ſtudiis niſi aut ſiccū petaſumculū: aut uas pelamidū hoc tēpore
ſperare licet: fuit conſilium ad leges tranſmigrare: quæ me per hos tres annos dulcia & cōſueta
ſtudia uix aliquando legere paſſae ſunt. Hodie uero ne puncto quidē tp̄is reſpirare concedunt:
non ſolum ad ea reſpicere: ita totum animum cōprehendūt. Huius rei eſt optimus teſtis noſter
Touarius qui cōtubernalis eſt & ſtudiorū comes. Itaq; tu ſi quid indignum hoīe in his ſtudiis
uel parum exercitato leges: amice facies ſi diſſimulaueris. Vale nā plura ſcribere non ſinunt iu
riſconſulti: quibus inuitis hoc tp̄is eripui: ne ſi hominē ad te meis lr̄is uacuū dimitterē minus in
officio tibi reſponderē. Iterū Bene Vale Salmanticę.

Ioannes uergarius egregio amico Alfonſo ſeguræ. S.

q Vātū tibi debeā quātūq; me tibi obnoxiū deuinctūq; reddideris uir humaniſſime ex
plicari poſſe diffidā etiā ſi heliconis fontē exhauſero: uel ſi hūani ingenii uires ſuper
greſſus phæbeū ſpm̄ imbibā. Nā & ad te primū in iucundū amiciciæ tuæ ſinū propē
ſiſſima hūanitate inuitatū nouis ſubinde lr̄arū officiis onerare non deſinis. & primā ſuſcitati a
moris fauillā imo & ignē ardētiſſimū ſuo alioqui calore abunde flagrātē adiectis inſuper fom
tibus uelut ligneis aſſulis ineſcatū excitare. Quod ego tāti facio quanti hoīem plane opicū oīq;
hūanæ lr̄aturæ cultu exutū facere decet eruditi hoīs doctrinæq; nec uulgaris nec penitendæ be
niuolētiā & cōſuetudinē. De q̄ & ut iā firmiſſime ſit ſolidata glutinoq; teaciſſimo ferruminata:
nihil ē āplius ꝙ uerba fiāt. Nā & animū tuū penitius mihi uideor introſpexiſſe: nec meū te credo
latere nō iā meū magis q̄ tuū. Amo enī te oculitus aītus & euiſcerata charitate ardentiſſime ꝓſe
quor. Quem amoris æſtum ſentio in me ualidiorē feruentioremq; cum lr̄as tuas ſemel atq; ite
rum in manus ſumens uoluptifica animi intentione frequenter lego: & hianti quadam auidita
te ſemper lecturio uſq; adeo ſemper noua lectio nouum addit gratiæ ſufragium. Nam me Her
cules non mihi Athenæ uidentur ita atticæ: non muſæ ita muſice: non Pallas ita palladia. Ni
hil in tuo characteriſmo barbarū nil aridū nil de triuiis cōpitalibus mutuatū: Sed elaborata oīa
emuncta caſtigata: & uelut ad amuſſim & libellā cōpoſitis emblematis ſtellata. Quod cū apertiſ

ſime uideã non poſſum nõ acerbiſſime ferre latini eloquii incõmodũ & iacturã : quã in te facit
grauiſſimã ſimul & dolẽdã cũ a ſuauiſſimis eius ſtudiis ad tetrica iſta legũ ĩuolucra te conuertis:
& poſtergatis manſuetioribus muſis clãmoſum forũ & iurgioſas lites ſectaris. Ac nõ potius eis
te ſtudiis aſſeris:quibus breui futurũ eſſet:ut mera latialis linguæ proprietas & mundiſſimæ de
litiæ triuialiũ barbariſmorũ rubigine decolorate uendicarent̃:ſepultaq; iã nr̃is tẽporibus & cõ
clamata muſarũ ſtudia in genuinũ nitorẽ & priſtinã integritatẽ tuæ unius lr̃aturæ beneficio & o
pitulamine reuiuiſcerẽt prorſus & excitarẽt. Sed reprimã me:cogor enĩ de te partius dicere:nedũ
a te amabilius forte q̃ uerius:qđ enĩ bona tua uenia dictũ ſit:laudatus ip̃e te laudo:uidear poti⁹
par pari reddere & mutuũ:qđ aiũt:ſcabere:q̃ ſynceri aĩ purũ indefecatũq; iudiciũ ꝓmere:& ue
rã e penitiſſimis pectoris receſſibus ſnĩam citra omnẽ ſimulatiõis fucũ expectorare. Sed utcumq;
hoc habeat:erit ſpero hoc meũ de te iudiciũ ideo ab oĩ ꝑſus aſſentatiõis ſuſpitione liberũ:ꝙ ni
hil aſſerere uideor temere:nihil qđ nõ liceat cuicũq; q̃tũuis cecutiẽti & hallucinabũdo mõ nõ
gemino obtuto eluminato in te uel meridiana luce clarius ꝑſpicere. Nec in hoc mihi amor in te
meus ullã impoſturã facit. Amo quidẽ:ut qui maxime:cõfido tñ me nõ ſic amore duci:ut oẽs
iudicii mei aculei illius lenociniis delinimentiſq; refringant̃:hebetent̃ illi quidẽ fortaſſe paulu
lũ & retundant̃:euelli tñ oĩno extorqueriq; nõ poſſunt. Plura dicere cupienti obſtat & uerecun
dia tua:cui nõ minus cõſultum uolo q̃ uolũtati meæ:& ſimmachianũ illud Blanditiæ longio
res corrũpũt ueri dignitatẽ. Silebo iã igitur uiciſſatim lr̃as tuas expectans:qua me ſpe ne defrau
des & oro obnixe & pro amiciciæ iure poſtulo. Vale.

### Alfonſus ſegura Ioanni Vergario. S.

NIhil eſſe iã qđ dubitẽ amiciciã noſtrã uel ip̃o Herculis nodo arctiorẽ monuit comiter ac
pinde elegãter ꝓxima ep̃la tua:quã in legẽdo quanta me primũ cœperit uoluptas quã
ta ue poſt cũ lego:repeto enĩ ſæpe tuas lr̃as uel cõſolãdi gr̃a ociũ hoc continuũ:& ut ita
dixerim inſatiabile fieri nõ põt:ut lr̃is exprimã:ac nec id cogitatione cõſequor:& ſenſibus oĩb⁹
plene ſentio. tñ interea refert q̃ iſto ingenio collutili bene de te cõcipio & q̃ uti balbus ac pene
oĩno e linguis hoc calamo ſcribliginoſo promere & referre uix poſſum. Quid credas: nũq̃ lr̃as
tuas accipio legẽdas quin totas & paulo lõgiores legẽdo uno ſpũ cõficiã:ita ſunt multa in his q̃
me delectãt:& nec ĩtercipi uolo uel ip̃o ſpũ. Sæpe enim fit ut q̃ libẽtius legas neq; cadat aut ne
blanditiæ illæ aĩ & ueluti prurigines uoluptuoſæ quouis mõ interturbent̃ longo & intenſo aĩo
ad finẽ uſq; cõtendas. Singula tibi recenſerem q̃ me tantopere iuuant niſi plane per tuas lr̃as tã
q̃ per lapidẽ tranſlucidũ ſubuiderẽ illud Ciceronis apud te ſummũ nullũ eſſe theatrum propria
conſciẽcia maius:nec quemq̃ tam mirabile tibi & de te poſſe referre:quod ſũma cũ ratione nõ
tibi uendicare poſſis & conſultius conſulere:amor quoq; ip̃e quo inter nos amamus & quidẽ ho
neſte continet ut pote in quo nõ mõ nihil fucatũ & ulceratum eſſe cupio:ſed nec ullius puſtulæ
ſuſpitionẽ ſubeſſe uolo. Hoc tamen amice & citra unã uel maculam lentiginoſam accipito niſi
me ſũma rõ uetaret credere antiq̃ illa credulitatẽ indefatigatã aĩas ab inferis reuocari : & ĩ noua
corpora trãſmigrare facile crederẽ ſolius Quĩtiliani ſpiritũ beatũ ĩ ſuã Hiſpaniã rediiſſe & in te
ſidere quodã de fluuio poſt multa tẽpora trãſfuſum ita ſunt oĩa in te p̃clara cõpta terſa lauta lu
cida ſuccoſa artificioſa & accomadata oculto ingenio & multa doctrina referta. Quid plura e ni
hil ẽ poſtremo meo iudicio q̃re nõ inter oẽs hũanitatis doctos hoc tp̃e cõſedeas & te nõ amet lau
det colat & obſeruet ut quiſq; ſit ĩ hoc genere lr̃arũ erudituſſim⁹:nec hoc ſcribo ut ãplius mutuũ
ſcabas plena manu ut facis ſed ut quæ uere ſentio magna cum gratulatione ſincere & animo in
defecato tibi referam. Et diſpeream mi Vergara ſi in hoc meo iudicio lingua cum corde uno pi
lo diſcordat. Nam quæ ſcribis tam longo calamo de me multo certe maiora q̃ pro Segura ſint:
niſi mihi perſuaſiſſem ex tuis litteris a bono animo & beniuolo profecta rogarẽ te:aut ſi malles
orarẽ iſta dimitteres:que ne hoẽs quidẽ andabatas decipiẽt. Sint igit̃ ſi placet poſt hac inter nos
oĩa iſta ſublata mi uergara quãdo ad ſũmã bñuolẽtiã mutua cõcertatio lr̃arũ & bñ cõgruẽter nos
perduxit:& demus operã:ut cuius cauſa inter nos amamus eadẽ nos in longiores dies ſuſtineat.



Quod aũt iacturã meã condoles ꝙ quaſi toto appolline deiecto ad leges me conuerterim faceres
res id quidẽ multo grauius ſi hic eſſes cuius animus his ſtudiis ad memoriã reuocatis ueluti re
fricato uulnere cõgemiſcit. Nõ quia me huius incepti deſperatione aliqua pœniteat: Sed quia
ſucciſſiuarũ horarũ cõſultis hoc tp̃e nihil cõmode poſſum eripere:& dulcioribus ſtudiis imparti
ri:quo minus miraberis deſpoliati nr̃i ingenii:& hoc ep̃lari ſtilo famelicã tarditatẽ. Qualeſcum
q; tñ ſumus feriati mucidi iã deluti & oĩno decolorati nunq̃ cõmittã ut cõtra officiũ uel oĩbus
iure cõſultis repugnãtibus expectationẽ tuã defraudẽ;mõ te eadẽ quoq; fide obſtringas:nos ſæ
pe uiſas tuis deliciis. Quod ſi feceris bone deus craſſũ ip̃m diuitiis oĩbus ſuperabo. Iterũ. Vale.

### Ioannes Vergarius Alfonſo ſegarae. S.

QVamuis mihi ſemper tuæ lr̃æ iucundiſſime cõtingant mi Segura : quippe quibus nõ
ſecus ac de lenifico aĩ laxamento & ſeueriorũ ſtudiorũ cõdimento gratiſſimo utar:lon
ge tñ iucũdiores ꝓximæ iſtæ cõtingerũt:nõ ſolũ qđ eas geruli mora:quã fecit apđ uos
longiuſculã:deſiderari iã fecerat. Sed & ꝙ erãt ſolito longiores:& diffuſa q̃dã dicẽdi amplitudi
ne copioſæ. Quod ego ĩ amicorũ ep̃lis & amicæ uiciſſitudinis familiaribus colloquiis unice pro
bo:uel Seneca ipſo reclamãte:qui ſiniſtrã legentis manũ nõ impleturã ep̃lam conſulit:cũ ip̃e ali
oqui ſui præcepti ĩmemor chartoſiſſimas lr̃as odioſa ꝓlixitate diſtendat. Et me Hercule ſi ami
corũ ep̃læ nobis ſunt uoluptati: eaſq; ſemper hilaribũdi ſuſcipimus:nõ uideo cur nõ & uberius
& intimius gaudẽdũ ſit lata ep̃la ampla diffuſa q̃ anguſta adſtricta circũciſa. Aliis aliter fortaſſe
mihi certe ea ep̃la iucundiſſima eſt: q̃ maxima potiuſq̃ in hac re acticã latitudinẽ probo :q̃ ad
ipali largitate lectorẽ opimet:q̃ laconicã conciſionẽ:quæ ieiuna parcitate non ſaturet. Et in hoc
ipſe fortaſſe balbutientiũ naturã ſequor:quorũ qui maxime bleſus eſt & balbus:is p̃ ceteris largi
quus eſt & locutuleius ꝙ. S. affectent copiã pudore deffectus:Sed hæc nihil ad rẽ. Ago tibi habeo
q; ĩmortales gr̃as:ꝙ in me laudãdo ſemper uelut cãtilenã eandẽ canens pertinaciter inſiſtis. Nõ
poſſum enĩ non gaudere teſtimonio tuo : q̃q̃ illud ſciam beneuolentiæ hallutinantis propẽſio
ne potius q̃ trutinati moroſiq; iudicii examine diffuſum:gaudeo tñ & quidẽ ſolidius q̃ uniuer
ſis contionũ omnium plauſibus & theatralibus acclamationibus. Ex eo enim apertiſſime intue
or quãtũ iã amor beneuolentiaq; in me tua adoleuerit:quum ſic iam uideam te obcecaſſe & ue
lut ramentis ob oculos iniectis lumina aciemq; apulueraſſe:ut de ea re peruerſe iudices quæ ſit
uel nocturnis oculis luce ipſa meridiana clarior & perſpectior. Sed nimirum nam & Balbinũ po
lypus agne delectat:ut ille inquit. Sed quid ais ita te epiſtolas meas legere ut non ſaltuatim uelli
catimq; interpollari aliquid patiaris:ſed continenti quodam & perpetuo ſpiritu uniuerſas hau
rias & ueluti exorbeas. Id uero minime mirum:nam & ſic ſolemus amarulentas potiones & triſ
tia pocula uno hauſtu perpotare:ingratiq; ſaporis edulia non ſine oris cõtortione raptim tranſ
uorare. Quod tu dum in epiſtolis meis facis cõſulis aut dubie guſtui tuo quem eo leuius acor
& inſcitus ſapor offendet:quo feſtinãtius ſemimãſum amatorẽ deglutieris. Quod uero ſtatim
ſubdis non dubitare te:ſi palyngeneſia illa pythagorica & carioſe uetuſtatis opinamentum reci
piatur:Quintiliani ſpiritum inuiſibili quodã influ xu in me illapſum relicto elyſio in Hiſpaniã
ſuam repedaſſe. Enimuero ego herbam do leuoq; digitum:ſi modo eam tu Hiſpanitatem:ſtri
groſiq; ſtili ſalebroſam duriciem & acerſite ultro caliginis duriloquam affectationem : quorum
aliqui Quintilianum inſimulant:in me depræhendi rudiori tamen modo & inconciniori Mi
nerua ſignifices. Nam ſplendorem illum repumicate orationis & elocutilis ſtili neruoſum ro
bur filumq; illum dicendi teretẽ toroſum & maſculum ac caſtigate elocutionis nõ incurioſam
cõpoſitionẽ:tñ abeſt:ut aſſequi dicendus ſim:ut ſi ſequi tñ datũ eſſet:aut hallucinante cõiectu
ra eius uirtutes olfacere:eſſet oĩ meo uoto & expectatiõe lõge ditius & locupletius. Quippequi
nulla culte eruditionis aut remotioris politioriſq; doctrine p̃rogatiua inſignitus cõculcatis ꝓtri
tiſq; ſemidocti uulgi ueſtigiis reptabũdus aſſecla inſiſtã:& humi repens rudi & inuita Minerua
nugas effundẽs:q̃s ſi audires nõ legeres ſed rideres:nunq̃ me ſupra puluerẽ & fœculentas igno
bilis plebitatis ſordes erigã aut generoſa alacritate laſciuiẽtis luxuriãtiſq; ſtili delicias affectem

Universidad de Deusto
Biblioteca



ut tu facis qm̃ muſarũ catamitũ & latini eloquii cupidinẽ iure appellauerim. Qui contra nihil
ſoleas niſi ex penitiſſimis Romanæ linguæ reconditoriis & ditiſſimis rarae eruditionis prom/
ptuariis erutum elatebrarũq; promere & exerere. Sed parco iam te laudare qñ tu me manifeſta/
rio edicto tuarũ laudũ buccinatiõe p̃conioq; interdicis: & me deus: cate cordateq; interdicis. Me
mor eni bracteate illius ſniæ: quam Phauorino aſcribit Gellius. Turpius eſſe ducis exigue atq;
frigide laudari: q̃ inſectanter & grauiter uituperari: qm̃ qui maledicit & uituperat quanto id a/
cerbius facit tam maxima mole pro iniquo & inimico ducitur & plerũq; propterea fidẽ non ca
pit. Sed qui infacunde atq; minime laudat deſtitui a cauſa uidetur & amicus quidẽ creditur eius
quẽ laudare uult. Sed nihil poſſe reperire quod iure laudet. Sed nec propterea laudari a quoq̃
quantũlibet gelide & inſipide recuſes mi Segura. In eo enim loco iam eſſe debes apud omnes q
te norunt ut extra omnẽ æſtimationis aleam poſitus Potius in ſe ipſo ſtigmoſam inopis lauda/
toris notã inurat qui te frigide laudauerit: q̃ te labecula minima deficientis materiæ ſuſpitionẽ
reſpergat. Quod aũt tã acerbe quereris nõ ſuppetere tibi tp̃s quod e ſedentario & aſſiduo iuris
ſtudio ſubtractũ humanioribus lr̃is impertias poſſem dubio procul & ipſe lõge maiore iure me
rere cui nõ uacat uel perfunctorie ſaltẽ & ſuſpẽſa manu huiuſcemodi ſtudia repetere: adeo me
ſemper philoſophica iſta ſtudia exercẽt. & Manlianis imperiis acerbiſſimas opas inſtãter exigũt
quibus quidẽ anguſtus eſt q̃libet prolixus dies. Nã & uos q̃uis etiã numeroſa lectionũ mole ob
ruamini habetis tñ crebro frequens ſtudiorũ iuſtitiũ & dies quieti uacationiq; deditos: quibus
licebit ſepoſitis pauliſper ſtudiis ſeuerioribus & penſo iuridico aliquãtiſper feriato in illa ſtudia
tanq̃ ingrati diuerticuli amœnã egreſſionẽ diuertere: quibus fiet ut præteriti ſtudii triſtitudine
hilarata & faſtidioſe nauſeæ tedio diſcuſſo robuſtiores uires & uegetiorẽ aĩ alacritatẽ ad repetẽ
dũ penſum reſumatis. Contra nobis qui nos ſemel ph̃icis ſtudiis uelut mancipes addiximus aſ
ſiduus labor & indefatigatus oẽs negas ferias nullã interpollationẽ admittit neſcit ceſſare neſ/
cit remitti in hac præſertim accademia ubi ipſis illis diebus qui dei & ſanctorũ nominibus dica
ti ſacri habentur & inuiolabiles lectionũ nobis munus & audiendi labor exigitur: eiſq; ferme in
diſcriminatim alba: ut dicitur: linea ac reliquis utimur tm̃ abeſt ut præterea etiã Iouialis dies ſã/
ctus habeat: ab oĩq; labore & ſtudioſo munere uacet: qui eſt uobis mos uſu iam receptus. Huius
rei teſtis erit locupletiſſimus meus Touar qui accademiæ huius olim alũnus eius iſtituta & mo
res probe nouit. Quod ut fuſius apertiusq; uideres mitterẽ ad te epl̃am meã ad amicũ cõſcriptã
Imo & iuſtũ uolumẽ ubi inſtituta accademiæ huius & tradendarũ diſciplinarũ morẽ præpoſi/
ta prius uniuerſi ædificii deſcriptiõe latiſſime ſum proſecutus: ſed nolo ut mea cauſa bonas ho
ras: quarũ tu tã parcus es: in legendis ineptiis meis peſſime colloces. Accedit q̃rendi rationibus
quod ipſa uobis quotidiana ſtudia tã latiali ſunt ſermone contexta tã pura & uere Romana ca
ſtitate ſyncera ut dũ libros ueſtros nocturna diurnaq; manu uerſatis nõ minus eloquentiæ ua/
cetis q̃iuri nec minus ſermonis ꝓprietati & emũctiſſimo nitori uocabulorũq; minime triuialiũ
ditiſſimæ ſuppellectili q̃ legũ iꝑarũ peritiæ & cõtrouerſiarũ litiũq; exactæ inquiſitioni uſq; adeo
ut doctiſſimi cuiuſq; teſtimonio: nõ minus ab eis expetenda ſint ueſtra monumẽta qui ſolum
linguæ ornatũ & orõnis florẽ ſequntur ſoliſq; inhiant oratoriis pigmẽtis & lenociniis q̃ his qui
primariã operã & ſerioſas: ut dicit: lucernas iuris ſtudio adhibentes illuc toto ſtudio & intẽtiõe
collimãt. Nobis ex aduerſo oĩa libri quos uoluimus monumenta q̃ ediſcimus putida oĩa & bar
bara ac ſtridentis ſermonis horrido ſquallore pœminoſa & lutulenta fœditate fœdaq; lutoſita/
te nõ aſperſa tm̃ aut leuiter illita ſed contecta prorſus & incruſtata. Quae quidẽ parãdae eloquẽ
tiæ linguaeq; comende nõ mõ nõ iuuent ſed & officiant q̃ maxime & linguae uitiliginẽ creent
ipamq; ꝓrſus opicã & obſoletã barbariẽ imbibi faciãt. Quae oĩa ꝓculdubio faciunt ut iuſtior ſit
mihi q̃relæ cauſa cui & hũanae lr̃æ p̃cipuis ſtudiis repugnãt & nulla ẽ in alia diuertẽdi occaſio
q̃ tibi cui & frequens occaſio adeſt & quotidiana ſtudia ſuffragant. Sed iã uereor ne dũ tẽporis
inopiã accuſo ſi epl̃am amplius extendero mihi ip̃i aduerſus ocioſi potius hois q̃ occupati fidẽ
faciã. Quare deſino iã tam ꝓlixis te affaniis obtũdere ſi mõ te monuero nihilo breuiorẽ epl̃am
pares. Alioqui nec uicem redditam mihi credam nec deſtinam ſemper debitoris nomine te po
ſtulare. Vale. Compluti. ix. Calendas Februarii. M. cccc. xii.



## LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER QVINTVS DECIMVS.

Lucius Narineus Siculus Ferdinando Nonio uiro
litteratiſſimo & ſancti Iacobi ordinis equiti Salutem.

M Ecum febris acriter cõflixerat ſuperioribus diebus uir doctiſſime
quũ Bernardus gentilis ordinis p̃dicatorũ te hic eſſe mihi nuncia
uit. Quo quidẽ nuncio nec gratius mihi quicq̃ cõtingere poterat
nec optatius. Magnũ enĩ iã pridẽ me uidendi tui deſideriũ tene/
bat. Ideoq; puerũ ſtatim miſi qui te quæreret meiſq; precibus ob/
ſecraret ut aut ad me ipſe uenires aut: ſi fieri ſine tuo poſſet inco/
modo: ne hinc ante diſcederes q̃ mihi te adire per ualitudinem li
ceret. Et cũ eodem Bernardo ſimiliter egi ut ſi tibi rurſus occurre
ret mea uota referret. Ad me reuerſus uterq; cum te paulo ante di
ſceſſiſſe mihi retuliſſent: febris: quam ego repentino gaudio affectus & ſpe magna tui aduen/
tus iam profligaueram: acrius in me ſubſidii praeſentiæq; tuæ ſpe deſtitutum animoq; conſter/
natum prælium redintegrauit. Tuus enim diſceſſus eo me grauius affecit quo tu mihi diutius
atq; uehementius optatus fueras. Quapropter hucuſq; mihi cum aduerſaria ualitudine quoti/
die pugnatum eſt. Quam ego: ut arbitror: uincere facillime potuiſſem ſi tuum mihi non defuiſ
ſet auxilium: id eſt ſi te uel Aſſyrio uel Solymo uel Attico uel noſtro latio ſermone quam docti
ſſime facundiſſimeq; loquentem audiuiſſem. Si & ego uiciſſim periucundo tuo recreatus aſpe
ctu ſpirituq; ſalutari focillatus dixiſſem quantum tibi tota deberet Hiſpania maximis excellen
tis ingenii tui muneribus exculta q̃ noſtris tẽporibus te præcipuo auctore præclaris humana
rum diuinarumq; rerum ſtudiis & ingenuis artibus Italiæ fœlicitatem & gloriam adæquauit.
Si magnas tibi Salmantica gratias ægiſſet ſi digna meritis tuis præmia perſoluiſſet: quæ te ui/
rum moribus & uita præſtantiſſimum linguarum fideliſſimum interpretem & unicum doctri
narum omnium profeſſorem nacta Romæ nunc Antonium Flaminium illum cuius & erudi
ctionis & ſapientiæ fama iam pridem mirabilis prædicatur a multis: non inuidet. Vide quan
tum tibi meo iudicio tribuam: multum quidem: ſed non iniuria. Ne quis igitur miretur ne ue
me aut falſo aut plus nimio te laudaſſe putet. Impar enim ſum meritis & uirtutibus tuis quas
uehementer admiror ſed ſatis: ut par eſt: laudare non poſſum. Dignus namq; mihi uideris eſſe
qui cum ingenii tum animi dotibus inter ueteres doctiſſimos atq; ſapientiſſimos uiros merito
reponaris. Quod illi uelim mihi ſine inuidia concedant: qui tempus omne quod tu maximis
laboribus nocturnis uigiliis liberalibus diſciplinis & perpetuis ſapientiæ ſtudiis ac immortalita
ti conſecraſti: luſoriis tabellis & carthis imaginibus pictis tempeſtiuis conuiuiis aleæ pilæ perni
cioſis corporis uoluptatibus inertiæ ſomnoq; tribuerũt. Quare te quidẽ: quẽ nimio ſcientiæ at
q; uirtutis amore flagrantẽ nulla diuiciarũ cupiditas ab optimis ſapientiæ ſtudiis & maximis
indagandæ ueritatis intentionibus abſtraxit unq̃ nulla uoluptas auocauit nulla laborũ magni
tudo deterruit: nulla cõficiẽdæ longiſſimæ uiæ difficultas & aſcẽdendi montẽ altiſſimũ deſpe
ratio retardauit nõ imerito maximis honoribus & diuinis laudibus q̃ digniſſimũ iudico: & quẽ
nõ ſolũ ab oĩbus hiſpaniæ doctis & generoſis hoĩbus excolẽdũ ſed ab ipſis quoq; regibus quo
rũ principatus imortalibus lr̃arũ monumẽtis & micãtibus ingenii tui luminibus quaſi ſolis ra
diis illuſtras maximis officiis & ãpliſſimis honoribus honeſtandũ cenſeo. hoc ego meũ de mul
tiplici tua doctrina p̃ſtantiſſimaq; uirtute iudiciũ: qd' ẽ a multis doctiſſimis hoĩb⁹ cõprobatũ: ſi
te quũ hic aderas uidiſſẽ tibi corã liberius declaraſſẽ: & ſiml' abs te q̃ſiuiſſẽ qbus reb⁹ qbus cõmo
dis & honoribus te comes Tendilianus uir doctus generoſus & ſapiẽs affeciſſet: q̃ tibi mũera cõ
tuliſſet quãti te faceret: cũ p̃ferti tu illi tot ãnos tuorũ ſtudiorũ labores & fruct⁹ ipẽderis atq; lr̃arũ
imortalia dona cõſecraueris: cuius & nũc filiũ docte ſancteq; lr̃is & moribus inſtituis. Qui ſi ſu
am fortẽ cognoſcit te p̃ceptorẽ nactus fuit Alexãdro rege fœlicior. Narraſſem qd olim mihi cũ
patre tuo ſtudioſiſſimo uiro contigit: ꝙ quando coram dicere nõ licuit: abſenti tibi breuiter ex

Universidad de Deusto Biblioteca



ponā. Ab hinc iam triennio cum eſſemus in oppido Valladolito die quo diui Ioānis Baptiſtæ memoria recolitur feſtumqꝫ celebratur me poſt rem diuinam per eius hoſpiciū tranſeuntem uocauit e feneſtra: & ingreſſum familiariter excipiens ut cū eo eſſem perhumane rogauit. Cui ego grās agens morem geſſi libenter obſecutus: inter prandendum præter alia multa quæ ultro citroqꝫ locuti ſumus poſtremum de uiris: qui tunc erant in Hiſpania: doctis nominatim gradatimqꝫ ſermonem habuimus. In quo cum ego te cæteros omnes eruditione præſtare dixiſſem: ille ut eſt uir modeſtus & prudens aſſentiri mihi nequaꝗ̄ uoluit: niſi duobus exceptis Siculo poeta Scilicet & Antonio grammatico: cui ego reſpondens aut in re līraria dixi filiū tuum non bene cognoſcis aut ſi cognoſcis eius quidem eruditionem per belle diſſimulas. Tuus enim filius tāto Siculum & Antonium præſtat doctrina & omni genere ſcientiæ quanto filium tuum Siculus & Antonius ætate præcedunt: uel potius quanto maiores gigantes ſunt pygmeis muribus elephantes hirdunibus aquilæ Delfinis Balenæ Britannicæ. Nec: ut arbitror: huic ſententiæ meæ niſi plus æquo placeat ſibi repugnabit Antonius. Qui nimirum hac ratione melioris cōditionis eſſe mihi uidetur ꝗ̄ ego ſum: quod te frui tuaqꝫ conſuetudine iuuari plurimum poteſt. Nam hoc ego facere ſi poſſem honeſte libentiſſime quidem & regiæ curiæ magnatibus & ipſi Ferdinando regi ſalutem dicerem. Nihil enim crede mihi uehementius opto ꝗ̄ uitæ meæ reſiduum tecum conſumere: quæ quidem res ſola facere meo deſiderio ſatis poſſet. Proptereaqꝫ & comentarios quos de rebus a rege Ferdinādo geſtis conſcripſiſſem limatiſſimo tuo politiſſimoqꝫ iuditio ſubiicerem ut eos mihi recognoſceres & emādares. Et tibi graecis in līris: quas ab adoleſcentia maxime concupiui: nunc ꝗ̄uis ſenio iam confectus exemplo tamen Catonis tanꝗ̄ puer operā darē: & latinis ꝑterea ueteranus excolerer: atqꝫ Babylonicis & Paleſtinis lectionibus: licet ꝓpter ætatē minus idoneus: nonnumꝗ̄ tamen intereſſem. Hoc enī meis uotis euenire maius nihil poſſet nihil melius nihil fœlicius nihil optatius. Sola namqꝫ tua conſuetudine tuoqꝫ colloquio nec ulla re alia contentus eſſem: Sed qm̄ id per Ferdinādum regem qui me diuinis in rebus & humanis negociis frequenter utitur mihi facere non licet abſentiam tuam uel inuitus feram neceſſe eſt. Vale.

Alfonſus ſegura Ioanni Vergaræ.S.

e Go uero mi Vergara & ſi ab amicis aueo accipere dilatatas & bene longas epl̄as: qđ is mihi ē uberrimus amicitiæ fructus. Quibus cum familiares ſermones cōferre corā non poſſis: iis per līas ampla s delectari tamē eiuſmodi homo ſum qui ſuborientibus negociis prolixam latitudinem detraham multo citius quā nullis me tumultuoſa oratione in immenſum diffundam. Quam enim hac ſit ab huiuſmodi & demiſſo genere orōnis remotum facile eſt intelligere. Quid ꝙ illud eſt iis quos ames ſuauius ſi paucis breuitate comprehenſa agētes ueluti inopina panſa deſtituas. Itaqꝫ malo tibi cauſam poſtulandi me mendicam parcitatē & integram reſeruare: quā deſerta multitudine uerborum te faſtidire. Sed heus tu quid tibi cū amaris potionibus homini præſertim ualenti & integro? Dic ꝗ̄ſo ſtatim neꝙ quas epotamus potiones uno ſpū & ſingultu eæ ingratiſſime ſunt hauſtus frigidiſſimos caloribus iulioli quos continentiſſimo & diſtento geſtu placide capimus in ſuaues & acerbos dicemus? Atq cum iſtas potiones ueluti degulamus raptim hoc facimus ne crudelitatem delicato ſenſu perceptā moleſtius feramus. Cum uero ut dicebam quid placet iccirco audientes erecto ore & auribus ſuſpēſis expectamus: uel legentes hoc ſuſpirare non audemus: ne continentem uoluptatem interceptam ſuſpirio non pleniſſime conſequamur. Quare cum ſcribas ſplendide erudite & apposite: noli rogo te delitias qui me ex tuis līis conſequntur mites & manſuetæ inſuaues & feras efficere. Quod autem cum Quintiliano conferri renuere uideris minime miror qui ſis enī ſuperaturus ſi te ab iſta peſtilēti barbarie philoſophorum qua te aſſeueras circumſcriptum aſſeras & unice huic diſciplinae dedas. Neqꝫ uero eſt ꝙ minus eos ames qui te ſtilum ueluti limpidiſſimum lac a Quintiliano ſuxiſſe contendant: cum in eo nihil ſit uulgare demiſſum exile aridum exangue & attenuatum. Sed oīa contra grauia recta plena ſuccoſa uirilia & ueluti coloratis floribus

conſperſa



cōſperſa. Sed neqꝫ ꝙ nonnulli: ut ſcribis: eū inſimulāt auſteroſitatis & preſſæ cuiuſdā duriciei neceſſimilius ē hunc minus compte & ornate cōſcripſiſſe: ꝗ̄ illos oīs poteſtatis līarū expertes ſuam ignorātiā ꝓfiteri. Qui dū Quintilianū abhorrēt homine cōpoſitione perpolita & dignitate uerborū multiplici: facile quidē principē caſeas eſſe & arenā ſine calce: qđ caligula dicebat: cōfitentur nudo & inornato ſermone cōtēti. Eſt enī i Quintiliano mea ſentētia caligo illa moroſa abſoluta ꝗ̄dā & ingenioſa doctrina. Quāꝗ̄ ſcio fuiſſe qui affirmarēt: ſapere eū hiſpanitatē quādā. Sed hoc ut ſentio ideo ꝙ de arte loquutus nimis dixerit ex arte. Scribis maiore tuo iure ꝗ̄ nos poſſe te mœrere cui momētū nō uacet. Belle ſane ais ut agis ample tuas partes. Nā ut ille ſcribit de quo modo: humane infirmitatis ē iſta natura: ut ex oībus accidētibus grauiſſimū quiſqꝫ putet qđ patit̄. Sed ut nō ē oībus una eadēqꝫ rō egritudinis ita ē huius conditio ab iſta diuerſa. De qua re pluribus cōtra agerē ſi eēt i aīo a ꝓpoſito officio tergiuerſari. Illud ſcio quē tu ꝓ teſtē citaſti nō minus ueridusꝗ̄ locuples nr̄ Touariꝰ cōtra te deponit ꝗ̄ citius reliꝗ̄ris iſta philoſophorū ſtudia ꝗ̄ his diē ademeris: qđ ut maxime ꝓbo ita cupio cōiūctiſſime copiā librorū quā a nobis habes tecū certatim uerſare. Iā illud a te peto ꝓ nr̄a amicitia mores & inſtitutā diſciplinā iſtius magnifici collegii nobis mittas: & ſi qua habes alia: tātū enī abeſt: ut i eis bonas oras putē me male cōſumere: ut nō minus emolumēti a tua rara & recōdita doctrina ſperem poſſe cōſequi: ꝗ̄ ab iſto quē refugis conſortem Quintiliano.

Ioannes Vergara Alfonſo Seguræ.S.

FOelicia ſaturnalia fœlices iani calēdas nūcio. Huic uni miniſterio epiſtoliū hoc dedico. Et ſecūdas iā līas mitto quū uiciſſitudo prioribus meis debet̄. Nā & hoc mō credā mereri me a te unas ſi ego binas līas miſero. Simul etiā ꝙ līas ad fratrē daturus dignū culeo flagiciū cōmittere uidebar: ſi te uel uno ſaltē uerbo nō ſalutarē. Equū eſt enī ut quos trutinato amoris æquilibrio æqualiter amo officii etiā parilitate æqualiter ꝓſequar. Quod ſi nihil erit aliqñ qđ ſcribā ſcribā illud ſaltē unde priores incipere ſolebāt. Si uales bñ ē ego quoqꝫ ualeo. Interim tñ da operā ut unis tuis litteris binas meas compenſes. Nā & in officii rōne nec creditor uolo eſſe nec debitor. Vale Compluti pridie chriſtiani natalis.

Ioannes Vergara Alphonſo Seguræ.S.

AGcipio excuſationē tuā: Qua ſthomacū quā tibi līis meis cōcitatū intellexerā arguta inuerſione interꝑtaris & rē plane nudo ſenſu ueriſſimā i aliā intelligētiā neſcio an uerius certe bñuolētius detorꝗ̄s. Et me Hercule nūc tandē aduerto cū hoīe me agere iuriſperito: qui ſoleat acri quadā uafricie & ingenioſo acumine qcquid inſtitutionū qcqd decretorū & legū legerit callidis cōtortionibus & flexuoſis interꝑtamētis inuertere & ſenſum quo libuerit uel repugnātē renitētēqꝫ trahere & impellere. Quibus tu cautionibus quū apud me uteris meminiſſe etiā debes rē tibi eſſe cū hoīe dialectico nō minus ꝑſtigiis offuciiſqꝫ imbuto. Qui nō dicam ſibi ab alienis impoſturis & captionibus cauere ſed & ſuis alios irretire circūuenireqꝫ nouerit. Sed omiſſis iocis ꝙ me ad priorē ſcribēdi ꝓlixitatē bñuolus allector inducis: Parebo quidē nō inuitus mō & argumētū ſupetat & ociū quorū alterum ſi nō breuibus certe diffuſis epl̄is deeſt: alterū uero etiā breuibus ſcribēdis negat̄. A deo me i dies magis ac magis exercēt immania hæc & tetrica ſtudia māſuetioribus muſis inuiſa. Sed nūc ſatis tibi erit deſcriptio quā ad te mitto: ei rogo aliqd ſucciſſiui & ſubrepticii tēporis impertias & moroſiore ſubſelio lectā lima tua ſeueriore & cēſorio examine perſequaris caſtiges corrigas nulliqꝫ rei parcas nihil diſſimules. Quinimo locū quēpiā ſtatim ut auribus perſtrepuerit obelo cōfodito niſi forte unica ꝑpetua litura uniuerſum opus cōtētū laborē diſperſæ interpollateqꝫ diſpūctionis aſpernet̄. Quam nihil moror: ſi ita uidebitur: ei indas aut uulcano Neptunoue mandes ſi i eo nihil Apolline dignū repereris. Id enī æqui boni cōſulā: nā & ipe uerū audire & tu dicere cōſueſti. In hoc ego uolui: nec enī diſſimulabo: genus quoddā dicēdi mediū tenere: qđ nec ꝑcipiti breuitate cohibitū

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtrictim cõprimeret̃:nec nimia copia tumens ubertim effluerет:nec arida ſcitate inops ieiune
horreret nec lætitia pingui exultans ſupra æquũ laſciuiret. Nec id me dixerim aſſequutũ: Im
probũ eni id eſſet & ſupbũ:ſed conatũ tñ & nixũ ꝙ ſcilicet perſuaſiſſimũ mihi ſit eũ potiſſimũ
eſſe abſolutũ deſcribẽdi characteriſmũ:licet etiã nõ ignorẽ a nõ parũ multis ꝓbari potius ĩ hoc
genere adſtrictũ & breuẽ qđ ego in aliquibus & ubi res poſtulat nõ inficior: Modo nõ pro breui
aridus & ieiunus imponat. Qui eſt fallẽdi modus Lubricus nimiũ & ob id freqũs. Nã ut cuili
bet uirtuti ꝓximũ & uelut cõfine eſt uiciũ. Quod ſæpe ꝓ uirtute fallit:ſic eni & auaros frugales
& ꝓdigos liberales & procaces hilares & triſtes duroſq; ſeueros nuncupare ſolemus: Ita etiã ĩ ſti
lis dicendi ſingulis orõnis uirtutibus agnata ſunt uicia. Quæ earũ modũ & habitũ ſimulachris
falſis ementiunt̃. Nam & ſufflatos quãdoq; uberes & copioſos ſqualentes uero & ieiunos bre
ues graciléſq; uocamus. Quo impenſius & ipſe timeo ne dũ mediũ dicendi genus conſector:in
proximum uicium impingam:& incertus ambiguuſq; fiam:ut nonnulli ſunt qui hiulca qua
dã & maculoſa oratione perſtrepentes nec ullius ſunt ſtili nec generis. Sed hanc cunctationem
meam explicabis tu ſententia tua ſi paulo modo intentius legeris:nec patientiam tuam uicerit
rei non uiſæ odioſa deſcriptio. Nã quo iucũdior eſt & gratior eius rei deſcriptio:quẽ prius uiſu
uſurpatũ uelut iterũ legẽdo cõtẽplaris & lectionẽ imaginatione certa ſecutus qđ narratio pin
git ipe tibi ueris idolis & ſimulachris repſentas:tãto illa iucũdior & moleſtior q̃ rem non uiſam
enarrãt lapſantibus imaginibus & fictis mẽtitiſq; phãtaſmatibus mẽtẽ agitãs & uelut eludẽs uix
tãdẽ certã deſcriptæ rei formã cõſequit̃. Qua ĩ re nõ neglexeris operã Touaris mei qui hec oĩa ꝓ
be doctus admonebit te aliqñ uerbo:q̃ ĩ libello forte aut cõfuſiora aut breuiora dep̃henderis.
Sed iã ſatis de ineptiis meis ineptiui. Supereſt ut te orẽ obſecrẽq; inuicẽ ad me mittas fœtũ aliq̃
ingenii tui. Quod niſi certo certius ſperarẽ:nunq̃ hoc ad te dare decreuiſſem:nec niſi immanẽ
piſcẽ ex gurgite iſto operũ tuorũ tracturũ me cõfiderẽ: uilẽ unq̃ lũbriculũ hoc ẽ opuſculũ hoc
meũ tanq̃ ĩ hamo æſcã miſiſſem. Tu uotũ meũ ne fruſtraueris. Tẽpus eni ẽ ut deſinamus occio
ſas & umbraticas lr̃as mittere:& iucũdiſſimis uicibus ſtudia alter alterius affectemus petamus
impetremus:& q̃ æquũ ẽ uoluptate legamus. Vale.

Alfonſus Segura Ioanni Vergaræ. S

GRatas: ita me deus amet:uelut pomeridianas deambulationes:uidebat̃ eni id tẽporis
ad hoc cõmodius ſæpe cõfeci his diebus q̃bus apud me fuit opuſculũ tuũ plane elegãs
& ꝓ rei cõditiõe peræquato ſtilo cõpoſitũ. Quod nõ ſolũ memoriã mihi afferebat illius
tp̃is cũ merebã ſub Ferdinãdo herrarieñ utinã tã bñ fortunato q̃ iter latinos nr̃o tp̃e principe &
priore Iſla eius certe nõ ĩdocto diſciplo. Et hẽt neſcio qd quo nõ minus delectet eius ipius loci
repſẽtatio ubi ocl'orũ lipitudinẽ & flaces ignorãtiæ lauerimus q̃ eius alioq lõge dulcior recorda
tio q te genuit ſed etiã ꝙ loca ipa laq̃ata tecta ſpatia nobilitata totã poſtremo ne academiã uide
bat̃ ponere ĩ cõſpecta. Cuius ſitũ & fabrefactã ſpetiẽ pene oĩno a memoria deleuerãt ſex ãni ſupe
riores:Ita ceſſit paulũ q̃ me tenebat mira cupiditas reuiſẽdi cognoſcẽdiq; ãpliſſima iſta gymna
ſia e maximis athenis cũ ſolo rapti & parietibus ad nos tã ſubito trãſportata. Sed fuit illud ſũmi
ĩgenii & uiuaciter ſingula perſpiciẽtis:q̃ niſi ab iiſdẽ & diuerſis artificibus a ſuo queq; & ducta
manu relata poſſint cõp̃hẽdi plene abs te uno eo ueluti penicillo & ductis lineis adeo graphice
repſẽtari: Vt facile exiſtimẽ ex his nihil eẽ ſingula p ſe abſolutiora q̃ tu erudite decore & diſpo
ſite es oĩa pſecutus. Iam uero mores inſtituta & leges ſãctiſſimas eo ordine recẽſere:ut quis poſ
ſit intelligere non fuit minoris operæ & laboris. Quare eſt aliquid qđ te iſta altrix & mater aca
demia unice diligat. Ergo tu quando quidẽ rem ſuſcepiſti:& inſtitutã infinita tua laude abſol
uiſti:ut nullus deſideret̃ actus:qđ ẽ ĩ ꝓuerbio:mea ſentẽtia quãto pius & ĩpẽſius egiſſe uiſus es
cũ æqualẽ & pene q̃dratã memoriã certe quã res depoſcebat optimo genere orõnis es cõſectat⁹:
tm̃ atrox & inhumanũ crimẽ cõmittes ſi occultabis neq; formis cudẽdũ opus curaueris. Et pa
tieris rogo te q̃ ipe ultro & in matrem contuleris bñficio tuo ab ea tanq̃ inuita impie auferri? di
gnus pfecto ſi feceris quẽ mr̃is imprecationes peſtilẽtes conſequant̃. Petis a me ꝓ Rhombulo



tuo & gr̃a referenda torſiones & attilos remitti. Nũc tãdẽ cognoſces in ſtagnum æſcã placide
laceſſentẽ te iactaſſe:ubi nec ullã ſpetiẽ uermiculorum aſſilire nõ ſolum piſces iſtos perſpicies.
Et tu ſcis huiuſmodi res occupata opera ſuſcipi nõ debere nec niſi p̃parato ocio ſi ſuſcipiantur
poſſe abſolui. Cura eni uacare & negotio opus eſt:ut quã rẽ aggrediaris honeſte aſſequi poſſis.
Nobis ab eo tẽpore quo dedimus nos iurecõſultis nihil licuit ſuſcipere cui preſidia fere oĩa eo
tẽpore defuerũt. Antehac niſi flaccidũ quiddã & uix infimo generi cũ fine:qđ meminerim ni
hil habui. Quare patientiã tuã ſuſtineas te decebit ſi uoles oẽs numeros officiorũ in amicũ cõ
plere. Oeconomicũ opus mãſiſſet apud me niſi ꝙ cupio cui debeam ab eo nõ amplius mutua
ri q̃ nr̃a minerua poſſit eſſe ſoluendo. Vale.

Alfonſus Segura ſuo Vergaræ. S.

ITa ne eſt ut uos etiã philoſophi iuſtas putetis cauſas iracundiæ? Quas uel e leuioribus
rebus uobis ſumpſeritis uolũtario iudicio? Quorũ officiũ ẽ uirtutẽ tradere: turpitudi
nẽ depellere:iræ egritudini & cæteris animi motibus medicinã placide admouere:&
rõne cõſtãter mederi:uos efferatã præbitis materiã indignationis? Ergo & mihi licebit maiori
mea licentia intemperãter moueri & in te uiciſſim exſcãdecere omni impatientia. Iraſcor eni
tibi uehementer & ſuccẽſeo nõ uulgariter ꝓpterea qđ cũ ita pertinaciter totiẽs flagites qđ plane
intelligas poſſe a nobis honeſtiſſime negari:uideris uelle hoc ſubſignificare:eã fidẽ tibi de me
recepiſſe:cui non ita cõfidenter putes credendũ:ueliſq; eã experiri in re minus ſerioſa. Et heus
tu ita ſemper ſoles? ut cũ munus amico miſeris foenebre bñficiũ te cõtuliſſe exiſtimes? Ergo cũ
tuã ob cauſam cõmodes ſimulata gr̃a nihil uix tibi deberi. Nõ belle facis:& iſta fœneratio q̃ tã
tũ habeſt a bñficio ut gratiã etiã tollat legibus iã ꝓhibita ẽ & æquabili æquitate intercluſa. Ad
hæc tu ſi tecũ cõſtabis nihil reſpõdebis. At poſtulabis me fortaſſe apud iudicẽ:ne tũc quidem:
ut mea fert opinio:ſatis tibi cõſules ſi cũ iureconſulto cauſam ãgas:ubi captioſa iſta dialectico
rũ probabilitas nihil nos fallet. Sed quia nõ uacat amplius garrire agamus ſerio. Amabo te mi
Vergara credas hoc a Segura nihil habere:qđ uel iſtis blanditiis allicias: uel cõuiciis poſſis ex
torq̃re. Quare rogare iã deſine. Quod ſi adhuc ſuccẽſebis iuuabit concludere cum facetiſſimo
poeta iraſci tantũ fœlices noctis amici. Nõ belle facitis ſed iuuat hoc facere. Vale. Salmãticæ.

Alfonſus Segura ſuo Gaſpari Barrachino. S.

MAgnopere abs te peto mi Gaſpar ꝓ tua ĩ me:quæ ſemper fuit:indulgenti humanitate
& mea ĩ te piiſſima obſeruãtia:ſi quid fuit a me cõmiſſi criminis: ꝙ diu tacuerim:cre
das nullã fuiſſe cauſam:q̃ te forte interdũ mordebit neq; ĩgratæ obliuionis. Cuius os
iucũdiſſimi ſermones & hæc ipa conſilia & monitiones añ oculos obuerſant̃:neq; uel tantulæ
negligentiæ in mãdatis tuis conficiendis. Qua una in re nihil qđ a me fuit faciendũ p̃termiſi.
Deus faciat id perficiamus cũ illis qđ cupimus & tibi debemus. Hic ſcito ſi quid p̃ter uotũ &
opinionẽ noſtrã accidiſſet:qđ omẽ auertat deus:nihil a me fuiſſe. Qui ſi frater fuiſſem:qm̃ eos
tua cauſa plus pluſq; diligo:amãtius & magis ardẽter nõ conſuluiſſem monuiſſem & a tramiti
bus lõgiuagis ſi qñ aberraſſent in uiã traxiſſem. Cæterũ de his nihil quod poſt acciderit habeo
tibi ſcribendũ. Tu autẽ:quod facis:ſemper monebis & ut Detiũ noſtrũ andiant iubebis etiã ne
noſtra cõſilia aſpernent̃. Si mãdaueris ꝓ eo qđ tibi debemus gratũ facies. Hãc pagellã ea ꝓpter
ſcribo ne alioqui numeroſus tibi debitor ep̃larũ numero quicq̃ debeã. Vale. Salmãticæ.

Alfonſus Segura Gabrieli Miro archidiacono Tarãtonæ. S.

St mihi cum magnetibus admodũ uetus cõſuetudo & omnino fratetna familiaritas.
e Qui ad me cũ ſcribunt Georgiũ Cyroliũ poetã optimũ a pleriſq; inuidis iſthic obtre
ctari factione:ut ita dicã facta:abs te tñ uno cõplecti & uehementer defendi eiuſdem

Universidad de Deusto Biblioteca



auctoritatem plane affirmãt petũtq; a me qm̃ intelligunt apud te me in hac re plurimũ auctori
tatis habiturũ & gr̃æ ut eundẽ ipm̃ Cyroliũ tibi plus pluſq; cõiunctũ pluribus uerbis comedẽ.
Timent enĩ ut ſi tu eũ deſerueris iſtorũ nequitia præualeat. Ego uero & ſi Magnetũ amore &
ipius Cyrolii cauſa:qui mihi amicus eſt:nihil eſt quod ego libenti animo non faciã hoc tamen
abs te petere uolui recuſare:uidebam enĩ hominis eſſe impudentis ac omnino diſſoluti ab eo
quicq̃ petere cui nihil unq̃ cõtuleris & debeas plurimũ. Interim occũrrit ſumma tua humanitas
illud deinde Ciceronis ingenui hominis eſſe. noſti cætera. Itaq; quãuis tibi multum debeã:qđ
ego ultro cõfiteor:hoc tñ petere nõ dubitabo Georgiũ Cyroliũ poetã diligẽtiſſimum:ut facis:
omni ſtudio & auctoritate tua iuues & ab iſtorũ impetu plena manu defendas. Qua in re p̃terq̃
qđ mihi gratũ facies cõſules crede mihi iſti ueſtræ Ilerdenſi achademiæ cũ magna tua laude.
Qui hominẽ tã doctũ tã diligentẽ grammaticæ profeſſorem tua manu præfeceris. Nam is eſt
Cyrolius:qui uerã grammaticã introducet:& quæ iſthic pene barbara iacet latinã & elegantem
efficiet. Ioãni & Frãciſco Vergoſiis nr̃is dices meo noie ſalutẽ. Vale ex Alcagnicio.

Alfonſus Segura Ioanni Gargãtario Senaugẽſi. S.

BEne ruſticus erit ita me deus amet:Gargantarie humaniſſime qui te iſta uirtute & do
ctrina ad amicitiã ꝓuocantẽ non peræque redamabit. Ecquid obſecro minus boni
uiri uideret q̃ tibi homini honeſtiſſimo & in ſtudiis humanarũ litterarũ exercitato in
amore nõ reſpõdere? Itaq; feciſti ꝓfecto ingenue qui poeta facilis orator bonus me tibi uolueris
conciliare:non poetã & oratoris nomen falſo mihi uendicauero quẽ muſæ Apollo Pallas & re
liqui cœlicolæ in humane deſtituerunt. Erunt tibi argumẽto noſtræ iſtae litteræ:& carmina q̃
mitto aſpera hortida ieiuna & inornata qualiacunq; tñ dictauit oratus Apollo. Sed malo in iis
modo petenti tibi obſequar deſideres meã diligentiã & flẽtẽ cõpoſitionẽ q̃ ſi id nõ feciſſem be
niuolentiã. Huc accedit occupatio ſumma iuriſconſultorũ:quibus me addixi & totum dedica
ui. Hi me uſq; a deo premunt rerũ multitudine & diſtringunt uarietate:ut uix ad dulcia iſta hu
manitatis ſtudia reſpicere uel aliquando concedant. Quare magnopere te rogo ſi quid inſipi
dũ non elegãs in cultum in his legeris ab iſta profeſſione remoto mihi & pene omnino alieno
ignoſcas. Cæterũ de carminibus minime miror nõ enim me mouent iſta leuia & ĩ quibus pue
ri conſiſtere ſolent quo minus mihi perſuadeã te uirũ eſſe erudititiſſimũ quã rem aperte demõ
ſtrat tua ad me epiſtola q̃ plane elegans eſt & oratorio penicillo docte cõfecta. Siculus aũt meus
tantũ tibi tribuit quãtũ in his ſtudiis optimo cuiq; tribuerit: nouit enĩ ingeniũ tuũ & doctrinã
uel ipa uerſuum prima:ut ita dicam:inſpectiõe. Carmina q̃ ad eũ mittis curabo ut perferant̃:tu
de me oĩa tibi perſuade q̃ ab amico ſperabis. Vale Ilerdæ.

Alfonſus Segura Siculo ſuo. S.

ME bene eſſe immortali deo gratias ago. Hoc tibi habeo ſcribẽdũ p̃terea nihil. Sed neq;
diẽ intermittã:in quo ſit cui comode ad te litteras dem has ſcribo:q̃ & quia cupio ſcire
abs te nunquid a Montiſonio deceſſeris:itẽ acceperis ne duas epiſtolas:quarum unã
tibi alteram ſcripſi Antonio Mudarræ:cui meo noie ſalutẽ dices. Facies p̃terea me de rebus oĩ
bus uel una littera certiorẽ. Quod ſi ad uos perlatæ ſunt quo uultu Mudarra legerit:& de Lu
douico quæſtore regio ſignificabis. Vale. Ex Ilerda. Viii. calẽdas Iunii.

Lucius. M. S. Ioanne Cõtreræ puellæ doctæ. S.

CVm Lupo uaena auũculo tuo uiro moribus & omni uirtute ac doctrina præſtãtiſſimo
tanta mihi familiaritas eſt optima uirgo quanta cũ eorũ nemine:quos in Hiſpania to
ta uingiti fere annorũ ſpatio cognoui. Quã quidẽ familiaritatẽ neceſſitudinẽ potius
& amorẽ mutuũ atq; fraternũ melius appellare licet. Inter nos enĩ uerus amor & uirtutis tantũ



rõne ſuſceptus non autem ſpe ulla percipiendæ utilitatis ortus eſt. Nam qui beneficii ſpe colit
amicũ:quod plæriq; faciunt:is quidem cũ aut officiũ conſecutus ſit aut cõſequẽdi ſpẽ penitus
amiſerit amare quidẽ ſtatim deſinit. Si quis uero uirtutum fama quemq̃ diligere primũ cœpit
hunc deinde ſi uirtutes illius quem colere inſtituit re quoq; ueras eſſe cognoſcit:multo quidẽ
uehementius amare cõpellitur. Quod & mihi certe contigiſſe iam pridẽ animaduerti:qui cum
Lupũ uaenam iam olim non dũ uiſum propter eius uirtutũ maximã famã:quæ per totum ter
rarũ orbẽ clariſſima celebratur:diligere cœpiſſem poſteaq̃ in aula noſtrorũ principũ longa con
ſuetudine quottidianoq; ſermone mores eius elegãtiſſimos & uitæ integritatem cæteraſq; uir
tutes immortales perſpexi tantus quidẽ cumulus amoris mei erga illũ acceſſit:ut nihil ad ami
citiã noſtrã addi poſſe uideatur. In quo ille profecto mihi nihil debet:is enĩ uirtutibus pollet:
quibus non immerito ab omnibus q̃ maxime ſemper ametur:nihil eſt enĩ uirtute præſtantius:
nihil amabilius:cuius uaena nr̃ admodũ ſtudioſus tã honeſte tã ꝓbe ſancteq; uitã agit: ut p̃ter
eius dulciſſimæ muſicæ p̃ſtantẽ ſcientiã ſola quidẽ bene uiuendi gloria cũctorũ hominũ beni
uolentiã & gratiã demereri facile poſſit. Mihi autem & ſi multas ob cauſas atq; uirtutes chariſſi
mus eſt:hac tñ una uel potiſſima rõne plurimũ diligit̃:quod de ſororibus & earũ liberis deq; ꝓ
pinquis oĩbus & amicis aſſidue benemeretur. Scimus enĩ quantũ oẽs ex ſororibus nepotes cæ
teroſq; ſibi neceſſitudine coniunctos:qui uirtutibus & litteris incũbũt:non ſolũ præceptis atq;
cõſiliis uerũetiã pecuniis & neceſſariis iuuerit. Nouim⁹ & q̃ feruẽti amore q̃ ſincero benignoq;
animo quoſcunq; charos habet ad uirtutem ad beneuiuendũ ſemper hortetur. Quod & ſi non
ignorabã nuper tñ multo clarius intellexi cũ mihi eã tradidit legendã ep̃lam:quã tu pridie ca
lẽdas quintilis ad eũ ſcripſeras. Tunc enĩ & de te cœteriſq; neceſſariis mecum multa uerba fecit:
quibus quantũ te cœteroſq; propinquos amet facile percepi. Sed ad tuã ep̃lam uenio: quam
ego ſiue quia latinarũ litterarũ percupidus:ſiue quia claris ingeniis & p̃ſertim puellaribus ma
gnopere delector:ipo Lupo præſente ſtatim magna cũ uoluptate perlegi:quã perlectã Lupus ſi
recognoſcerẽ & recognitã tibi remitterẽ pergratũ tibi fore mihi ſignificauit. Qua in re illi ꝓ mu
tua inter nos beniuolentia morẽ gerere obſequiũq; p̃ſtare mihi neceſſe fuit:itaq; feci non inui
tus. Tuis igitur litteris a me diligenter inſpectis duo præcipue notata fuere:quorũ alterum nõ
eleganter alterũ uero minus congrue ſcripſiſti. Nã dicebas ea cura me ad nunc ſollicitabat:ad
nunc enĩ & ſi cõgrue grãmaticæq; dici poteſt:latini tamẽ ſcriptores:quos te imitari uelim:pro
nunc hactenus uel ad huc dicere cõſueuere: Alterũ fuit:qđ meas aliquanto magis aures offen
dit:ſecũdo calẽdas quintilis:nã ſecundo calendas necuſquã reperitur apud ſcriptores latinos
neq; ullo modo dici poteſt:pro ſecundo nanq; pridie dicimus:quod non ſolũ in oĩbus ueterũ
doctiſſimorũ libris ſed in ordine quoq; menſiũ & cathalago ſanctorũ cernere perfacile poteris:
ubi quolibet in mẽſe pridie nonas pridie idus & pridie calẽdas ſcriptũ reperitur. Cæterũ quare
ſecundo non dicamus hæc rõ eſt:quod ſecundũ ad primũ:qđ in ordine p̃cedit:non autem ad
tertiũ:qđ ſequit̃:refert̃. Subſcripſiſti p̃terea tibi nomen heroida:qui flectendi noĩs ordo uuſq̃
legitur: Sunt enim formæ patronimicorũ nominũ quattuor:ĩ des maſculinorũ:ut priamides:
in is uel in as uel ĩ ne fœminorũ:ut priamis pelias & adraſtine. Fuit igit̃ tibi: ſi uis hoc appella
ri noĩe:dicendũ herois:nã heroida recte nõ dicit̃:qui caſus apud græcos nõ nominãdi ꝓfecto ẽ:
ſed accuſãndi. Illud etiã te moneri uolumus in quo nõ latinorũ more locuta dixiſti: ſed uerba
relicta:tua iuſſa capeſſere decreuimus:his enĩ uerbis relictis dicere debuiſti:ſic enĩ latini oẽs lo
quunt̃. Erat etiã ĩ extremo lr̃arũ tuarũ:quẽ tuũ honorẽ ꝓſperaturũ exopto:qui loquendi mo
dus nõ ẽ a doctis uiris cõprobatus:illud enĩ participiũ ꝓſperaturũ non exopto uerbo ſed ſpero
credo cõfido ſcio cæteriſq; ſimilibus adiũgi ſolet:ut ſpero te ſiculũ amaturã:& cõfido uel credo
uel ſcio tibi ad uotũ oĩa ſucceſſura. Exopto uero infinitiuam poſcit orationẽ:ut ego tibi cõtin
gere cuncta q̃ cupis exopto:& tu Lupo uaenæ magnas euenire dignitates & honores exoptas.
Hæc ſunt ornatiſſima uirgo: quæ tibi prodeſſe uolẽs & auunculo Lupo uaenæ uiro optimo ſa
tiſfacere ad te ſcripſi. Quæ ſi ut opto tibi grata fuiſſe cognouero:uel crebras quidem deinceps
ad te litteras & amoris erga te mei plenas deſtinabo:ſi tuis præſertim litteris fuero q̃ndoq; ꝓ
uocatus:quod ut facias te nõ ſolũ rogo ſed obſecro etiam & ſi pateris oro. Affice me igit̃ tuarũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



lr̃arũ munere:qui profecto tuis & honoribus & cõmodis non minus faueo:q̃ tuus uel pater uel auunculus.Sed ſcribendi finẽ faciã:ſi te prius:illud unũ monuero:qđ me tibi p̃cipere meus i te & in auunculũ tuũ non modicus amor cogit:ut ita lr̃is die noctuq; diligenter incũbas:ut te non ſolũ generis nobilitate ſed uirtutis etiã & doctrinæ rõne laborũq; tuorum meritis inter illuſtres mulieres ac præſtãtiſſimas heroidas numerare poſſimus. Vale.Ex Methymna. calẽdis ſextilibus .M.ccccc.iiii.

Lucius.M.S.Ioannæ Contreræ puellæ doctæ.S.

NOnis Sextilibus redditæ mihi fuerũt lr̃æ tuæ:quibus multis occupatus negociis hactenus nõ reſpõdi.Quare te ualde rogo meã nõ iniuſtã excuſationẽ & libenter accipias. Hoc autẽ tempore quãuis me non minora negocia fatigant tuis tamen litteris prouocatus tibi ſed tñ breui reſpondebo:ne me uel genus lr̃arũ tuarũ uel tuã erga me ſingularem beniuolentiam neglexiſſe ſuſpiceris.Non enĩ is ego ſum:qui ad me ſcribẽtibus reſpõdere nolim: tibi p̃ſerti:quã ego ad ſcribẽdũ meis lr̃is hortatus ſum & cuius lr̃æ mihi maximũ erga me amoris cumulũ attulerũt.Ex quo te ſcire uelim mihi iucũdiſſimas fuiſſe lr̃as tuas:quibus & ſi q̃ te p lr̃as familiariter & amice docuimus tu uel egregia tua uirtute uel excellenti magnoq; ingenio nõ mõ uera oĩa ſed tibi quoq; quãgratiſſima fuiſſe dicebas:illud tñ qđ de heroida notatũ ad te ſcripſi:te minus libenter accepiſſe ſuſpicatus ſum.In hoc enĩ a me pleniorẽ ſatiſfationẽ & ꝓbabiliorẽ rõnẽ deſideras & auctoritati p̃ceptiſq; meis minus acquieſcis.Ego aũt & ſi quã poſcis iteratione nõ opus eſſe certo ſciebã:quia tñ in oĩbus tibi gratificari uolo:hac in te quoq; libẽtius tuæ uoluntati morẽ gerã.Rurſus igitur te iucũdiſſima uirgo moneo: ne huiuſmodi noĩa per primã flectas declinationẽ:nec te illud decipiat:qđ meis in litteris legeris heroidas:hũc enĩ numero multitudinis accuſandi caſum protuli more græcorum.In maſculino quippe genere:qđ nõ ignoras:heros dicimus:a quo ſub patronymicorũ forma flectit̃ herois & nõnunq̃ heroine. Significat aũt:ut ſcis:heros uirũ fortẽ & illuſtrẽ & qui humanã uirtutẽ excedit:ut apđ Virgiliũ. Tũc ſic fortiſſimus heros:ſimiliter & herois mulierẽ:ut Ouidius primo de triſtibus uolumine de ſua cõiuge loquẽs:prima locũ ſanctas heroidas inter haberes.Quod ſi tu ea tm̃ uocari patronymica putas:q̃ filiũ uel filiã ſignificãt:certe falleris:nã æneis nõ æneæ:thebais nõ thebarũ:ſicilis nõ ſiciliæ filiã ſignificat:& tñ a multis patronymica dicunt̃.Cur igit̃ herois patronymicũ nõ dicet̃?Quod ab heros deducit̃. Et patronimicorum more declinat̃.Aut cur æneis ab æneas & alia huiuſmodi patronymica dicunt̃:Si herois patronymicũ nõ ẽ?Herois inquit ab heros deriuatũ ẽ nõ patronymicũ:ſit ſane:nec id ego inficias ibo:dũ mõ mihi cõcedas ut patronymicorũ more declinet̃.Sed de hac re ſatis:& p̃cipue tecũ:quã ſcio poſthac auctoritatẽ Siculi non neglecturã. Sed interim te nomẽ heroidũ tibi uẽdicare nõ laudo.Nã te ſicut ad gloriã ad uirtutẽ ad ueras laudes hortor:ſic etiam ab ambitione dehortari debeo.Itaq; te tantũ nomen affectare nolim:quod & ſi tibi uel propter generis tui nobilitatem uel propter eruditionis rationem concedi iure poteſt:ætati tamen tuæ admodum puellari nunc quidem non conuenit.Quod ſi qua ire uia cœpiſti perges & uirtutem donaq; mineruæ rebus omnibus antepones te quidem non heroidibus ſolum ſed nouem quoq; ſororibus connumerandam proſpicio. Vale.

Petrus Martyr prothonotarius regius conſiliarius
ſuo Lucio Marineo Siculo uati egregio.S.P.D.

NVdiuſtertius cupiens te habere conuiuam ad te miſi rogatũ ut una eſſemus.Rediit familiaris meus inquiens te non eſſe in curia.Iuſſi ut ulterius ſcrutaretur & quonam profectus eſſes inueſtigaret. Placentiam te contuliſſe rediens nunciauit. Duæ hinc oriuntur præpoſitiones:interrogatiua altera:altera querula.Nã que cauſa te Placentiam ire cœgerit uelim intelligere. Putaſti ne mi Sicule ex urbis iſtius appellatione iucũdiſſima te naturã & ingenium tuum mutaturum?eiecturumq; abs te ſaturnum quo uiuis peſſundatus



& prægnãs?non facit Placẽtia placidũ crede mihi mi Luci.Rede ad curiã ubi placida ſunt oĩa: ubi nemini licet nõ placide uiuere. Quod ſi forte iſtius præſidis placidi mores innata bonitas & acquiſita doctrina te pellexerũt ut a nobis diſcederes laudo ꝓpoſitũ licet te apud nos eſſe uehementer optẽ.Eſt nãq; ſaccaro dulcior ille:Salomone ſapientior:Cicerone eruditior:quod eſt inter generoſos alba cornice rarius.Sed quid a Martyre tuo ſalutationis expectas cũ ueneris? qui non modo eo nõ cõſulto ſed neq; ſalutato quidẽ diſceſſeris.Plecteris minus lauto cõuiuio dilutioreq; tibi hauſtũ miniſtrari pueris imperabo: neq; de p̃paratis coriandris:quos tibi ſoleo ad tollendã capitis Saturnini grauedinem in cœne ultimo margine ſygilli loco p̃bere:guſtabis q̃cq̃.Catonianus ſũ ſtoicides nil ĩpunitũ abire p̃mitto.Em mlcta grauis ac lege redibis. Vale.

Lucius.M.S.Petro martyri ꝓthonotario & cõſiliario regio.S.

ET ſi mecũ:quod te de meo diſceſſu celaui:grauiter expoſtulas uir doctiſſime:tua tñ querela mihi fuit q̃ iucundiſſima.Erat enim nõ iraſcentis animi ſed per humani:& q̃ amoris ſummi erga me tui manifeſtũ mihi præbuit argumentũ.Cæterũ ego & ſi me tibi uel hac una potiſſimũ rõne purgare facile poſſũ:quod oẽs:quos aliquo mittit rex Ferdinãdus tacite diſcedere iubet:me tñ peccaſſe fateri malo:q̃ excuſatione quãuis honeſta culpã redimere.Ideoq; mulctari me tuis coriandris & lymphacius haurire potũ facile patiar:dũ me tñ:ut ſoles:liberaliter excipias ac benigne:& gallinarũ columborũq; pullis cũ ſumine & petaſonibus elixis expleas.Nã pauos turtures perdices phaſianos coturnices turdos ficedulas attagenes merulas & alia oĩa ferculorũ genera:quibus me ſatiare conſueuiſti:tibi cæteriſq; libentiſſime relinquã:præter dulces placentas & ſuaues martios panes ex nucleis amigdalis ſaccaroq; confectos. Sed hac de re plura cũ redicro.Nũc abſentiæ meæ rationem paucis accipe.Miſit me rex noſter Ferdinandus ad Gometiũ a Tholeto Placentinũ Antiſtitẽ:ut cũ eo & cũ ſecretario eius Roderico Aluaro Metellinati diligenter agerẽ:ut hiſtoriã:quã ego de rebus a Ioanne Ferdinandi regis patre geſtis latine cõſcripſerã:metellinas ip̃e in hiſpanũ ſermonẽ:quo maxime pollet:rogatus a rege per litteras traduceret. Qui uir egregie doctus & ingenio liberali regi parere mihiq; gratificari cupiens rem quidẽ libenter ſuſcepit & diligenter agit:& ut ſpero breui & ex nr̃o uoto cõficiet. Antiſtes etiã ut eſt uir generoſus & eruditus me honorifice excepit tractatq; liberaliter.Qui hoc tempore cauſa ualitudinis & animi recreandi gr̃a in oppido Paſarone ſe cõtinet. Qui quidem locus eſt amœniſſimus & ſaluberrimus in conuallibus abditus uelut ara in teſtudine tẽpli:diſtatque a Placencia paſſuum milia quattuor & uiginti nemoribus aquis uenationibus hortis & aliis rebus multis & cõmodis admodũ fœlix. Vbi menſe Decẽbri per placidiſſimos & uirides ac floridos hortos ambulamus inter citros citrioſq; & uuas ficus alioſq; fructus ex arboribus decerpimus:ac iter uarios flores hinc iacynthus inde roſa ſuauiſſime redolet.Hic nimirũ mi Martyr fœlicẽ uitã agimus:& quã ſi liuidulus ſis inuidere nobis poſſis.Hic placide uiuitur:hic:me:quod tu fieri poſſe negabas:Saturnũ totũ exui & Iouem indui. Tu itaq; ſi relinquere potes iſtos acriẽſium nobilium frequẽtes occurſus ſi congreſſus inutiles ſi ſalutationes adulatrices & faſtus inanes ac potius ſi falſis auelli potes & ambicioſis honoribus huc mi Martyr te cõferas huc ſtatĩ uenias huc quãprimũ aduoles:ubi crede mihi:ſicut ego: unius ãtiſtitis Placentini clariſſimi uiri ac doctiſſimi dulciſſima cõſuetudine contentus omnibus iſtis regiæ curiæ magnatibus multiſq; miſeriis & incõmodis facile carebis. Vale.

Alfonſus Segura Chriſtoforo Camagno ſuo.S.

OCto annos intereſſe arbitror a quo tempore mea uel forte longiuaga te uti non licuit: nunc uero in tempore ne conſpectu quidem modeſto tuo frui? Quare niſi ꝙ alienũ hoc eſt fauſtæ fortunæ iudicium foueas non tuum benignum ſcilicet & humanum. Atqui ſi ita eſt nec laudo nec omnino uitupero ꝙ te mutare non debuit umbratilis fortunæ proſperæ ludus. Et tempori nonnunq̃ eſt ſeruiendum. Tribus proximis diebus octies te adii

Universidad de Deusto
Biblioteca



bone deus q̃ tui cupidiſſimus. Si uoluiſſes toties ſalutaſſem. At nõ ibi tũc aderas: ignoſco: neqꝫ
aliud poſſum mihi perſuadere de tua humanitate. Cæterũ Itu & abde te in quãuis & intimam
partem ædium tuarũ: inde te eruam: extrahã & cõplexu tenebo donec cautioné præſtiteris con
ferendi mecũ optatos illos humanos & ſuaues ſermones. Vale nã prãſus epiſtolam ſubſequar.
O fœlicem eam horam qua te uel caſu reperiero.

Chriſtoforus Camagnus ſuo Alfonſo Seguræ. S.P.D

t Am quid dicã tam inſperato nuncio de tuo aduentu exhilaratus ignoro. Te expecto
ut tuo fruar iucundiſſimo conſpectu: & ut me falſo a te calũniari intelligas tanq̃ muta
uerim cum fortuna mores. Fortuna eadem eſt que antea fuit: & ſi fœlicior eſſet nõ me
tibi amicorũ meorũ digniſſimo alterũ reddidiſſet. Vale & aut me expecta aut citiſſime ueni.

ſiculus Nicolao Vincentio elephanti in Sicilia
regio theſaurario. Salutem Plurimam Dicit.

CVm te Neapoli ſalutatũ adiiſſem regie q̃ſtor inſignis: expoſui tibi me olim & añ q̃ tu
natus eſſes tui p̃ris atqꝫ aui p̃ſtantiſſimorũ uirorũ ad modũ familiaré ac pene domeſti
cũ fuiſſe. Qui ut erãt aĩo magno liberali & generoſo: me multis officiis & magnis ho
noribus affecerunt. Pro quibus ego gratus eſſe maxime cupiens hactenus qđ potui perſoluere
conatus ſum. Viuentes enĩ uiros magnanimos & de me bñ meritos magna ueneratione colui
ſemp & mortuos aſſidue diuinis officiis & piis orõnibus pſequor. Tu uero: q paternas & aui
tas uirtutes ac laudes nõ ſolũ æquas ſed etiã excedis: q ſit animus erga te meus Neapoli cogno
ſcere facile potuiſti: ubi tibi corã declaraui me quã deditiſſimũ eſſe uirtutibus tuis: & nihil ma
gis q̃ tuos honores & fœlicitates optare. Quod ita eſſe cognoſces ſi de meo erga te animo peri
culum feceris. Vale.

Hieronvmus Plutinus Lucio Marineo Siculo..S.

HActenus nihil noui neqꝫ ad te neqꝫ de te accepimus. Cogitamus fortaſſe nimia cura
ædendi omnium oblitum. Mox uero ædito tam dulciſſimo fœtu quem diu foues me
moriam amicorum in tuis monumentis diutius extaturam: qui & ſi ĩ ſumma expe
ctatione omniũ eſt: a me tamen potiſſimum: qui diu tam pulcherrimæ fœturæ conſcius ſum.
Sed de his ſatis: mittimus nunc hos noſtros: quorum alter mihi nepos eſt: qui adoleſcentem
quendam fugitiuum reducerent. Et quamuis primo nimia ſeueritas criminis uideatur ea tñ
plena amoris & beniuolentiæ. Nã herus ſuus a deo obſequiis adoleſcentis delectat᷑: ut eo care
re non poſſit. Ideoqꝫ hæc repentina deceſſio magis eſt ad reuocandam quam ad pœnam perſe
quendã. Tu uero poteris adoleſcenté cohortari & penitus confirmare: ut nihiloĩo metuat ad
illũ accedere: qui eũ tãtopere diligit: quiqꝫ plene p̃ſtare põt qđ ĩ uotis habebit. Te igit᷑ rogamus
proſpice quantum potes ut ille libenter reuertatur: nihilqꝫ gratius hero contingere poſſe. O for
tunatum adoleſcentẽ qui inuitus trahitur ad optatã fortunã ex miſeris rebus reuocatur ad me
liora. Ex Maioreto idibus ianuarii. M.ccccc.xiiii.

Siculus Hieronymo Plutino ſuo. Salutem.

NEpos tuus cum mihi tuas litteras reddidiſſet a me ſtatim diſceſſit animo tamẽ ad me
redeundi cum puero: quem quæſitum uenerat: ſed hactenus ad me reuerſus non eſt.
Qui ſi rediiſſet ego quod me rogabas feciſſem quamlibentiſſime. Quæ de rebus no
ſtris acta ſint queqꝫ ſuperſunt agenda ad te non ſcribo: quoniam: ut ſpero: propediem te uide
bo. Vale & Marcello Lelio & Fabio uiris clariſſimis meo nomine ſalutem dices.



# LVCII MARINEI SICVLI EPISTOLARVM LIBER SEXTVS DECIMVS.

L.M. Siculus Gonſaluo Fernando Terræ nouæ ſeſſæ & ſancti
angeli duci illuſtriſſimo & magno Capitaneo fœlicitatem.

q Vi tibi magni Capitanei nomen indidit excellẽtiſſime princeps hõ
nimirũ fuit acris ingenii magniqꝫ iudicii. Es tu nãqꝫ uir circũſpectiſſi
me magnꝰ appellatus & non immerito: nec ut magnus Alexander
Macedonũ rex ampliſſimus: nõ ut magnus Põpeius in Romana re
publica potentiſſimus: nõ ut Carolus gallorũ princeps ditiſſimus nõ
ut alii cõplures: qui non tã rerũ geſtarũ ſuarũqꝫ uirtutũ quã opibus &
principatus ãplitudine magni dicti fuere: ſed alio quodãmodo aliiſ
qꝫ meritis tuis atqꝫ uirtutibus & rebus inclite geſtis Magnus diceris.
Quippe q magnitudinis nomẽ meruiſti nõ ſolũ militaribus officiis
nõ ſolũ multis magniſqꝫ uictoriis atqꝫ triũphis: ſed etiã fide liberalitate fortitudine prudẽtia hu
manitate tẽperãtia religione cõtinentia magnanimitate clementia cæteriſqꝫ plurimis maximiſ
qꝫ uirtutibus: qbus merito debes nõ mõ magnus uerũ etiã fœlix admirabilis & magnorũ oĩm
maximus appellari. Nã te maximũ qdẽ faciũt & excellẽtiſſimũ tũ aliæ tuæ uirtutes illuſtres tũ
ſanctiſſimi mores & totius uitæ tuæ ꝓbitas admirabilis & erga dei cultũ religionẽqꝫ xp̃ianã fer
uentiſſimus amor. Qui diuina ſemper hũanis anteponẽs nihil pluris unq̃ faciſq̃ aĩæ tuæ ſalutẽ
& uerã ꝑpetuãqꝫ fœlicitatẽ. Ideoqꝫ tui ſemp ſimillimus id ẽ undequaqꝫ uirtutibus ſeptus orna
tus atqꝫ ꝑfectus numq̃ diſcedis ab officio: nũq̃ ab honeſtis actionibus uacas: nũq̃ a deo optimo
maximo: quẽ times & ueneraris quẽ ſemp ante oculos habes: tuas cogitationes auertis. Quare
nõ ĩmerito te ſũmus ille rerũ omniũ opifex Deus ab hoſtibus & ab inuidis oĩbus tuet᷑ ſemp cõ
ſeruat & magnis opibus & honoribus auget. Facitqꝫ ut quo maiores ac ꝑfectiores ſunt tuæ uir
tutes: eo maius ſit nomẽ tuũ laus illuſtrior & maior gloria. Vale Maxime Dux & Hiſpaniæ de
cus maximum.

Iacobus Iaſtrenſis Alfonſo ſeguræ. S.

NAtura euenit mi ſegura ut quorũ uultu ac conſuetudine non poſſis uti: eorũ lr̃is perin
de capiaris quod mihi dudũ accidiſſe profiteor: cui cũ te adire tecũ colloqui ſubinde
cuperẽ lr̃as tandé uidere contigit: quas ad ſuauiſſimũ quintanã dediſti: cũ quo nõ uul
garis eſt mihi conſuetudo. Elucubratas illas quidé & te q miſeris & Quintana q acceperit im
pendio dignas. Quæ quantũ tui uidẽdi deſiderii tantum mihi admirationis ingeſſerũt Vale.

Alfonſus Segura Ludouico ſanctio
Queſtori & regio conſiliario. Salutẽ.

n Eſcio qua bona natura fiat hoc Ludouice erarii regis ſimul & uirtutis una eadẽqꝫ fidiſ
ſima cuſtodia: ut in quibus ineſſe uirtuté ĩpam nobis perſuademus: etiã quos minime
corã nouimus: perinde diligamus & amemus atqꝫ ſi eadẽ ſtudia eædẽ fuiſſent cũ illis
pares noſtræ uoluntates: nec conquieſcamus donec eadẽ: quæ nos uirtus allicit obiecta ſpecie
candoris faciat: ut nobis eos paremus uel amicos uel beneuolos: & ſi dignitas ferat: patronos.
Et incendimur eo magis cũ ad naturã hoĩs eximiã atqꝫ illuſtrẽ cõfirmatio quoqꝫ doctrinæ acce
ſſerit: cũ quo uel ea ſola intelligimus aliquo mõ cõgruere: quo minus tu miraberis utrãqꝫ nobi
litatẽ aſſecutus audacẽ petulantiã meã ſimullet impudentiã: ſi quã in hac re committimus: qđ
nõ cõquieueri donec ad te aditũ facilẽ ĩueneri & officiũ ſalutationis peregerim. Quod fortaſſe
& ruſtice adhuc renuiſſé: niſi tu p Siculũ hoc idẽ ĩpaſſes decedẽs e ualleolito. nã ut facerẽ: ꝑterq̃
qꝫ hũanitas tua fidutiã p̃ſtabat: q̃ uirtute ſola neqꝫ gr̃am denegar̃ neqꝫ p̃cibꝰ tu ſupplicibꝰ uẽder̃

Universidad de Deusto Biblioteca



ſoles:elegans quoq; tua eruditio me multum mouit & impulit uehemēter. Ergo ſalue queſtor
generoſe & probitatis unū ſpecimē ac ueluti ſacrariū. Iterū tertio quoq; ſalue. Ecce ego: qđ pe
to qđ rogo qđ oro genibus & manibus ſupplicibus facile tibi ē: mihi uero maximū: hoc ē ut in
ter tuos patiaris libenter me quoq; uel ī ultimo loco cōſedere. Erit eni honeſtū prima ſequētē
apud te in ſecundis terciiſq; cōſiſtere Vale.

Alfonſus ſegura Chriſtophoro Camagno
Cardinalis Hiſpaniae ſecretario Salutem.

PRoximo menſe Februario Valadolitum profectus Siculū meum ſalutandi gr͞a quan
topere cupi erim ibi te inuenire erit mihi apud te idē Siculus unus ideq; optim⁹ teſtis.
A quo poſt amplexus ſtatim & iucundā ſalutationē cū quærerem auidiſſime quid nr͞
Camānus ualet neq̄ illi cupio iam conferre ſecund os amplexus bone deus: iſualere te: ſed eo
tempore abeſſe cū p̄ſide a curia regis reſpondit. Retraxit: crede mihi: ibi tunc excitatā lætitiam
qua affectus iam iam te tenere uidebar. Et me deus tenet me ſummū deſideriū tui uidēdi. Sed
ut ſpero dabit deus cū te uiſam. Interim peto a te ſuppliciter pro noſtro mutuo amore & ſingu
lari tua humanitate Segurā tuū eſſe non aſperneris Salancon fortaſſe effectus arridēti fortuna:
quod minime ſpero: meminériſq; licet tardiorē officiorū remunerationē a me accipias qđ ſcri
bi ſpectas: qm̄ deeſt iſte nr͞ & ſplendidus cumulus bonorū: Gratitudine tamen & memoria nec
Metellus pius pilo uincet nec paſſu ante ibit Pyrrhi legatus Cyneas: & ſi quando ad te in huius
rei teſtimoniū: nec enim aliud poſſum: ul' paucu las lr͞as ſcripſero: legas eo uultu: quo intelligis
a me animo eſſe profectas. Tu modo has breuiores accipito cōtentus his: quas ſuperioribus die
bus longe prolixiores Siculo meo ad te dedi. Vale Salmanticæ nonis Martiis. M.ccccc.xii.

Alfonſus Segura Alfonſo cognomento
Iſlae præceptori optimo. Salutem.

Quo tēpore in ulteriorē noſtrā Hiſpaniā redii hoc fuit mihi uel p̄cipuū te per lr͞as face
a re certiorē de reditu ſimul & ſtatu nr͞o. Decere eni putabā gratitudinē noſtrā: lr͞as uelu
ti p̄mitias memoris & grati animi mittere tibi uel Zeuxi uel Phidiæ nr͞o: a quo primū
flacibus ignorantiæ purgatis: tuo penicillo effigiatus & formatus pene oīno: ut color iā uide
retur ſubori ri: niſi tibi hoc tantilū meū acceptū referā & debere me plurimū toto ore: qđ dicit:
cōfiteor ingratus moriar præter ingeniū meū. In hoc igitur crimen ne inciderē cū primum Sal
manticā ueni ſtatim tibi curaui longa epiſtola enarrare quibus tempeſtatib⁹ defunctus fuerim
& in quē portū ſedato iam mari nauim flante tenui ſpiritu fortunæ impulerim: quæ diu neq̄
& pertinaciter reflauerat. Rediit ad nos mercenarius mulio tuis lr͞is uacuus. Cauſam huius rei
utrius negligentiæ tribuam Mulionis ſcilicet q: ut ſolent alia aliis cōmentari: mihi quoq; eam
tradidiſſe tibi mentitus hō uilis & abiectus: an tuæ: qui dum cupis toto cultus diuini ſacrificio
intereſſe fortaſſe eo tempore mulio neq̄ præteriit: cū potuiſſes antea ſcribere & pare redeunti.
Gratiſſimā rē mihi feceris ſi reſcribas calamo longiori: ut duobus ep͞lis meis unis tuis lr͞is offi
cio æque ſatiſfacias. Vale. Salmanticæ pridie nonas Decembris. M.ccccc.xii.

Lucius Marineus Siculus Montoiæ ſuo. S.

Olim te mirari Montoia doctiſſime ſi te: ut aiunt: inſalutato Methymnam cū Ferdi
n nādando rege profectus ſum. Si quidē te prius adire mihi non licuit per comites abeū
tes: quibus obſequii nos oportuit. Et eo præterea animo diſceſſi: ut cū hic hoſpitium
mihi pararē iſthuc ſtatim redirem. Qua in re non mea me fefellit opinio ſed temporis incom
moditas. Magnæ quippe niues & hyems aſperrima nos ab incepto iam itinere ſæpe prohibuit
reuertiq; coegit. Poſt autē lōgas & horribiles tempeſtates ubi dies effulſit ac diſceſſit hyems &
imber abiit cum me rurſus itineri accinxiſſem magnus me inteſtinorum dolor & fluxus uen



tris arripuit: adeo ut uix hodie poſſim pedibus conſiſtere. Hic igitur commorabor quo ad me re
ficiam. Rogo te igitur & obſecro ut abſentiam meam & ſilentium æquo animo feras. Nam: ut
ſpero mediciq; promittunt: propediem te uidebo: & qua conditione puer: quem tibi inſtituē
dum magna fiducia traddidi: manſurus ſit in tuorum diſcipulorū contubernio tecū cōueniā.
QVantũ ualeat uirtus quãtaqꝫ ſit uis ꝓbitatis uiri p̃ſtãtiſſimi cũ ex aliis mltis rebus tũ uero ex hac una facilius ĩtelligo: ꝙ iraſcebar Antonio Mudarræ prius qm̃ me ſuis negociis p̃fecerat ꝓcuratoreqꝫ cõſtituerat: cui nũc nõ ignoſco ſolũ ſed imortales habeo gr̃as: ꝓptereaꝙ eius negocia mihi ĩcũdæ cũ utroqꝫ ur̃m amicitiæ facilẽ occaſionẽ p̃buerũt: uehementer enĩ utriuſqꝫ ur̃m moribus cõſuetudineqꝫ delector: ob admirabilẽ ĩter uos cõcordiã mutuãqꝫ beniuolẽtiã q̃ſi Caſtoris & Pollucis: & officii p̃ſtãtiã ac liberalitatẽ. Quod ſi uobis ita mea familliaritas grata ẽ ut mihi ur̃a iucũda: quãtũ in me fuerit operã dabo ut hoc hoſpitiũ nr̃m cuius mõ fundamẽta iecimus: deinceps indies altius conſurgat & marmoreis ſuffultũ colũnis & poſtibus ſolidius firmet̃: atqꝫ ſpecularibus feneſtris excultũ nõ ſine cernẽtiũ uoluptate nr̃aqꝫ comẽdatione cõſpiciat̃. Valete pacis & uirtutis exẽplaria.

Franciſcus Valdeõ & Bartholomeus ſotus. L. M. S. Salutẽ.

SI tu uir ſapiẽs A. Mudarræ gr̃as agis tibi ꝙ eius negocia ad amicitiã nr̃am aditũ fecerũt nos qdẽ illi nõ ſolũ agimus gr̃as ſed etiã ſi facultas nõ defuerit q̃ liberaliſſime referemus. Quippe q uir magnus & prudẽs de nobis bñ mereri cupiẽs cõſulto ſuã tibi cauſam cõmẽdauit: ut nos inſinuaret ĩ amicitiã tuã. Quã quidẽ pluris facimus q̃ Creſi Midæqꝫ diuicias. Quid enĩ nobis ornamẽto maiori eſſe poteſt q̃ Lucii Marinei Siculi familiaritas? quam nõ niſi pauci magniqꝫ uiri conſequi poſſunt. Nam ſi tu nos amare cœpiſti ꝙ in nobis aliquod ſimulachrũ uirtutis inſpexeris: quanto nos uehementius te amare colereqꝫ debemus cũ ſis ip̃a ꝓbitas & omnium uirtutũ theſaurus & uenerabile ſacrariũ ac diſciplinarũ domus & fons uberrimus? dabimus igit̃ operã poſt hac diligẽter ut mutuæ inter nos charitatis hoſpitium: qđ ædificare te duce cœpimus: & ſi non noſtris tuis tamen diuiciis: quibus abundas: amplitudine terrã complectatur uniuerſam & altitudine cœlum cõtingat. Cuius cum tu feneſtras & partes exteriores marmoreis poſtibus & uitreis ſpeculis illuſtraueris: nos etiam interiores margaritis pyropis iacynthis ametiſtis adamãtibus ſmaragdis & aliis unionibus & gẽmis atqꝫ laquearibus aureis adornabimus. Quod ædificium ſanctum maximeqꝫ uenerabile & memoratu dignum Frãciſci Valdeonis & Bartholomei ſoti cum Lucio Marineo Siculo fœlicis amicitiæ templum uocabitur: ut non ſine magna ſpectantium admiratione noſtraqꝫ laude cernatur. Vale. Mineruæ & bonarum artium cultor.

Lucius Marineus Siculus Inigo Mendocio Tẽdiliano comiti uiro ſapientiſſimo fœlicitatem.

e T ſi mihi tecũ nulla fuit hactenus cõſuetudo nullaque familiaritas interceſſit illuſtriſſime comes: me tamen eximiæ tuæ uirtutis & excellentis ingenii atqꝫ doctrinæ fama clariſſima iam pridem tuæ laudis admodũ ſtudioſum fecit & honoris percupidũ. Quod ſi te adeundi mihi facultas nõ defuiſſet multo añ tibi corã declaraſſem. Nũc aũt cũ te mihi adeſſe uideã me cõtinere nequaq̃ poſſum qui te uiſam iã diu optatũ: tibiqꝫ meos labores & muſas ip̃as offerã ac me totũ dedã. Sũ enĩ uirorũ illuſtriũ cultor: & uenerator & tui tanto ſtudioſior & obſeruãtior: quãto tu uir excellẽs oẽs hiſpaniæ uiros primarios eruditiõe p̃ſtas &: ut oẽs p̃dicãt: humanitate. Qua fretus ego te adire nõ uerebor. Sed qm̃ tibi nunq̃ uiſus &: ut opinor: prorſus ignotꝰ hoc epiſtoliũ p̃miſi: ut cũ te ſalutatũ uenero q ſim nõ ignores. Vale litteratorũ maximũ decus: & Siculũ inclytæ tuæ gloriæ ſtudioſiſſimũ ĩter tuorũ minimos ãnumeres. Iterũ bñ uale.

Univerſidad de Deusto
Biblioteca



L.M.S. Vgoni Vrrio dño Haieruæ & regio ſecretario diſcip̄lo ſuo. S.D.

NVntius de fœliciſſimo fauſtiſſimoq; tuo coniugio mirifice me delectauit uir nobiliſſime. Quoniã quideo tibi: qđ ſemp optaui: fœliciter & ex meo uoto cõtigiſſe: nõ eni probo ſententiã Iuuenalis. Nam cum duæ ſint uiuendi rationes lege ſanctiſſime conſtitutæ altera cœlibatus & caſtitatis: altera matrimonii & maris ac fœminæ ſocietatis: harum alterã ſequi neceſſe eſt. Nã qui utramq; negligit nec apud homines laudabilẽ uitã agit: nec dei præcepto ſatiſfacit. Siquidẽ matrimoniũ deus conſtituit: ſed non ut in ægipto Vulcanus: nõ ut Athenis Cecrops: non ut Romæ Quirinus: ſed ut deus optimus maximus in horto illo deliciarum amœniſſimo: ubi primis parẽtibus p̃cepit ut creſcerent & multiplicarent terrãq; replerent. Vides igitur uir prudentiſſime q̃ magna res eſt matrimonii ſacramẽtũ a deo ſancitũ: & quãta uel animi ſinceritate uel innocentia tueri ſeruariq; debeat. Nam ſicut in hominũ ſocietate nihil eſt adulterio fœdius nihil pernicioſius nihil periculoſius: ita matrimonii ſãctitate uenerãda nihil honeſtius nihil utilius nihil ſanctius nihil tucius: unde nõ ſolũ uoluptates ſed magnæ ſemper utilitates honores & emolumenta maiora bonaq; p̃ueniunt. Præterea nullus eſt amor dulcior nullus perfectior nullus diuturnior: q̃ ille qui uirũ & uxorẽ colligauit uinculo iucũdiſſimæ charitatis: nulla uerior fides nulla tutior amicitia: q̃ ea quæ mutua duorũ uł animorũ uel corporũ beniuolentia coniuges deuinctos tenet & aſtrictos. Nõ igitur immerito tibi gratulor & mihi maxime gaudeo uir inſignis: propterea quod ea tibi contigit uxor: cui nihil deeſt ad ueram coniugii fœlicitatem. Duxiſti enim uxorẽ, dominam Greidã Martini Lanutii uiri clariſſimi filiã uirginem probitate cõſpicuam forma præſtantem genere nobilem & doteq; plenam. Faciat igitur deus omnipotẽs ut per omnẽ uitã ſit hoc uobis cõiugiũ fauſtũ iucũdũ & p̄lis fœcũditate fœliciſſimũ. Vale.

Siculus Ioanni Garſiæ regio ſcribæ fœlicitatem.

DVxit me nudius tertius paſchalis tuus patruus maior ad dominam Greidã olim Martini Lanuntii coniugem: ut in eius domo puellam uiſerem: quam tibi: ſi deo placuerit: nupturam eſſe dicebat. Ideoq; libenter ad eam me contuli & puellam diligẽter inſpexi. In qua præter alia multa magnaq; præclaræ indolis & probitatis indicia tria mihi præcipue magnæ uirtutis argumenta uiſa fuere: iucundus ſcilicet aſpectus ſermo rarus & prudẽs & modeſtia ſingularis. Cuius optimi parentes in magna ſemper fama uirtutis laudeq; uixerunt. Eſt enim Ioannis Petri Oliuani & Annæ hycis Cæſarauguſtæ ciuium filia & Michaelis Petri Oliuani iuuenis litteris & moribus ornatiſſimi ſoror. Cuius nomen a tuo nomine eſt deductum: quippe quæ Ioãna dicitur. Erit igitur tibi: ſi a deo datũ eſt: uxor gentilis & cognominis. Cuius ego nunc ſimilitudinem & imaginẽ tibi mitto deliniatam: primoq; tabellario Penicillo mittã & coloribus expreſſam. Vale. Ex Cæſarauſta calendas Auguſti.

Gonſalus Aiora Siculo ſuo. S.D.

ACcepi regẽ Ferdinãdũ hiſtoriæ de rebus eius geſtis te p̃feciſſe. Sapiẽter q̃dẽ fecit rex prudẽtiſſimus q ſua & Hiſabellæ reginæ p̃clara facinora tuo ſtilo mãdauit. Ego uero nõ poſſũ & tibi nõ gratulari mihiq; gaudere. Nã ſi hactenus te: ut ſcis: magna fiducia cõſului: poſthac te q̃ſi collega multo familiarius utar & cõtubernio tuo. Vale uir doctiſſime.

Siculus Gonſalo Aioræ hiſtorico regio. S.D.

QVam de me fiduciã habes & opinionẽ uir eloquẽtiſſime: ea p̃fecto te nũq̃ fallet. Ego aũt q̃ rex Ferdinãdus me tibi ĩ hoc ſcribẽdi munere collegã & ſociũ adiũxit nõ minus q̃ tu gratulor lætorq;. Habebo eni quo cũ libere cõferã: & quẽ de rebus geſtis: q̃bus ĩ nõ iterfui: & tibi notæ ſũt: cõſulã. Supeſt igit̃ ut poſthac nihil alter agat ſine alterius cõſilio. Vale.



Lucius Marineus Siculus Alfonſo Henrrico Almirantis Caſtellæ filio Oſimano præſuli illuſtriſſimo uiro & magnanimo. S

QVod me inter nobiles tuos familiares ac domeſticos habeas in tuãq; beniuolentiã receperis excellentiſſime præſul non equidem poſſum non mihi uehementer gaudere uideriq; fortunatiſſimus. Quid enim mihi poterat euenire fœlicius quid optatius cõtingere q̃ diligi abs te tanto uiro tam magnanimo & generoſo Regioq; ſanguine progenito? Cũ tu præſertim me non ames modo ſed inſigni quoq; tua liberalitate iuues ac beneficiis & honoribus aſſidue proſequaris: idq; non rogatus: ut plæriq; ſolent: ſed tua ſponte facis. Nã ſi qđ a me meritum præceſſiſſet tu mihi non conferre quidem beneficiũ ſed gratiam referre uideri poſſes. præterea ſi uirtus eſt quæ homini conciliat hominem morumq; ſimilitudo coniungit: cum ego ſim tibi chariſſimus quis non me fœliciſſimũ iudicabit? Cæterum ego cũ tuã erga me beniuolentiã & humanitatem mecũ conſydero præſul excellens dies ac noctes cogito quidnã tibi pro tua ſingulari uirtute quid animo tuo generoſiſſimo dignum præſtare poſſem: quo tu meã in te obſeruantiã & animi gratitudinẽ aut ſaltem gratitudinis aliquod ſimulachrum poſſes agnoſcere: nihil in mea tenuitate reperio quod tuis laudibus & erga me beneficiis conueniat. Supereſt igitur ut q̃m̃ excellenti tuo nomini magnæq; uirtuti referre dignũ nihil poſſum te ſuſpiciã ſemper te admirer te colã te uenerer te die noctuq; oculis animoq; perſpiciã: meditatione contempler & ore calamoq; ſollẽniter prædicẽ. Et q̃m̃ tu mihi benefacere nunq̃ ceſſas ego de te benedicere & prædicare non deſinã. Vale circunſpectiſſime præſul: cuius uitã deus diutiſſime conſeruet.

Alfonſus Henrricus Oſimanus ep̃s Siculo ſuo. S.

MAgna tua uirtus & ſingularis doctrina Sicule faciũt ut te ament oẽs & merito uenerentur. Aequum eſt eni ut qui tuo litterario munere omnes excolis illuſtras & ĩmortalitate donas ameris colaris & uenereris ab omnibus. Ego uero te multis de cauſis ſemp habebo chariſſimũ: perſpecta præſertim in tuis litteris animi tui gratitudine. Quapropter ea te de nobis pro tuis meritis ſperare uolumus: q̃ tibi noſtra facultas præſtare poterit. Vale & nos ut facis amore mutuo proſequere.

S. Vgoni urrio dño Hayeruæ & regio ſecretario. S.

ANtonius campolus qui tibi meas lr̃as detulit eſt Siculus hõ doctus magnæ probitatis: & ĩ eos qui lr̃is & uirtutibus pollent officioſiſſimus. Qui cũ mihi magnũ eſt amicitiæ uinculũ: quod me patrẽ uocat amat colit & obſeruat. Qui ſi tibi cognitus eſſet mea apud te cõmendatione non egeret: eũ nãq; tibi per ſe cõmendatũ eſſe confiderẽ. Quare ſi tibi notus eſt a te peto ut ad eã benignitatẽ: ſi quã in eũ ante meas lr̃as cõtuliſti: non paruus mea cauſa cumulus accedat. Sin tibi cognitus non eſt & aliquid erit quo meæ cõmendationis indigeat: eũ tibi ea diligentia cõmendo qua uti ſolent qui non ambicioſe ſed propter uirtutẽ & officiũ cõmendant. Vale.

Siculus dño Torrellæ Aſtronomo excellenti medicoq; Regio præſtantiſſimo Salutem.

COnſiliũ tuũ ut in ægrotante Rege noſtro non fieret flobotomia nõ ſolum probo ſed etiã maxime laudo. Hauſtus eni ſanguis e corpore ſexagenario: quod iã frigeſcere coepit: uitã minuit & ſalutẽ non affert. Nã quod in eo uenarum motus crebrior eſſet & feruentior nõ ex habundantia ſanguinis ſed aliqua potius inconquocti cibi ſtomachi laborantis fatigatione prouenire ſolet. Quare non miror ſi pulſus ægrotantiũ medicos plærumq; decipiat. Nã cũ duo præcipua ſint ex quibus oẽs fere medici nr̃i tẽporis aduerſæ ualitudinis cauſam & uim coniectant urina ſcilicet & uenarũ motus: Vrina nõ niſi iecoris renũ & ueſicæ medicis ægrotantis argumentũ præbet. Et tñ aliis in locis aliis mẽbris ægrotatio & uis morbi recõdita

Universidad de Deusto Biblioteca



poteſt latere. Præterea multa poſſunt accidere: quibus urina deprauata facile medicorū iudicium fallat. Motus quoq; uenarū difficile ſentiri poteſt uel ab his: qui eā percipiūt conuenientiā: quā muſici harmoniā uocāt. Oportet igit̄ medicos non ſolū in matula lotiū inſpicere: ſed alia multa ſcire muſicā ſcilicet & mathematicā diſciplinā & quicquid ad numerū ad menſurā pertinet: & aſtrorū curſum motū influxū qualitatē & operationē. Quæ ſi medicus ignorauerit neq; iudicare bene poterit neq; mederi. Tu itaq; qui nihil ignoras quod ad medicū ſpectat ſapiēter Regi nr̄o Ferdinando conſuluiſti. Qui ſi cautius fuiſſet in hūanis hodie: ut opinor: fortaſſe nō eſſet. Vale.

Siculus Doctori Alfaro medico regio. S.

NOn expectes a me pecuniā: nā ego tibi debeo nō pecuniā quā tu mihi non dediſti. Debet eni pecuniā qui acceperit pecuniā uel ſi quid emerit. Si quis igit̄ pecuniā dedit pecuniā expectet. Si quis amat eidē debet̄ amor: & q̄ mortē dat mortē accipit. Et nos terræ terrā debemus: hoc eſt corpora noſtra. quæ ab ea ſumpſimus: & Deo animā: quā ille nobis dedit. Sic & alia per multa in huiuſmodi quaſi reciprocationē cadunt: q̄ cauſa breuitatis omitto. Quare cū tu mihi nō pecuniā ſed uitā dederis: a me tibi nō pecunia ſed uita debet̄. Hanc cū uoles accipito. Vale.

Siculus Ioanni Cabrero Ferdinandi regis cubiculario. S.

POſtea q̄ hiſtoriā regis Ioannis abſolui uir prudētiſſime quid facto opus eſſet tibi ſæpe ſignificaui. Quod niſi tuo ductu fiat ego fruſtra laboraui. Opus enim qd̄ euigilaui aut erit occultū ſemper aut ſi quando uenerit in lucē obſitū ſqualore tineiſq; corroſum nec agnoſcet̄ nec placebit. Tuū eſt igit̄ uir prudēs cui regia dignitas cara eſt huic rei mature cōſulere: ut priuſq̄ me naturæ neceſſitas uocet opus in lucē prodeat. Quod ſi feceris nō regi Ferdinando ſolū rē gratā facies: ſed etiā tuæ multorūq; nobiliū memoriæ cōſules. Vale

Siculus Infanti Ferdinando Philippi Regis filio. S.

ET ſi uidebā magne princeps q̄ inepte facerē qui tibi rē per exiguā mitterē: ut tū meā erga te animi promptitudinē & obſeruātiā cognoſceres hoc tibi munuſculū deſtinaui. Propterea quod nihil erat in mea tenuitate maius. Tu igit̄ ut es princeps excellens & animo magno ac liberali ſplendidus atq; benignus nō rē: q̄ minima ē: ſed Siculi tui uoluntatē penſitare debebis. Vale.

S. Petro Nonio Gothomano Calatrauæ clauigero. S.

VEnit ad me Petrus Alfonſus gothomanus fratris tui filius adoleſcēs nō eruditiōe minus & ingenii præſtantia q̄ generis nobilitate clarus. Cuius modeſtia ſingularis & p̄matura doctrina mirifice me delectauit. Qui cū me ſalutaſſet & cuius eſſet filius dixiſſet magis tua cauſa & patris eius lætatus ſum: eiq; meā omnē operā & officiū ſum pollicitus. Ille uero ſub nr̄a doctrina ſe militare uelle mihi ſubſignificauit. Eos eni dicebat in Hiſpania doctos ac fœlices eſſe: q̄bus audire Siculū cōtigiſſet. Itaq; meus ē diſcipulus & q̄familiariſſimus. Quē uirū maximum fore proſpicio. Vale.

Siculus Michaeli Petro Oliuano. S.

HIc nōnulli Cæſarauguſtanū antiſtitē ueniſſe dicūt: alii nō ueniſſe ſed p̄pediē uēturū. Quod ſi ſic ē te maiorē immodū rogo me uel nūcio uel lr̄is certiorē facias: & ſi Gaſpar nr̄ Barrachinus cū eo uenerit. Scis eni quan tū mihi expediat antiſtitē ſalutatū ire: & quid cū utroq; ſim facturus non ignoras. Vale. & Aymarem Andream cæteroſq; domeſticos meo noīe plurimū ſalutabis.



Lucius Marineus Siculus Federico Patellæ comiti Camaratæ & Siciliæ portuū præfecto ſuoq; diſcipulo. S.

ET ſi cū tu fueris hoc iter ingreſſus magnanime comes & illuſtris me ualde de tua ſalute ſollicitū fore proſpicio: propterea qd̄ te nō ſine magnis laboribus atq; periculis Europen fere totam peragraturū uideo: neq; poſſum nō maxime timere hoc p̄ſertim tempore hyemis tempeſtates niuoſos montes aſperos ſaltus & cōfluentes ac terribiles magnorum multorūq; fluuiorū tranſitus: tibi tū animi tui excelſi propoſitū: qd̄ honoris cauſa & magnitudine generoſi ſp̄us inſtituiſti: diſſuadere nō audeo nec uolo nec debeo. Erit eni tibi periucūdū magnificū & glorioſum cū principes nr̄os & totius Hiſpaniæ uiros primarios uideris: x̄pianiſſimū Gallorū regē uidere & eius curiæ magnates agnoſcere. Et deinde Carolū excellentiſſimū principē noſtrū & Maximilianū ſacrū imperatorē ſalutare. Hinc per Illyricos & oēs Italiæ principatus & populos illuſtres Romā peruenies. Vbi cū Iuliū ſecūdū pōtificē maximū in magna purpuratorū Cardinaliū corona rē diuinā ſanctiſſime celebrantē audieris eius pedes oſculatus in Siciliā lætiſſimus remeabis & fœliciſſimus. Hic oīa q̄ uideris memoratu digna quæq; longis itineribus paſſus fueris p̄teriti laboris oblitus amicis & familiaribus q̄iucūdiſſime referes. Vale igit̄ comes excellens & cū primū patriæ littus attigeris ad me ſcribas: ut cū te ſoſpitē in Siciliā perueniſſe tuis lr̄is intellexero curā & ſollicitudinē: q̄ me iā diu fatigauerit: tandē lætus deponā: & fœlix nuncius & peroptatus a nimphis Germanæ reginæ: q̄ nūc tuo diſceſſu mœrent munera petā. Iterū bene Vale & fœliciter ac ut aiūt bonis auibus iter ingredere.

Siculus Ludouico Hērriquo & Ferdinando Deniæ marchionis filiis. S.

MArchionis uirtus & erga me beniuolentia ſingularis adoleſcentes illuſtres me cogit ut uos horter moneāq; ut qua coepiſtis ire uia diligēter in lr̄arū ſtudiis incūbatis. Ex quibus maiorē dignitatē & uberiorē fructū ac ſuauiorē conſequemini: quā ex titulis Marchionatus & comitatus paternoq; patrimonio. Date igit̄ operā lr̄is: in quibus oīs uirtus cōtinetur: qua nihil eſt p̄ſtantius nihil amabilius nihil fœlicius in rebus hūanis Valete & Quintanillæ p̄ceptori ur̄o meo noīe ſalutē dicite.

Siculus Rodorico aluoro Metellinati iurecōſulto. S.

SAlue Metellina proles. Quid agit nr̄ antiſtes concionat̄ ne diſertiſſime ut ſolet? An diuinis ſemper miſteriis incūbit hō cōtēplationi deditus hūana cūcta deſpiciēs & īmortalitati cōſecratus? Mirat̄ ne & accuſat ſilētiū meū qd̄ ad eū nō ſcripſerim? Quod ſi facit eſto q̄ſo mihi patronus ne me cōdēnet: ne me ſua gr̄a priuet. O dies iucūdos O dies lætos & fœliciſſimos: q̄bus apud illū fuimus. Sed tu qd̄ te p̄lē Metellinā uocaui noli mirari. Legimus eni Quintū Metellū cū exercitu in Hiſpaniā ueniſſe: ubi magnū bellū geſſit: & Trebiā Cētobricāq; magnas urbes expugnauit. A quo meo iudicio Metellinū tuū geniale ſolū cōditū fuit aut Romanorū colonia. Vale.

Siculus Antonio Iuanidæ. S.

POſt diſceſſum tuū nec lr̄as tuas accepi nec de te quicq̄. Quod te rogaui cū hic aderas puto te nō oblitū: idē nūc rogo ut honori meo cōſulas & me ſucceſſori tuo q̄ diligētiſſime comēdes. Vale.

Siculus Franciſco Mendotio uiro nobili & ſacerdoti regio. S.

OBſeruabā te prius & uenerabar uir clariſſime: ſed quod præterita nocte feciſti me quidem in amorem tui & cultum uehementius incitauit atq; inflammauit. Fuit enim facinus magnanimum & generoſum: in quo tuam humanitatem prudentiam iuſticiā fortitudinē & temperantiā ſimul & breui tēporis momento cognoui. Vale. nr̄i collegii decus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ioannes Galbes Siculo ſuo.S.

NOn poſſum non admirari mi Sicule uir doctiſſime quod cũ te oẽs regiæ curiæ ac po/
tius Hiſpaniæ totius uiri nobiles unice diligãt & uenerentur:tu ita tibi uiuis ita oĩum
uitas occurſus & cõſuetudinẽ fugis:ut nõ mõ multitudinis & hominũ uulgariũ collo
quiũ ſed etiã nobiliũ atq; doctorũ:ſi qui ſunt:congreſſum & gratiã ſpernere uideatis.Quæ qui
dẽ res ut nõ decet eruditionẽ & humanitatẽ tuã:ſic mihi tui amantiſſimo maxime diſplicet.
Vellẽ eni pro tuis cõmodis & honoribus ut ex iſto tuo doctrinæ & ſapientiæ fonte clariſſimo
atq; uberrimo ſitientes potũ ſalutis haurirent. Vellẽ pterea te rebus meis uti q̃ familiariſſime.
Quod ſi faceres ego me tibi plus debere q̃ debeo cõfiterer ut ſi eſſem magnis tuis beneficiis af/
fectus.Sed hoc hactenus.Sunt mihi filii duo quos lr̃is informari cupio.Quare te ꝑ noſtra ami/
citia rogo ut nobis eũ præceptorẽ quæras:quẽ poſſimus dicere Siculi fuiſſe diſcipulũ. Vale &
Hiſabellã Valſecã diſcipulã tuã:q̃ te ut patrẽ colit:aliquando uiſas.

Siculus Ioanni Galbio iure conſulto & regio cõſiliario.S.

ARguis me uir humaniſſime quod hominũ conſuetudinẽ fugiã.Id quod amanter facis
magnas tibi gratias habeo.Ego uero nõ hoc facio negligentia nõ ingratitudine ſed æta
te:quã nõ decet atria frequentare nobiliũ uirorũ ſed dei optimi maximi uenerabile tẽplũ & ſa
cris intereſſe.Quod aũt me rogas ut filiis tuis magiſtrũ quærã faciã diligẽter:& Hiſabellã ual
ſecã præſtãtiſſimã tuã coniugẽ uiſam libenter & lectionibus excolã.Quæ quidẽ una mulier in
ter oẽs Hiſpaniæ nobiles fœminas cum ſit uirtutibus & lr̃arũ ſtudiis atq; laboribus dedita ma
gnã certe laudẽ promeruit & me eius excellentis ingenii continuũ prœconẽ. Vale.

Lucius Marineus Siculus Gilberto Piſauro Siculo Panormitano.S.

PEtrus Ludouicus cui cognomẽ ẽ Sanctalucia cũ ad regiã curiã ĩ Hiſpaniã ueniſſet me
quæſiuit & per humane ſalutauit.Quo cũ mihi longus fuit ſermo. Siquidẽ multa de
rebus & Hiſpanis & Siculis uiciſſim cõtulimus.Ille demũ de Gilberto meo olim colle
ga interrogatus a me rñdit te bene ualere fœliciter uiuere & cu eo de me ſæpius amanter & ho
norifice locutũ fuiſſe.Qui cũ hæc dixiſſet quanta lætitia me extulit ab eodẽ ſcire poteris. Ego
uero quod tu Lucii marinei:quẽ prope triginta annos non uideris:memoriã tenes & amicitiã
cõſeruas:tibi nõ ſolũ gratiã habeo ſed etiã refero.Qui tibi ſemp in officio & amore rñdeo. De
tua nãq; ſingulari uirtute magnaq; doctrina libenter loquor & honorifice.Te ĩ aĩo ſemper ha
beo & ĩ pectore gero fixũ & recõditũ:& oculis fero.Sed de hoc alias. Recitauit idẽ Ludouicus
mihi quædã epigrãmata memoriter abs te edita:q̃ me maxime delectarũt. Erãt eni ingenioſa
arguta multoq; ſale condita & Ibleo melle dulciora Siculoq; thymo redolentia. Cæterũ mira/
tus ſum quod cũ fueris magnus orator & Ciceronianus:ſic repente poeta prodieris & Marcia/
lis æmulus.Nimirũ fons Hippocrenes in Panormitani Garraffi ſuauiſſimũ liquorẽ defluxit.
Vale.

Lucius Marineus Siculus Martino Cantelio Siculo.S.

CAlindus meus familiaris me per lr̃as tuo nomine ſæpe ſalutat:ac te diligenter officio
ſe benigne & per humane ab eo de me quærere ſolitũ ſcribit:meaq; cõditione qđ ſim
noſtris catholicis maximiſq; principibus charus maxime gaudere mihiq; gratulari. In
cuius lr̃is & ſi multa magni ponderis negocia continentur & aliorũ commendationes:nihil tñ
inuenio tua ſalutatione iucundius nihil gratius nihil optatius. Quæ quidem mihi tuã refert
humanitatẽ & perſpicue uim declarat amoris erga me tui. Ego itaq; qđ te iam pridẽ noui op/
timũ uirũ & mei amantiſſimum libenter amplector amorem tuum:& te magnifacio meritoq;
laudo colo ueneror & ut debeo redamo Vale et me tibi in amore reſpõdẽtẽ amare nõ deſinas.



L.M.S.Lupo Conchilio ſecretario regio.S.

SCio te minime latere uir chariſſime quanta ego ſim familiaritate coniunctus duobus
uiris:quorũ alter tibi frater ẽ patruelis & Amitinus alter. Qui ꝙ me mirifice diligunt
me quoq; frequenter utunť. Tu uero & ſi me:q̃ tua ẽ benigna natura nõ minus amas
q̃ illi:ꝙ tñ me minus uteris moleſte fero. Rogo te igiť & obſecro ut q̃uis multi ſint familiares ti
bi doctiſſimi uiri me uel in poſtremis habeas. Vale.

Lucius Marineus Siculus Iacobo Riberio
Epiſcopo Segouienſi & regio cõſiliario.S.

TAbellarius q cũ lr̃is meis ad te uenit p̃ſul illuſtris excipiendus eſt honorifice magnoq;
munere digniſſimus. Affert eni tibi nũciũ magnũ iucũdũ & peroptatũ: Affert inq̃ qđ
de Antonio mudarra tuo familiariſſimo iã diu ſcire deſideras:& q̃ tua eſt in eũ ac poti
us in oẽs hũanitas:anxius expectas atq; ſollicitꝰ. Lætare igiť p̃ſul inſignis. Venit eni tuus Anto
nius optatus ſoſpes & fœliciſſimus:nouaſq; laudes reportans magnos honores & lætiſſimũ tri
umphũ.Quandoquidẽ per duros Cantabriae populos:quos nõ fortiſſimus Hercules:q monſ
tra perdomuit:nõ Scipio:qui Numãtinos ſuſtulit & eorũ ciuitatẽ funditus euertit:nõ Hãnibal
qui Saguntũ expugnauit:nõ Gothorũ ferox & ĩ munerabilis exercitus:qui totũ fere orbẽ oc
cupauit:adire potuit:unius Antonii Mudarræ prudentia mirabilis & animi fortitudo ſingula
ris cõpeſcuit domuit allexit & ad ſua uota perduxit:& qđ admirabilius ẽ:animos omniũ q̃uis
implacabiles & inter ſe diſcordes ſapientiſſimo ſuo cõſilio mites effecit & unanimes:ſibiq; cõci
liauit & cõiunctiſſimos reddidit. Tanta uſus diligentia : ut qđ alii nõ effeciſſent multis annis:
paucis diebus totius prouinciæ populos pace cõpoſuit:& ſeditiões ſimultates diſcordias cædes
& mala oĩa repreſſit atq; diremit. Nimirũ pulcherrimũ facinus & nullo æuo delendũ ſũmaq;
laude dignũ & gratia regis & officio penſandũ. Potes igiť ac debes Antonio tuo Mudarræ nõ
ĩmerito gratulari & tibi gaudere præſul illuſtris. Vale.

Lucius Marineus Siculus Gometio a Toleto Oropeſani
Comitis filio & epiſcopo Placentino fœlicitatem.

VEreor generoſiſſime præſul ne me uel ingratitudinis uel tuorum erga me meritorum obli
uionis accuſes:ꝙ poſteaq̃ a te diſceſſi nullas a me lr̃as acceperis. Ideoq; me tibi de p̃terito
ſilentio purgare per neceſſariũ duxi. A te diſcedens cũ ad Ferdinãdũ regẽ ueniſſem:ille me cõti
nuo Cæſarauguſtã miſit:ubi ꝑpe duos ãnos ſum commoratus nec ꝓſpera ualitudine uſus. In/
de ꝓximis diebus ad curiã reuerſus de te tuaq; ualitudine ſtati ab Aluaro Luna familiariſſimo
tuo q̃ſiui diligenter. Qui cũ mihi nũciaſſet te quartanæ morbo eſſe liberatũ maximas deo gr̃as
egi uotaq; ꝑſolui:q meas tãdẽ p̃ces audiuit & uotis annuit. Nihil ẽ eni mihi p̃ſul illuſtris chari/
us tua uita nihil tua cõſuetudine iucũdius. Vtinã mihi liceret ut hoc laborãtis aĩæ reſiduũ: qđ
breue ẽ:tecũ ul ĩ Paſſarõe tuo conſumerẽ. Nã & ſi multi ſunt uiri nobiles Quibus familiariter
utor:nemo tñ ẽ q muſas amet :nemo ẽ cuius mores & ingeniũ mecũ cõueniãt. Sũt eni fere oẽs
deliciis magis q̃ lr̃arũ ſtudiis & rebus imortalibus deditii. Quibus ego & ſi obſequor interdũ tñ
inuidiã nõ paruã facio:cũ de tuæ uitæ moribus ĩtegerrimis & eruditiõe refero. Vale p̃ſul ĩſignis
& ſiculũ tui nõis amãtiſſimũ eſſe certo ſcias.

S. Frãciſco Bouadillæ Moiani marchionis filio & ep̃o Salmãticẽſi fœlicitatẽ.

QVod accepi te Salmãticæ declaratũ ep̃m uehemẽter & tibi & ciuitati ſũ gratulatus. Video
eni fœliciť utriſq; ẽẽ cõſultũ. Nã & tu uiues ĩ illa patria ĩ q̃ primas lr̃as didiciſti uiues ĩ ocio
lr̃ario:cũ maxima tua dignitate. Et Salmãtica eũ ẽ adepta põtificẽ:q ſit uitæ ĩtegerrimus ĩ nocẽ
tiſſimus:atq; doctiſſimus. Sup ẽ igiť:ut qñ nactus inclytã iſtã dignitatẽ & ociũ liberale:eas uir/
tutes colas & exerceas:q̃ a natura tibi largitæ ſũt. Nihil ẽ eni qđ ul ingenio uel eruditiõe uel elo
quentia nõ poſſis. Vale.

Universidad de Deusto Biblioteca



L.M.S.Ioanni Royſio calcenæ dño Rigueſii & ſecretario regio fœlicitatẽ.

a

D me nonnulli ex Sicilia ſcripſerũt uir clariſſime Ioannã leonorã Regueſienſem dominã tibi deſponſatã fuiſſe. Cuius rei cauſa & ſi tibi ꝓpter affinitatẽ iſtã cõiugiũq; fœliciſſimũ uehemẽtiſſime gratulor: ſub iraſcor tñ ꝗ ĩpe tãtũ gaudiũ & tãdiu ſpectatũ me celeueris. Nã ꝑ imortalẽ deũ quis ẽ honoris tui Siculo ſtudioſior? quis magis tuas fœlicitates exoptat q̃ Siculus? ſed ignoſco tuæ taciturnitati: nõ eni ſecretarius eſſes ſi ante tẽpus tua ſecreta ꝓpalares: cũ ꝓ̃ſertim Ferdinãdi regis mores ueſtigiaq; ſecteris: q quidẽ quicquid aĩo cõcipit quicquid molit̃ quicqd agit nemo ſcire poteſt anteq̃ fiat. Maxima nimirũ principis uirtus & prudẽtia ſingularis: nec tua minor quia tanti regis ingeniũ uitæ inſtitutũ & uirtutes excellẽtes æmularis. Sed ad cõiugiũ tuũ redeo. De quo tibi rurſus uehemẽter gratulor & mihi quaſi ꝓ meo bono maxime gaudeo: qd̃ es: crede mihi: nactus uxorẽ: cui conſtãt oĩa: pudicã uenuſtã generoſam & diuitẽ. Vale igit̃ cũ dña iſta Rigueſienſi & multos annos uiuas fœliciter.

Siculus Iacobo Muro ꝓ̃ſuli Ouetano & cõſiliario regio.S.

SAcerdotio qd̃ ĩ Laſtrã q̃ tua ẽ liberalitas cõtuliſti clariſſime ꝓ̃ſul nõ minus me tibi deuinxiſti q̃ laſtrã ipm̃: quẽ ego ꝓpter eius uirtutẽ & eruditionẽ plurimũ diligo. Meo igit̃ & illius noĩe magnas tibi grãs ago: qd̃ neq; illi⁹ neq; meo ꝓuocatus officio ſed tua liberalitate animoq; benigno nos tanto & inſperato munere donaſti. Vtinã plures muros haberet hiſpania: ut tot inopũ & pauperũ domus nõ corruerẽt. Vale ꝓ̃ſul inſignis & Siculũ noĩs tui ſtudioſũ eẽ tibi perſuade: Iterũ bñ uale. Gunſaluus ꝑgus ꝓ̃ſtãtiæ tuæ neceſſarius atq; ꝓpinquus & maxime ſtudioſus ad me uenit adoleſcens ſcientiæ magis & honoris q̃ diuitiarũ & aliarũ rerũ cupidus. De quo hoc tibi habeo polliceri fore uirũ in lr̃is & bonis artibus ꝓ̃clarũ. Quippe q maxima firmiſſimaq; iecit linguæ latinæ fundamẽta: ſine qbus ut ſcis alii fere oẽs ſuas domos arena ſine calce cõponũt nutãtes & breui tp̃e caſuras. Quẽ ego ꝓpter eius uirtutẽ & circa ſtudiũ diligẽtiã atq; etiã tua cauſa charũ habeo & interdũ q̃uis occupatus lectionibus excolo. De cuius ingenio & induſtria tibi certe magnos honores ſperare licet. Vale.

L.M.S.Iacobo Rubiræ propræſuli legionenſi.S.

ſ

I cũ Calcerano & Ioanne ſterio nr̃is amicis & colluſorib⁹ bene uales gaudeo: ego quoq; ualeo. Proximis diebus accepi tibi a Cardinale tuo lr̃as redditas fuiſſe: quib⁹ ſiquid intellexeris qd̃ ad me ꝑtineat rogo ad me ſcribas. Ego paucis diebus hic: ut ſpero: oia negocia cõficiã & ad curiã reuertar: ubi ſi te inuenero de rebus quas hic egimus tecũ cõmentabor tu interea Vale & dominã Hiſabellã Vaſſecã diſcipulã nr̃am meo noie ſaluere iuue. Iterũ bene Vale cũ Calcerano & Ioãne ſterio cõtubernalibus. Ex Valedolito idibus februariis.

Fernandus Decius xp̃i ſacerdos Roderico Petro Samano ſuo.S.

FRater chariſſime ſalue: accepi tuas lr̃as magnaq; lætitia perlegi. Significabãt eni mihi & te bene ualere & mei eſſe nõ immemorẽ. Ego aũt te ualde rogo ut mihi ſilẽtiũ ꝓ̃teritũ ignoſcas. Nã cũ frater hinc diſceſſit mihi multis negotiis occupato fraternaq; morte perturbato tẽpus ad te ſcriuendi defuit. Eũ tñ rogaui ut me tibi cõmẽdaret & lr̃arũ intermiſſionẽ excuſaret. Nũc uero qm̃ qd̃ ad te ſcribã nihil occurrit te maxime ꝓpter amorẽ erga te meũ & tuã in me obſeruantiã rogo moneo & obteſtor: ut caueas diligenter mundi fallacias & ad dei cultũ & aiæ tuæ ſalutẽ reſpicias. Hæc eni uita qua fruimur breuis ẽ & laboris ac miſeriæ plena. Illa uero cœleſtis: quã ſoli qui recte ſancteq; uiuũt aſſequãtur: domus eſt perpetua & perẽnis dei gloriæ plena & fœlicitatis æternæ. In hanc ſentenciã ſcriberẽ plura niſi tuæ uirtuti prudẽtiæq; cõfiderẽ. Itaq; alia in aduẽtũ tuũ differo. Vale & me ut facis mutuo ſemp ama. Iterũ bene uale.



Siculus Sanchio Aceues utriuſq; iuriſconſulto ep̃o Aſtoricenſi & Granatae Cancellariæ regiæ præſidenti uiro ſpectatiſſimo.S.

e

T ſi magna triſtitia me tuus diſceſſus affecit hũaniſſime ꝓ̃ſul: ꝓptereaq; careo fructu iucũdiſſimæ tuæ cõſuetudinis & integerrimæ uitæ tuæ ſalutiferis exemplis: q̃ mihi ſemper ornamẽto magno fuerũt & cõmodo: lætor tñ ꝗ cũ tua maxima dignitate rex Ferdinãdus & Hiſabella regina nr̃i prudẽtiſſimi principes te Granatẽſi cancellatui iuſtitiæq; ꝓpẽ ſinglarẽ tuã uirtutẽ & eruditionẽ ꝓ̃fecerũt. Vnde tibi maiores honores & dignitates ãpliſſimas ſperare certe licet. Quæ res me uehemẽter hortat̃ ut cõſoler & æquo aĩo ferã abſentiã tuã. Supeſt igit̃ ut qm̃ tanta iter capedine loci diiuncti ſumus mutuis inter nos lr̃is colloquamur Vale.

Siculus Franciſco ſalæ diſcipulo.S.

DE rebus: q̃ ad ſacerdotiũ nr̃m ſpectãt ꝓximis diebus ad te ſcripſi: ut q̃ neceſſaria erãt diligẽter matureq; cõficeres. Quæ uero Romæ ꝑ nr̃os & Ferdinãdi rigis ꝓcuratores acta ſũt q̃q; futura ſperamus ab Alfonſo ſegura nr̃o ſcire poteris: quẽ de rebus oibus participẽ feci: mãdauiq; ut oia tecũ cõferat & cõmunicet. Quæ cũ audieris oia q̃ facere debeas multo facilius intelliges. Fac igit̃ ut nr̃i aduerſarii in rebus nr̃is aduerſus nos nõ ꝓ̃ualeãt: qbus cũ tibi cautius ẽ agẽdũ. Eſt eni iſtud hominũ genus impiũ doloſum infidũ ingratũ crudele & fallaciſſimũ. Qui lucri tãtillũ pluris faciũt q̃ uirtutẽ & oim principũ gratiã. Qui cũ puerſi ſint & ab oi uirtute ꝓrſus alieni in terra: crede mihi: Vulcano & apud inferos meritas plutoni pœnas dabũt. Vale & Mariã gomeciã nobiliſſimã tuã cõiugẽ meo noie ſaluta.

L.M.S.Martino Angulo iurecõſulto ep̃o Cordubẽſi & cãcellariæ regiæ ꝓ̃ſidẽti.S.

e

T ſi mihi dubiũ numq̃ fuit excellẽtiſſime ꝓ̃ſul quin ſũma tua uirtus & doctrina ſingularis ad iſtũ dignitatis & honoris gradũ te ꝓducerẽt: ꝗ ego tibi & corã ſæpe ꝓ̃dixerã & lr̃arũ monumẽtis teſtatus ſum: gratulor tñ tibi uehemẽter & mihi non parũ lætor: uel ꝗ uerũ fuit illud meũ de tua futura dignitate ꝓ̃ſagiũ: uel ꝗ tibi multo fœlicius eueniſſe uideo q̃ ſperabamus: ut Corduba tua patria celeberrima a te filio ꝓ̃ſtantiſſimo titulis ſui pontificatus illuſtraret̃. Siqdẽ nõ minus tu patriã tuã & põtificatus dignitatẽ tuis eximiis uirtutibus illuſtraſti q̃ patria ip̃a & eius ecclĩæ dignitas te decorauit. Ego aũt qm̃ te ad iſtã dignitatẽ ꝑuenturũ fuiſſe tibi iã pridẽ uaticinatus ſum: & mihi maiorẽ immodũ lætor & tibi ut debeo gratulor ꝓptereaq; hũc honorẽ maxima cũ tua laude es cõſequutus uirtute tua duce uitæq; ꝓbitate. Quo q̃dẽ fit ut ſatis ꝑſpicue cuiq̃ cernere liceat q̃ ſis & nr̃is principibus charus & ĩmortali deo placeas. Hoibus eni fœlicitates hmõi nõ ſine magna principũ grã diuinoq; cõſilio cõferunt̃. Illius nãq; uolũtate iuſticiaq; ꝓ meritis unicuiq; pẽdit̃: cuius æterna ꝓuidẽtia inferiora hæc & hũana oia & illa ſuperiora diuinaq; cũcta regunt̃. Cũ tu igit̃ ſemp in dei cultũ & honorẽ oẽ ſtudiũ tuũ & labores cõtuleris ſũmus ille rerũ opifex tuæ bonitati retribuẽs te ſuis bonis ſemp auget: te magnis honoribus ãplificat: te ueræ fœlicitatis muneribus accumulat: te deniq; prius ecclĩæ Calagurritanæ & nũc Cordubẽſis fecit antiſtitẽ. Vale.

Martinus Angulus ep̃us Cordubẽſis Siculo ſuo.S.

QVa de mea dignitate gratulatio mi Sicule nõ põt mihi nõ ueriſſima ꝓbatiſſimaq; uideri. Noui nãq; te ſemp uirũ & optimũ & mei amãtiſſimũ. Nõ ſum eni oblitus q̃ mecum olim cũ Salmãticæ lr̃is operã dabamus: amãtiſſime prudẽtiſſimeq; loq̃baris: & quãtã mihi ſemp obſeruãtiã oñdebas: teq; meam erga te beniuolentiã meminiſſe memoriter ex tuis litteris animaduerto. Quapropter tibi maximas habeo gratias qd̃ me in animi tui ſinu inter

Universidad de Deusto
Biblioteca



p̃cipua amicitiæ monumẽta conſeruare ſtudueris. Cæterũ ego mihi nõ poſſũ meo iure nõ læ-tari: ꝓptereaq; abs te doctiſſimo ac ꝓbatiſſimo uiro inter p̃cipuos dei cultores annumeror Vale.

Siculus Franciſco Royſio epiſcopo ciuitatenſi. S

GRatulor tibi dignitatẽ iſtã cõtigiſſe ſpectatiſſime p̃ſul: ad quã te ꝑuenturũ fuiſſe iã pri-dẽ mihi pſuaſerã certũq; crediderã. Ea ẽ eni tua uirtꝰ tua prudẽtia tuæ uitæ ſctimonia: ut te ad maiores etiã dignitates & honoris gradus aſcẽſurũ nobiſ ſpare liceat. Ad quos qdẽ tua uirtus ſingularis & ſũma p̃ſtãtiſſimi cardinalis auctoritas q̃ facillime te ꝑducet. Deus tuos cogitatus dirigat. Vale & dñi nr̃i Cardinalis meo noĩe dexterã oſculator iterũ Bene Vale.

Siculus Gabrieli Santio diſcipulo. S.

e

X oĩbus meis diſcipulis Gabriel adoleſcens clariſſime nemo eſt: ni fallor: q me magis amet & obſeruet quã tu: nemo etiã quẽ ego libẽtius atq; diligẽtius docueri q̃ te. Quid mihi ꝓximis diebus es pollicitus nõ ignoras. Nũc tẽpus exigit ut p̃ſtes & efficias qđ ſæpe mihi te facturũ dixeras. Age nũc igit̃ cũ Ludouico fr̃e regio q̃ſtore ut meo noĩe Ferdinandũ regẽ adeat: apud quẽ ſi uolet in Siciliæ negocis & beneficiis me iuuare plurimũ poterit. Vale.

Martinus Lupus Gamboa Siculo. S.

NOſtra fretus amicitia mutuaq; beniuolẽtia doctiſſime uir a te rẽ nõ plã minꝰ q̃ iuſtã et honeſtã petere nõ uerebor. Audio te de rebus geſtis a Ioãne Aragoniæ & Siciliæ rege Ferdinãdi patre hiſtoriã cõdere & lr̃arũ monumẽtis elegẽtiſſimo tuo ſtilo fœliciter ex-colere. In qua ſi fortes eqtes q ſua uirtute & officio militari laudẽ meruerũt cõmemoras & honore debito ꝓſequeris: & ſi credo te nõ latere q fuerit Ioãnes Gãboa patruus meus apud regẽ Ioãnẽ domi foriſq;: ꝓ eo tñ qđ illi debeo eius apud te memoriã renouare mihi ꝑneceſſariũ uiſum ẽ: ne de me manes eius q̃ri iure poſſint. Eũ igit̃ ſi tuo fœliciſſimo calamo cũ aliis a mortalitatis iniuria uẽdicaueris & officio tuo ſicut debes optime ſatiſfacies: & mihi plurimũ gratificaberis. Vale uir eloquẽtiſſime & me unũ eẽ ex hiſq tuo noĩ maxime fauẽt nõ dubites iterũ bene uale nr̃orũ principũ domus & Hiſpaniæ totius excultor.

Siculus Martino Lupo Gambo æ ſacerdoti regio. S.

p

Eriucundæ mihi fuerũt lr̃æ tuæ mi Gãboa chariſſime. Quibus tuã erga Ioãnẽ Gãboã patruũ tuũ gratiſſimã memoriã debitãq; pietatẽ plane cognoui multũq; ꝓbaui. Et me Deus laudãda ẽ hæc ai̾ tui gratitudo uirtuſq; ſingularis & in patruũ p̃cipue uirũ fortẽ & oĩ laude digniſſimũ feruentiſſima charitas. Si qdẽ nõ mõ ꝓ eius aiæ ſalute deũ piis & quotidianibus orõnibus p̃caris: ſed etiã diligẽtiſſime ꝓcuras & p̃ficis ut illius uirtutes q̃ magnæ fuerũt & memorabiles nomẽq; clariſſimũ uiuat in terris & cõmẽdet̃ in æternũ. Ego uero q fuerit Ioãnes Gãboa patruus tuus id eſt q̃ ſtrenuus eques q̃ eius dextera fortis in ꝑlio q̃ ſæpe Ioãnẽ Regẽ & reginã Ioãnã nr̃mq; Ferdinãdũ ab extremo periculo liberauit: qđ deniq; nomẽ quã famã quã gloriã fuerit adeptus in rebus bellicis & q̃bus a rege ioãne ꝓ ſuis meritis donatus inſignibu nõ ignoro. Quod igit̃ me admones qđ rogas & q̃ iuſtiſſime petis quæq; ſpõte & ex officio meo facturus erã faciã tñ tua cauſa multo libentius ac liberalius. Vale.

S. Lucae Andiæ hoſpitiorũ p̃fecto regio. S.

e

T quid ego cũ diſceſſurus eſſes te rogauerim & q̃ libenter ip̃e mihi corã receperis te oĩno facturũ qđ petebã & ego memini & tu nõ oblitus eſſe debes. Nã: qui ſemper i amicos officioſiſſimus eſſe ſoles: fieri non poteſt ut mei non memineris: cui ſcis te q̃ chariſſimũ eẽ. Erit igit̃ nũc tui uł officii uł hũanitatis ut hãc meã de te opinionẽ cõceptã iam pridem cõfirmes: qđq; uerbis ſæpe pollicitus es re cõprobes & efficias. Qui tibi meas lr̃as rediderũt Siculi ſũt uiri nobiles & mihi ſũma neceſſitudine cõiũcti. In Hiſpaniã uenerũt ad Ferdinandũ regẽ ꝓ ſuis & aliorũ Siciliæ magnatũ negotiis. Iſthic aliquot dies: ut opinor: cõmorabuntur quoad eorũ negotia expediant̃. Eos itaq; tibi cõmẽdo maiorẽ im modũ. Quos ſi uł hoſpitio uel alia q̃uis re iuueris & mihi rẽ gratiſſimã facies & ip̃os cognoſces nõ ingratos: ſũt eñi diuites & liberales. Vale.



S. Simoni royſio diſcipulo & regiæ domus diſpẽſatori Maximo. S.

TV uir p̃ſtãtiſſime quotidie me pecuniis & alii multis magniſq; muneribꝰ & officiis honeſtare nõ deſinis. Equidẽ ſi plures tui ſimiles haberẽ diſcipulos neq; Quintiliano quidẽ inuiderẽ neq; ſenecæ. Cæterũ ego tibi ꝓ iſta tua in me tã larga munificẽtia ſũmaq; uirtute nec meritas agere gr̃as poſſũ nec lcõnibus ſatiſfacere. Cũ tu p̃ſertim magnis occupationibus & regiæ domus negotiis ĩpeditus me minus audiẽdo fatiges & ego cũ tibi nõ lectiones exponõ magis laborẽ. Quare magno deſiderio ut tui filioli p̃clare indolis adoleſcãt: expecto in q̃bus inſtituendis aliquã tibi debitoris partẽ diſſoluã. Vale.

Geraldus Cingoſius ſiculo. S.

q

Voties hoſpiciũ tuũ ĩgredior p̃ſtãtiſſime uir amœniſſimũ qdẽ muſarũ antrũ & Apollinis ædẽ Mineruæq; ſacrariũ ſubire mihi uideor. Nihil ẽ eni tua cõſuetudine dulcius nihil hũanius tuo colloqo: nihil honeſtius tua uita: nihil tuis moribus p̃ſtantius nihil tuis ſcriptis ornatius nihil utilius lectionibus nihil deniq; ſapientius tuo conſilio. Obſecro te igit̃ Sicule uir ſpectatiſſime ut qm̃ tibi ſæpius & intẽpeſtiuus obſtrepo mihi: quæ tua ẽ hũanitas: ignoſcas: meq; tuo noĩ ac potius tuis meritis q̃ deditiſſimũ eẽ certo ſcias: neq; quicq̃ uehemẽtiꝰ optare q̃ frui ſuauiſſimo tuo colloquio: qđ ſi mihi ſæpius cõtigerit me qdẽ exiſtimabo fortunatiſſimũ. Vale.

Siculus Blaſco Lanceæ Siculo iuris utriuſq; peritiſſimo. S.

a

Vdio Ioãnẽ Lunã ſclaphanæ & Calathabelloctæ comitẽ oppida & oẽs cẽſus: quos eiꝰ aduerſarii nõ iuſte poſſidebãt ac potius inſolẽter occupauerãt: tuo patrocinio recuperaſſe. Quã ob rẽ & illi gratulor & tibi meo & illius noĩe magnas habeo gr̃as: meãq; cauſã de ſacerdotio Bordonarĩẽſis eccł̃iæ: de quo ſcis mihi cũ regino. Car. cõtrouerſiã eẽ: plurimũ cõmendo. Scio ego te magnũ eẽ patronũ: & ut ait Cicero: hominẽ occidat oportet q tua opa uti uolet: ſed eũ noui tuũ erga me animũ: ut minime dubitẽ te ultro ac libenter oĩa facturũ: q̃ ſcias ad meũ uel honorẽ uł cõmodũ ꝑtinere. Quod ſi mihi hoc negotiũ confeceris & a te ſacerdotiũ hoc mihi fuiſſe collatũ exiſtimabo: & qđ tãtopere cupis in Siciliã breui nauigabo: ut qđ mihi ſupereſt uitæ tibi totũ libenter impẽdã. Vale.

L. M. S. Michaeli auguſtino & Antonio Velaſquis diſcipulis. S.

REtulit mihi meus Hadrianus adoleſcentes clariſſimi optimiq; diſcipuli uos ab eo diligẽter & officioſe de mea ualitudine q̃ſiuiſſe: mirariq; uehemẽter ac ſollicitos eẽ qđ me iã tris mẽſes nõ uideritis. Nimirũ facitis nõ ut grati ſolũ diſcipuli: ſed etiã generoſi mites & ꝓbenigni. Quapropter ĩmortales uobis habeo gr̃as: deũq; p̃cor ut uos & parẽtes nobiliſſimos q̃plurimos annos conſeruet incolumes: & indies apud principes nr̃os beneficiis & honoribus augeat. Cæterũ ego uos adiiſſem ſæpius ſi mihi fuiſſet integrũ: id eſt ſi ꝑ ualitudinẽ licuiſſet. Nã: ut Hadrianus uobis expoſuit: huc ex Põpilõe reuerſus hoc hoſpitiũ ĩgreſſus ꝑ ſcalas aſcẽdens a ſũmo fere gradu corruẽs ad ĩmũ iacui: & toto pene corpore læſo brachiũ ꝑfregi ſiniſtrũ. Cuius ĩtolerabili dolore: cui par eẽ uix poſſũ: diſcrutior atq; cõficior: adeo ut mihi uiuẽdi ſpes

Universidad de Deusto Biblioteca



oĩs erepta eſſe uideať. Quapropter anteq̃: ſi me neceſſitas uocauerit: a uita decedam: iucūdiſſimi diſcipuli uos pro ueſtra erga me humanitate meaqꝫ in uos ardentiſſima charitate rogo moneo & obteſtor: ut & uirtutē rebus oĩbus anteponatis: & bonis artibus & lrãrum ſtudiis: q̃ uobis ornamento magno fore ꝓſpicio: diligēter operã detis: & parētū uroꝝ magnarū uirtutū ſpectatores ſitis admiratores ſemꝑ & imitatores: Siculiqꝫ nō mortui minus q̃ uiui memores. Quē ſimulac ab hūanis diſceſſiſſe audieritis libros quoſdã: quos nominatim teſtamento uobis tradendos inſtitui: & hac ep̃la quaſi meæ poſtremæ uoluntatis codicillo confirmo: exigere curabitis. Valete chariſſimi diſcipuli ualete & parentes fratres oẽſqꝫ domeſticos meo noĩe ſaluere iubete iterū bene ualete & abſentiã meam bono animo fertote.

L.M.S.Ferdinando Aluaro reginæ doctori medicoqꝫ regio.S.

SI mihi pares aĩo facultates fuiſſent doctor inſignis egiſſem profecto tecū munificentius multoqꝫ liberalius q̃ Phallaris egit olim cū Policleto. Tãto enĩ tibi maiora munera miſiſſem q̃ Phallaris Policleto: quãto tu es in arte medica Policleto præſtantior. Nam qđ hodie uiuo primū Deo & deinde tibi acceptū refero: qui me nō tã ſpe munerū q̃ amicitiæ nr̃æ & honoris tui cauſa me priſtinæ ualitudini diligētiſſime reſtituiſti. Ego uero & ſi nihil habeo dignū tuis meritis nihil qđ uirtutem tuã deceat: mitto tñ ex mea tenuitate tibi: qđ poſſum munus exiguū: & ꝓ tanto beneficio pergratam præſtabo memoriã: Vale.

Siculus Iacobo gothomano infantis Ferdinãdi architriclino.S.

e T ſi munus qđ infanti Ferdinaudo miſi gratū ei fore putabã: ꝓpterea qđ erat purpura ſerico oſtro argento auroqꝫ ſatis excultū: multo tñ illuſtrius multo gratius multoqꝫ precioſius fecit or̃o tua uir nobiliſſime: q̃ quidē fuit grauis & prudens & magnū tui erga me amoris indiciū. Magnas igiť aĩo tuo generoſo gr̃as habeo: qđ me no mō ſingulari beniuolentia cōplecteris: ſed etiã oĩ ſtudio niteris & efficis ut tãto principi ſim tua cōmendatione tuoqꝫ beneficio q̃ chariſſimus. Quare quãtū in me fuerit operã dabo: ut te homini non ingrato beneficiū p̃ſtitiſſe cognoſcas. Vale.

Siculus Bartholomeo Albioni diſcipulo regioqꝫ ſacerdoti.S.

Expectaui iam ſatis lr̃as tuas ut tibi rñderē. Sed tu nihil ſcribis & ego nihil reſpondeo. Vale.

Siculus Ioanni rodorico diſcipulo.S.

a Ccepi munus a te miſſum uir ſtudioſiſſime: gratū mihi quidē & qđ nullis penſari lectionibus poteſt ne quidē ſi tibi totū Quintiliani opus exponã. Profecto tua iſta liberalitas me tibi deuincit obſtringit & colligat arctioribus amoris uinculis erga me tui & eximiæ uirtutis eo nodo: quē cū manib⁹ rex Alexãder diſſoluere nō potuiſſet: gladio ſecuit. Vnde receptū eſt a nr̃is principibus in ſagittis colligatis & aliis inſignibus tanti refert. Vide quãti faciã tua munera mi chariſſime Ioannes: quorū ego nō tã p̃cio q̃ uolũtate qua mihi miſſa fuere maxime delector. Eo ſiquidē aĩo eaqꝫ liberalitate confers non in me ſolū ſed etiã in oẽs quicquid potes: ut nō dare quidē munera ſed accipere uideare. Nimirum te natura ut corporis pulchritudine ſic etiã & animi dotibus inſigniuit. Quare mihi deinceps odera danda ē ut te mecū muneribus iſtis certaſſe priorē nō pœniteat. Vale.

Ioannes rodrigues L.M.S. p̃ceptori ſuo.S.

VT eſt tibi magnū ingeniū ſūmaqꝫ doctrina clariſſime p̃ceptor: ita & ſapiēs animus oĩs uirtus & hūanitas ſingularis. Quibus quidē uirtutibus oẽs tuæ ꝓfeſſionis hoĩes ãtecedis & ma



gnorū uirorū gratiã demereris. Pudebat me tibi maximo uiro maximiſqꝫ muneribus digniſſimo munus tã exiguū deſtinaſſe: ſed ep̃la tua me nō ſolū pudore leuauit ſed etiã magna lætitia extulit. Illud enĩ mihi plane declarauit: qđ ego de tua ſingulari modeſtia ſenſerã: te ſcilicet meorū munerū nō extimationē ſed mittentis animū tibi q̃ deditiſſimū iudicaturū. Nam p̃ciū meorū munerū: qđ erat uilius: nō dicã lectionibus & Quintiliani totius interpretatione: ſed uno qdē tuo ſuauiſſimo colloquio penſari poteſt ac ſuperari. Vale iucundiſſime p̃ceptor & me ut ſoles ama ſemper & utere iterum Bene Vale.

Siculus Ferdinãdo ſanctangelo regio ſcribæ portionario.S.

CVro te nō oblitū eſſe earū rerū de quibus corã tecū egi ſuperioribus diebus. Eadē nũc abſte peto nō tui minus honoris gr̃a q̃ mei cōmodi. Ne cōmittas igiť ut in rebus: q̃ ſpectãt ad tuã dignitatē negligētior fuiſſe uideare. Quare te moneo atqꝫ obſecro & obteſtor earū rerū: q̃ ad patris tui memoriã & laudē pertinēt: ad me mittere comentaria nō differas. Quandoqdē ego tibi patriqꝫ tuo clariſſimo uiro qđ debeo ꝑſoluere cupio & officio meo ſatiſfacere. Vale. &t Hieronymū fratrē tuū meo noĩe ſaluere iube.

Lucius.M.S.Federico Viuaio ſiculo.S.

NEqꝫ Panormi neqꝫ in Sicilia tota quiſq̃ fuit olim Federice uiuaie clariſſime quo cū mihi maior amicitia fuerit quã tecū. Teſtes ſunt Franciſcus Antonius & Sygiſmūdus tui nobiliſſimi fratres: teſtis eſt amor inter nos mutuus & utriuſqꝫ noſtrū conſcientia. Quã quidē noſtrã amicitiã multis ultro citroqꝫ officiis cōfirmatã nō mō ulla unq̃ locorū aut tēporū intercapedine frigeſcere ſed ne morte quidē poſſe mihi perſuaſerã atqꝫ etiã notã poſteritati fore. Sed ut uideo mea me fefellit opinio. Nulla ē enĩ amicitiæ nr̃æ memoria: nulla extant beniuolentiæ nr̃æ ueſtigia: frixit amor: ut opinor: erga me tuus. Siquidē ãnos iã ſeptē & uiginti nec lr̃as unq̃ ad me miſiſti: qđ ſciã: nec ſalutē. Nã ego & ſi hactenus ad te nō ſcripſi meus tñ amor ĩ te maior nũc ē quã fuit unq̃. Teſtis eſt mihi Antonius uiuaius frater tuus & Silueſter monach⁹ ordinis p̃dicatorū utriuſqꝫ noſtrū amiciſſimus: quibus cū de te Neapoli lōgos ac ſuaues ſermones habuimus. Teſtis ē & cōſcientia mea & animus tibi tuiſqꝫ moribus elegãtiſſimis & eximiis uirtutibus deditiſſimus. Qui te abſentē uehementer amat colit & dies totos ac noctes cogitatione uidet cōtemplaťt: & qñ te neqꝫ adire poteſt nec frui: tuas q̃ optatiſſimas lr̃as ardentiſſime ſuſpirat. Erit igiť uel amicitiæ nr̃æ uel hūanitatis tuæ mi Fœderice chariſſime cuiuſcūqꝫ generis lr̃as ad me date. Vale & Franciſcū Sigiſmūdū fratres tuos nobiliſſimos & Marianū & Hieronymū Vernagallos & Hieronymū & Franciſcūqꝫ Petri Alliati filios meo noĩe ſalutabis.

Siculus Bernardo gentili ſiculo poetæ celebri.S.

a Vdio te Gonſalui Fernãdi magni ducis nomē & res inclyte geſtas & maxime memorabiles heroicis celebrare carminibus. Ego uero & inuētionē iſtã tuã ualde ꝓbo: quã tibi ꝑſus inuiderē: niſi tu Siculus eſſes: i. alter. L.M. & cōſiliū laudo. Magna qppe res ē: quã tibi deſcribendã delegiſti. & excellēti ingenio tuo ueroqꝫ poetico digniſſima. Fuit igiť tibi nobilis inuentio: fuit & cōſiliū ꝓbabile. Si qdē fama magni ducis accenſus tuoqꝫ cōfiſus ingenio nō pateris tãtū uirū: cui merito debeť æternitas interire: ſed eius eximias uirtutes & laudes ingētes cū tuis ſimul ad poſteros extēdere uoluiſti. Gratulor itaqꝫ tibi & mihi gaudeo: teqꝫ hortor moneoqꝫ: ut qm̃ iã diuľgata ē expeditio tua: ne ab auſo tã magno tã ꝓbabili tãqꝫ fœlici deſiſtas. Nã ſi poſteritatis rōnē habeas: qđ nō ꝑfeceris ꝓ nō incepto exiſtimare poteris. Perge igiť ut mare magnū fœliciter ingreſſus ad optatū portū ꝑuenias. Nã q̃ tua ē ingenii uis & docere diſcipulos & carmē cōponere facile poteris: in eius p̃ſertim gloriã & honorē: qui ſolus nr̃is tēporibus triſtes camœnas reſpicit. Vale.

Universidad de Deusto Biblioteca



L.M.S. Ioãni iucæ Barberio æquiti nobiliſſimo & ſecretario regio.S.

TImerẽ ꝓfecto uir p̃ſtantiſſime ne tu me uel negligentiæ uel tuorũ erga me meritorũ &
ueteris amicitiæ nr̃æ mutuiq; amoris obliuioni accuſares: propterea qđ iam plures an
nos nullas a me lr̃as acceperis. Sed eo te in me aio æquiori eẽ mihi p̃ſuadeo: qđ iã pri
dé meũ erga te ſtudiũ & obſeruãtiã cognoueris: eoq; me ingenio eẽ ut neq; te mihi amiciſſimũ
ac de me benemeritũ obliuiſci queã: nec ullã eſſe uirtutẽ: qua magis oblecter quã in amicos dili
gentia uti ſemp & officio. Cæterũ dedi ego lr̃as ad te pluries curſoribus Romã Neapolimq;
proficiſcentibus: q̃ ut mihi meus Galindus ſignificauit: tibi redditæ non fuerũt. Supereſt igiť
hũaniſſime uir: ut q̃ tua eſt uirtus ſingularis: & eximius erga me amor: mihi libenter ignoſcas:
& ip̃e deinceps tecũ lr̃is frequẽtioribus agã: ut multis in me tuis & officiis & honoribus quoad
potero ſatiſfaciã. Debeo eni tibi plurimũ: qđ niſi fatear ingratus ſim moriturus. Nã & ſi tu uir
maxime nihil de me hactenus ſcripſiſti: me tñ minime latet quãtũ laborẽ imo quãtũ certamẽ
pro mea dignitate ſuſceperis ac ſuſtinueris: adeo ut & multos Siciliæ uiros primarios inimicos
habere & Reginũ Cardinalẽ offendere ut me defenderes nõ dubitaueris. Plus itaq; uirtuti tuæ
debeo & amori erga me tuo q̃ poſſim diſſoluere uel ſi muſas ip̃as oppignerẽ. Vale & lr̃as ſpecta
longiores: quibus ut debeo: tibi gr̃as agã pleniores. Iterũ bñ uale & ſalue Siculorũ eq̃tũ decus.

Siculus Sebaſtiano Mudarræ.S.

DE Antonio nr̃o Mudarra: qui nec uenit nec ſcribit: aliquid ſcire uehemẽter opto. Solebat
eni ut ẽ in nos atq; adeo in oẽs diligẽs & officioſus crebras ad me dare lr̃as. Quare nũc de
eius uel aduentus tarditate uel intermiſſione lr̃arũ qđ ſuſpicer neſcio. Deũ p̃cor & eius Genitri
cẽ ſactoſq; oẽs ut ualeat & ſoſpes ad nos redeat: icredibile nimirũ me eius deſideriũ tenet: ideo
q; mihi deſiderãti tardiora ſunt oĩa & maximæ ſollicitudinis plena. Rogo te igiť ut ſi qđ de eo
ſcieris me quãprimũ certiorẽ facias uel lr̃is tuis uel nuncio. O q̃ fœlix erit nũcius q aut ueniſſe
Antoniũ nr̃m mihi nũciauerit aut eius lr̃as afferet: nõ eni indonatus a me diſcedet. Vale & do
minã Agnetẽ præſtantiſſimam tuam coniugem meo nomine ſaluta.

Gaſpar Barrachinus Lucio Marineo.S.

IOannes garſias nr̃ læticiæ plenus retulit mihi & te bene ualere & Cardinalis obitu ab
batiã Bordonoriẽſem abſq; lite aſſecutũ fuiſſe. Lætor maiorẽ immodũ fortunã tibi ta
met ſi ſerius tñ aliquãdo ſecundiorẽ aſpiraſſe: ut ſenectã uenerãdã honeſte tueri & fra
tres tuos chariſſimos iuuare facilius poſſis. Noui qdẽ te nõ tã tua q̃ illorũ cauſa laboraſſe. es. n.
in eos charitate ſinglari. Res iſta ſi ad tua merita animũ adieceris perq̃ exigua eſt: ſi uero ad for
tunæ malignitatẽ: q̃ ut optimo cuiq; iniqua nouerca in teterrimis mater clementiſſima plerũ
q; ſolet eſſe: magni profecto æſtimare debes. Tibi igiť cumulatiſſime gratulor ac mihi nõ min⁹
gaudeo. Proptereaq; fortaſſe nõ leuiori cura rebus tuis q̃ meis angebar. Habeat ergo nr̃m utet
q; optimo Ieſu gr̃as immortales: cuius benignitate oĩ ſollicitudine liberati ſumus. Debebam
illud arctiſſimæ nr̃æ neceſſitudini & meæ in te perpetuæ obſeruãtiæ: debemus p̃terea hoc ſum
mo deo: q neſcit abeſſe ſperãtibus in ſe: quẽ precor ut tibi hoc fœlix fauſtũ diuturnũq; ſit. Mit
to tibi: qm̃ ita iuſſiſti: exẽplũ lr̃arũ: quas nuper illuſtriſſimus Archiepiſcopus dñs nr̃ ad põtificẽ
maximũ dedit: utinã hic affuiſſes: ut q tuus ẽ in me mirificus amor anteq̃ lr̃æ prodiiſſent in lu
cẽ: eas tua lima perpoliſſes. Vale meq; ut facis ſemp ama. Ex cæſarauguſta kl'as Ianuarii Anno
xii. ſupra. M.ccccc.

FINIS EPISTOLARVM.



LVCII MARINEI SICVLI ORATIO AD FERDINAN
DVM REGEM ET HELISABELLAM REGINAM.

MAgna cura & quæ meum continua cogitatione laborantem ſpiritum quieſcere non ſi
nit: me iam diu ualdeq; ſollicitat Rex & Regina chriſtianiſſimi principes: non meorũ
quidem negociorum: quæ nulla ſunt: ſed earum rerum: quæ nõ ſolum ad conſcientiã
ueſtram animarumq; ſalutem: uerumetiam ad dei noſtri redemptoris cultũ & honorẽ ſpectare
præcipue uidentur. De quibus: ut apud regiam maieſtatẽ ueſtram uerba facerem: mea primũ in
religionẽ chriſtianam pietas: deinde maximus erga uos & aſſiduus cultus: poſtremo patriæ: cui
plurimum debent homines: potentiſſimus amor: me iam pridem multumq; commouit. Verũ
enimuero uos adeũdi facultas hactenus mihi conceſſa nunquã fuit. Quare ſi quæ nunc uobis
exponã excellentiſſimi principes ſerius fortaſſe q̃ neceſſe fuerit dixiſſe uidebor: obſecro non
meæ negligentiæ: ſed ueſtris potius occupationibus imputetis. Teſtis conſcientia teſtis eſt ille
ſummus & omnipotens deus Cum ad uos nullus mihi dabatur acceſſus: quanto dolore confi
ciebar. Maxime enim uerebar: ne ſi prius quam uos adirem in Siciliam patriam: ut ſtatueram:
profectus eſſem non nulli Siculi ueſtri: qui uirtutibus & rebus honeſtis incumbunt: qui nomen
ueſtrum maximo ſemper amore ſummoq; cultu uenerantur & diligenter obſeruãt: qui dei cul
tum & honorem rebus omnibus anteponunt: me uel erga deũ impietatis uel erga uos negligẽ
tiæ uel patriam ingratitudinis accuſarent. Huc accedebat religioſiſſimi principes: ut uos quoq;
me nec bonum uirum neq; ſalutis ueſtræ ſtudioſum iudicare poſſetis: ſi uobis ea latere & ignota
eſſe permiſiſſem: quæ certo ſcirem ad animæ ueſtræ ſalutem & dei cultũ & honorẽ pertinere.
Non enim parua res eſt: q̃ hodierno die ſum dicturus chriſtianiſſimi principes: nec uobis præſer
tim religioſiſſimis hominibus cõtenenda: ſed omni cura magnoq; ſtudio ſuſcipienda: ſi catho
licam fidẽ: ſi religionẽ Ieſuanam quemadmodum ſoletis reſpexeritis. Sed quoniam uos fœlici
ſſimi principes iã ad audiendũ quã paratiſſimos eſſe uideo ſummoq; cognoſcẽdæ rei: quã ſum
dicturus: deſiderio teneri animaduerto: dicere incipiã. Habetis ampliſſimi principes: ut ſcitis: in
Siciliæ ueſtræ fideliſſimo regno complures urbes & non ignobiles: in quibus quo ordine quo
q; iure res hũanæ publicæq; regantur & gubernentur ſcire mihi cura nunquam fuit: diuinis enĩ
rebus & litterarum ſtudiis maxime deditus humanarum mortaliumq; rerum curas omnes uel
a pueritia ſemper & ultro contempſi. Cum itaq; mihi dei cultus & catholica fides chriſtianaq; re
ligio nec non & animæ ueſtræ ſalus magnae curæ ſemper feurit: quid de Siciliæ rebus eccleſiaſ
ticis & diuinis officiis iam olim cum eſſem in Sicilia ſenſerim: me uobis paucis explicare uerbis
ab officio boni uiri non alienum eſſe duxi. Prius igitur quam ex Sicilia in Hiſpaniã ueniſſem
ab hinc anno fere quintodecimo in multis Siciliæ locis animaduerti res eccleſiaſticas & diuinas
cærimonias a nonnullis improbis uiris & indoctis ſacerdotibus nõ pie ſancteq; coli: ut par erat:
non raligioſo more ſuoq; ordine uenerari: non dei nomen & iuſticiam timeri: Sed indigniſſi
me negligi potius & impune: quod peius eſt: magiſq; dolendum: multis eſſe ludibrio. Quod ex
Sicilia quoq; uiri complures: qui multorum ſcelus & religionis chriſtianæ cõtumelias indigne
ferunt: ad me ſæpe ſcripſerũt: dicentes & multis uerbis obſtteãtes: ut ſi me patriæ amor: ſi ueſter
honor: ſi dei deniq; cultus aliquid tangeret: maieſtatem ueſtram de rebus huiuſmodi quampri
mum certiorem fieri quam diligentiſſime curarem. Quod & ſi mihi magnæ curæ ſemper fuit
Rex & Regina magnanimi: uos tamen conuenire affariq; non licuit. Hæc igitur res chriſtianiſ
ſimi principes quo ſerius ueſtris ſenſibus innoteſcit: eo quidem ſibi maturius opem poſcit: atto
liq; deſiderat: priuſq̃ Deus omnipotens: cuius iuſticia ad ſui uindictam lento gradu ſolet incede
re: ſuas ipſe contumelias ulciſcatur. Qui quoniam uos eo conſilio matrimonio coniunxit: ut ſu
as uices gereretis in terris: & cũctis mortalibus & ſanctitatis eſſetis & uirtutis exemplo: uobis ira
ſci quidem iure poſſet: niſi rebus: quæ ad eius cultum & honorem pertinent: mature cõſulatis.
Suſcipite igitur res omnes: quæ dei ſunt: & diligentiſſime curate. Quando quidem Deus ipſe
uos ueſtraq; omnia continue reſpicit dirigit amat tuetur amplificat. Cæterum in Sicilia malo
rum: q̃ catholica fides & chriſtiana religio patiunť: Optimi principes præcipua cauſa ſunt ip̃i põ

Universidad de Deusto
Biblioteca



tifices. Qui ſuas eccleſias ſine ullo dei timore deſerunt: qui lupis errãtes oues committunt: qui
qđ peius eſt: humana diuinis anteponunt. His enim abſentibus abbates: priores: cæteriqꝫ nõ Si
culi modo ſed hiſpani quoqꝫ atqꝫ alii: qui ex dei patrimonio & eccleſiarũ reditibus lautiores
uiuunt: quicquid ſibi ſupereſt eccleſiæ ſuæ reditus: non dei quidẽ ornandis altaribus: non ho-
neſtis religioſis & deo ſeruiẽtibus: non rẽ diuinã ſacraqꝫ myſteria celebrantibus nõ miſeris pau
peribus: ſed inanibus põpis. O ſtulticiam nõ ferendã: ſed lenonibus. O indignũ facinus ſed ho
micidis: O crimẽ omni ſupplicio plectẽdũ ſed latronibus: o inauditũ ſcelus: libenter impartiũt
& profuſiſſime largiunť. A quibus utinã & alia non fierent multo peiora. Quare cũ dolore cõ-
ficior: tũ etiã pudore dũ hæc loquor apud uos impedior optimi principes: pudet enim me ue-
hementer: cũ ſim Siculus: doleoqꝫ talia referre de ſiculis. Quorũ mallẽ quidẽ prædicare uirtu-
tes: quã dedecus meminiſſe. Sed nec uos nunc æquiſſimi principes me ſiculos odiſſe putetis ob
ſecro: Quos nõ inuidia profecto nõ odio nõ ambitione. Quippe qui neqꝫ aliorum obtretatio-
ne ueſtrã inire gratiã ſtudeo neqꝫ falſam mihi laudem quæro: ſed patria charitate ſummoqꝫ cõ
pulſus amore apud uos tanꝗ iuſtiſſimos & clementiſſimos iudices defero: ut ueſtra erga dei cul
tum ſolita pietate: & in omnes populos ueſtros ingẽti uirtute commoti: ſicut ſoletis: maturius
honori primum dei noſtri redemptoris: deinde ueſtræ & illorum ſaluti pariter conſulatis. Ad
uos quippe res hæc: quæ non meam ſolum: ſed multorum quoqꝫ ſiculorum mẽtẽ fatigat: nec
ad alium quemꝗ ſpectare uidetur ampliſſimi principes. Qui res omnes humanas diligẽtiſſime
curatis & altius attollitis: & diuinas ardentiſſime colitis: ſummaqꝫ ueneratione maiore immo-
dum ſemper augetis. Qui omniũ chriſtianorũ nõ ſolum: ut clemẽtiſſimi principes: ſed ut opti-
mi quoqꝫ parentes uiros omnes: qui uirtutes & honores ſpõte ſequuntur uehementer amatis:
& benigniſſime fouetis: & improbos: quos non tam ratio quam uoluntas quo uult impellit:
Prudentiſſime iuſtiſſimeqꝫ corrigitis & caſtigatis: & in ipſa caſtigatione ſcelerum ſuorum pœ-
nitentes ad uirtutem: ad recte uiuendũ mitiſſime ſemper hortamini: & pertinaces qui mori ꝗ
chriſtum colere malunt: pœnis debitis inſpectis legibus affici iubetis. Quæ quidem res non du
biam mihi ſpem promittere uidetur magnæ quãprimũ uobis curæ fore meã deprecationẽ. Si
quidem nemini dubium eſſe debet uos fœliciſſimo ſydere genitos a deo optimo maximo diui
nis humaniſqꝫ rebus non ſolũ regnorũ ueſtrorum ſed uniuerſæ quoqꝫ chriſtianitatis ac totius
terrarũ orbis uelut magnum numen in terris præpoſitos fuiſſe: qui ex malis hominibus bo-
nos & ex bonis multo meliores faceretis. Quod ſine dubio quidem res a uobis hactenus geſtæ
diuinitus nobis faciliime declarant. Sunt enim & numero plures: & magnitudine mirabiles &
quas ſine numine cœleſti nullæ quidẽ uires humanæ nullaqꝫ mortaliũ ingenia perficere po
tuiſſent. Quare ſi ueſtrũ alter omniũ uirorũ regũqꝫ fortiſſimus altera regina chriſtianiſſima p̄
ſtantiſſimaqꝫ omniũ fœminarũ eſt: & uterqꝫ dei ſemper incenſus amore ſanctoqꝫ adiutus auxi-
lio ferocẽ Maurorũ gentẽ: qui omniũ chriſtianorũ principũ uel peccato uel negligentia annos
circiter octingentos in Hiſpania nec ſine magna omniũ hiſpanorũ contumelia permanſerant
debellaſtis: ac deuictos ad chriſti cultũ cognitionẽqꝫ perduxiſtis: ſi ueſtrorũ regnorũ prauos hæ
reticos: qui falſis hoſtis illecebris ſeducti in catholica fide titubantes a chriſto quem pertinaci
ter abnegabãt: defecerũt iure ſanctæqꝫ pœnis & ſuppliciis debitis affeciſtis: Si deniqꝫ Iudæos im
pios & immanes: qui chriſti quẽ cruci crudeliter affixerunt: nomen exacrãtes aſſidue cõtume
liis & opprobriis indigniſſime lacerabãt: ex ueſtris oĩbus terris propuliſtis: uobis quidẽ nõ piũ
ſolum atqꝫ æquum: uerumetiam ſanctum & perneceſſarium uideri debet: rẽ hanc: quæ tota in
dei cultum & honorem ac ueſtrũ periculũ præcipue uertitur: minime negligere. Qua nihil hoc
tempore ſanctius facere: nihil ſiculis ueſtris tam iuſte uobis ſupplicantibus maius concedre ni
hil uobis ipĩs præſtare ſalutarius nihil deo cui debetis omnia gratius offerre poteſtis. Hoc igiť
inter tot munera: quæ uel hominibus libẽter benigneqꝫ largiri ſoletis: uel eccleſiæ dei pie ſan-
cteqꝫ quotidie cõſecrare cõſueuiſtis: nõ in poſtremis rebus habẽdũ putetis: Sed chriſti magno
amore cõpulſi negociis oĩbus anteponatis. Cuius eccleſiis in Sicilia mõ uolueritis facile quidẽ
ꝓſpicere poteritis: ſi paſtores & oẽs põtifices oĩum Siciliæ ciuitatũ: qui nunc in Hiſpania ſeu
alibi cõmorantur: ad ſuas eccleſias ire quãprimũ iuſſeritis: ut ſuas oues recognoſcãt: & ab oui



libus ſuis errare non ſinant: ut ſuæ uillicationis unũquemqꝫ rationẽ reddere cogant. Quod ni
ſi mature fecerint excellentiſſimi principes: & ipĩos quidẽ paſtores indignos ſua negligentia:
& infœlices oues ſine cuſtode uagãtes: nec ſine ueſtro uel maximo periculo perituras ꝓſpicio.
Quapropter mittite quæſo chriſtianiſſimi principes in Siciliã pontifices: ut ſi forte quid mali
acciderit: neqꝫ præſules ipĩ neqꝫ Siculi de uobis queri iure poſſint: neqꝫ uos quoqꝫ de rebus di-
uinis minus laboraſſe uobis ipſis deoqꝫ uideamini. Quod ſi modo præſules: qui uos comitan
tur: quod ipſorum laboribus & conſiliis in gerẽdis negociis indigetis a uobis diſcedere nolue
ritis: illorũ ſaltẽ mittite uicarios & eccleſiarum rerumqꝫ ſacrarũ reformatores: qui præſulũ uice
bonorũqꝫ paſtorũ munere fungantur. Quod ut faciatis ego uos primũ dei deinde meo poſtre
mo multorum ſiculorum nomine qui mihi rem hanc excellẽtiſſimæ ueſtræ maieſtati præpo
nendam demandarũt: Iterũ atqꝫ iterũ deprecor moneoqꝫ ſapientiſſimi principes. Quã quidem
rem ſi mentes ueſtras: ut ſolet: magnus dei cultus & feruentiſſimus amor tangit ardentiſſime
quidẽ ſuſcipere debebitis & diligentiſſime curare: ne quandoqꝫ deus omnipotens uobis dice-
re iure poſſit domus mea domus erat orationis: uos autem eam latronum ſpeluncã fieri: quã
uis admoniti facileqꝫ poſſetis: minime prohibere uoluiſtis. Conſulite igitur diuino cultui: cõ
ſulite & conſcientiæ ueſtræ quietiqꝫ futuræ. Et ꝗ pium ꝗ ſanctum opus quã ſiculis ueſtris ne
ceſſarium quam deniqꝫ ipĩ deo gratum facturi ſitis cognoſcite. Quod eo libentius atqꝫ maturi
us facere debetis: quod hactenus: dum rem hanc uobis nemo ſignificauit omni quidem culpa
uacaſtis: nunc autem & rem iam cognoſcentes & noſtris precibus admoniti: niſi ſtatim malis
iminentibus & euidentiſſimis periculis occurratis & omnipotentis dei rebus & honoribus citi
us conſulatis non iniuria profecto timere debebitis ne quandoqꝫ rei apud dominum uel ne
gligentiæ ueſtræ uel cõtumatiæ rationem reddere compellamini: ne ue ſiculis ueſtris qui res
a uobis ſanctiſſime geſtas admirantur & uos ipĩos non ſecus uenerantur in terris: quã diuinũ
numen in cœlis adorant: ſuis uotis & iuſtiſſimis precibus ad chriſti preſertim cultum & hono
rem ſpectantibus minus propicii facileſqꝫ fuiſſe uideamini. Quæ res ſi quando quod abſit ac
cideret certe uidetis ꝗ inſigni nota uirtutes & laudes ueſtras quæ plurimæ ſunt & immortales
ac per totum terrarum orbem celebrantur deformaret. Quæ ſi ueſtram: quod nolim: præclariſ
ſimã uirtutũ & rerũ geſtarũ famã perpetuãqꝫ memoriã ſemel inficeret: a uobis nulla quidẽ dili
gẽtia nulloqꝫ precio redimere unꝗ poſſetis. Sed iam uereor ne uobis chriſtianiſſimi principes
moleſtus ac impudens eſſe uidear: propteraquod maieſtatem ueſtram de re tam iuſta tam ne-
ceſſaria tam deniqꝫ ſancta quam uos ſponte ſuſcepturos oẽs arbitrãtur: ego uelut importunus
& parum prudens tam longo ſermone deprecari auſus ſum. Quare finem orandi faciam: ſi pri
us illud unum maieſtati ueſtræ ſignificauero: uos neqꝫ maius ullum neqꝫ præſtantius benefici
um mihi cæteriſqꝫ ſiculis ueſtris conferre poſſe: quam ſi meam apud uenerandam maieſtatem
ueſtrã deprecationẽ aliquid habuiſſe ponderis intelligã: uobiſqꝫ cauſam hanc curæ fore mihi
ſaltem nutu ueſtro ſignificaueritis. Quod ſi: ut ego ſpero: & uos iure debetis mihi receperitis ni
mirũ ſiculos omnes qui mecũ tantũ munus a maieſtate ueſtra non dubitanter expectãt: in ue-
ſtrum cultum & amorẽ concitabitis. Qui & ſi pro tanto tantoqꝫ deſiderio quæſito beneficio:
quod nullis gemmis nulloqꝫ theſauro penſari poteſt: uobis ſoluendo non ſumus: pro ueſtra ta
men nobis optatiſſima ſalute uitaqꝫ longiori precibus aſſiduis multis iuſtiſqꝫ uotis & quotidia
nis orationibus deũ redemptorẽ noſtrũ & eius genitricem reliquoſqꝫ cœlicolas: qui iuſtorũ &
pro iuſtis effuſas preces & uoces exaudiunt: aſſidue deprecabimur. DIXI.

## HISABELLA REGINA SICVLO

SIcule grata nobis fuit oratio tua: grata pietas in deum: gratus animus erga nos & in pa
triam ſollicitudo. Libẽter igitur te leuabimus hac cura: quæ animũ tuũ atqꝫ noſtrum
non ſine cauſa fatigat. Eſt enĩ quod petis nõ modo iuſtũ & honeſtũ uerũ etiã piũ ſan
ctũ & neceſſariũ. Itaqꝫ curabimus ut omnes Siciliæ pontifices ad ſuas proficiſcantur eccleſias:
& tibi pro tua diligentia gratificabimur.

Universidad de Deusto Biblioteca



## LVCII MARINEI SICVLI AD FERDINANDVM REGEM ORATIO DE LAVDIBVS HISTORIAE

MAgna res eſt & inexſtimabilis Heroicæ uirtutis & rerum bene geſtarum memoria
quæ tenaciſſimo litterarum complexu perpetuo conſeruatur: eminentiſſime rex. Earū
enim rerū: quas olim uiri fortiſſimi magnifice geſſerunt & ſcriptores clariſſimi litteris
tradiderunt: perutilis ac neceſſaria cognitio & pergrata iucundaq; narratio mortalibus prodeſ-
ſe plurimum ſolet. Siquidem quum in ueterum ſcriptorum libris illuſtrium uirorum res in-
clite geſtas factaq; præclara non ingrata lectione cognoſcimus: illorum nimirū uirtutes & lau
des inſignes admirantes non ſolū legimus libenter: uerumetiam ſummis efferimus laudibus
& pro noſtris uiribus imitari quammaxime contendimus. Quod ſi magnorum uirorum glo
riam conſequi non poſſumus: ex noſtro tamen labore non paruū capimus fructum: ſi quos
in magnis rebus æquare non ualemus: eorum ſaltē uirtutibus nitimur inhærere. Quare meo
quidem iudicio plurimum debemus antiquis hominibus: & qui res præclaras egerunt & qui
rationem poſteritatis habentes uel ſuas uel aliorū res memorabiles nobis ſcriptas reliquerunt.
A quibus nimirum maximas hereditates accepimus & ampliſſimum patrimonium. Nullus
enim nobis eſſet uitæ cultus nullus ordo rerum nulla deniq; præteritorum temporum cogni-
tio: niſi multis ueterum uirorū monumētis & præclaris inſtrueremur exemplis. His enī quid
honeſtum quid magnificum quid laudabile ſit in uita cognoſcimus. Et aliorum nobis perſpe
ctis honoribus ad uirtutem ad labores ad aliquid agendū præclare laudabili ſemper emulatio
ne & quaſi agitati ſtimulis excitamur. Præcioſa res eſt igitur ac potius incomparabilis præteri
tarum rerum latino preſertim exculta ſermone narratio: quam hiſtoriam uocamus: excellen-
tiſſime princeps. Quæ cū ſit: ut prædicatur a multis: hominum uitæ magiſtra: tēporum teſtis:
cuſtos memoriæ: nuncia ueritatis: nimirum magnis principibus & cūctis ſtudioſis hominibus
& oblectationis & utilitatis honeſtæ plurimum confert. Cuius quidem pergratis atq; iucundis
lectionibus ac pene diuinis nec improſperis unq̃ rebus nec in aduerſis ab officio digredimur:
ſed omnes potius utriuſq; fortunæ caſus pariter ferimus animi ſemper atq; uultus æquabilita
te ſeruata. Magnis itaq; laudibus humanæ uitæ perlucidū ſpeculum celebrari debet hiſtoria.
De cuius perſpicuo fonte uelut ex omnium bonorum uenerabili ſacrario ſummi reges & opti
mi principes humanitatem clementiam iuſticiam prudentiam conſilia cæteraſq; uirtutes imi
tātur. Magni duces & ſtrenui milites rei militaris uſum & fortitudinem induuntur. Prouincia
rum præſides perutiles colligunt ad gubernandum ſanctiones. Vrbium magiſtratus & rei pu
blicæ gubernatores exempla uirtutis & humanitatis excerpunt. Magnarum demum rerum ne
gociatores inuiolatam fidem ſeruare & aliorum ſocietatem & amicitiam colere docentur. Enī
uero nihil eſt utilius hiſtoria nihil hominibus neceſſarium magis: illis præſertim qui ſunt in
excelſo rerum faſtigio collocati. Nullum eſt enim uirtutis exemplū nullū memorabile factū
ab orbe condito ad noſtram uſq; tempeſtatem: quod nobis hiſtoria non uelut omnis antiqui-
tatis pulcherrima facies ante oculos oſtendat. Inſtituunt: non inficior: hominum uitam pul-
chre commodeq; ſatis philoſophiæ ſanctiſſima præcepta: ſed multo pulchrius multoq; cōmo
dius hiſtoriæ lectiones. Monet illa quidem recte ſancteq; præcipiens. Sed fronte admodū ſeue
ra ſummi boni ſpeciem quandam & anguſtū callē uiamq; difficilē præſeferens a ſe plærumq;
nō nullos magnitudine laboris auertit. Exempla uero rerū: quæ celebrant hiſtoria: ſiue quod
illorū uirtutes & laudes qui talia geſſerunt in ſublimi & illuſtri loco ſitæ cernunt: ſiue quod a
ſcriptoribus: qui & ipſi quoq; magnos honores adepti ſunt efficatius explicātur: multo facilius
atq; libentius amplectimur animiſq; noſtris tenacius inhærentia firmius retinemus. Sine qui
bus hominū uita in multis rerum uarietatibus profecto non tutior eſſe poſſet q̃ nauis amiſſo
clauo fractiſq; uelis in pelago fluctuāti. Siquidē nemo poteſt præſentia recte diſponere: nemo
poteſt ꝓuidere futura: niſi qui de præteritis m̃lta cognouerit. Nunq̃ igitur ſatis digne laudari
poterit hiſtoria: de cuius ampliſſimo ſinu cunctæ uirtutes ſicut e mari magno fontes oēs oriū
tur. Ex quibus tanta quidem ſtudioſis hominibus commoda tantæq; proueniunt utilitates:



quantas ego uix poſſum longo ſermone complecti. Nunc itaq; multis: quæ mihi ad hiſtoriæ
laudem iure ſpectare uidebātur: omiſſis: illud unum dumtaxat repetam: quod ſupra memora
ui: hiſtoriā rem eſſe præclaram atq; diuinam & hominibus maxime neceſſariam. Hac enim ad
oēs uitæ partes ad omnes tam publicas q̃ priuatas actiones frequenter utimur. Hac bona cūcta
malaq; cognoſcimus. Hac illuſtres homines illuſtriores fiunt. Hac omnis ætatis geſta referun
tur. Hac abſentes adſunt. Hac demū: quod omniū maximum eſt: mortui uiuunt. Siquidem ui
uunt homines ſemperq; uiuēt: quorū litteris prodita celebrataq; uirtus emori non poteſt. Qua
re mea certe ſententia Cadimus ille Mileſius: qui: ut multi teſtātur: primus hiſtoriam cōdidit:
multo quidem maiori laude dignus uideri debet: q̃ Pharius Giges: qui a nonnullis primā pin
gendi artem commentus perhibetur. Fuit alioquin peracuta pictoris & ſatis nobilis inuentio:
ſcriptoris uero diues & perutilis. Variis ille coloribus & penicillo tenuiſſimas lineas perducēs
illuſtrium uirorum partes exteriores & formam corporis refert. Hic autē atramēto calamoq; &
perpetuis carthis uirtutes & animi bona cuncta teſtatur. Latent illius opera uel tabulis uel pa-
rietibus impreſſa: huius uero perpetuis cōmiſſa litterarū monumentis per uniuerſum orbem
ad omnes gentes deferuntur. Conſumit illa uetuſtas & tēporis longitudo: ſicut & alia multa:
hæc immortalia ſunt & perpetuo manent. Haud enim Alexander Macedonū rex nobis cogni
tus eſſet quāuis ab Apelle celeberrimo ſui tēporis pictore diligenter pingi ſe curauerit: niſi res
ab eo fortiſſime geſtas uel græce Clitarchus aliiq; græcorū plures: uel Curtius & Arrianus lati
ne conſcripſiſſent. Viuit igitur Alexander: uiuit Cæſar: uiuit Hānibal: uiuunt & alii q̃plurimi
principes & fortiſſimi uiri: qui ſua uirtute rebuſq; geſtis digni uita fuere: uerūtamen nō pictu-
ra uiuunt: Quæ eſt inanis & uacua: non titulis & imagunculis uel argento uel auro percuſſis:
ſed ſola uiuunt hiſtoria: quæ quidē eos a mortalitatis iniuria uendicauit. Quoniā igitur tantū
ualet hiſtoria maxime princeps: cū ſæpe mihi nuper ſignificaſſes me tibi rē pergratā eſſe factu
rū: ſi de Ioannis Aragonū & Siculorū regis tui patris uiri fortiſſimi uita rebuſq; geſtis aliquid
latine conſcriberē: ego quidē & ſingularem tuam prudentiam & erga patrem inſignem debi-
tamq; pietatē admiratus: tametſi plane uidebā me non bene præſtare poſſe munus quod exi-
gebas: ſuſcepi tamen onus animo gratū magis q̃ æquum uiribus. Ne ſi meo diffiſus ingenio
ſanctiſſimæ tuæ uoluntati parere recuſaſſem tanti principis clariſſimū nomen & res fortiſſime
geſtæ penitus ab hominū memoria recederēt. Et per multa magnarū uirtutū exempla: quæ
non parū poſteris: ut ſpero: profutura ſunt: mea cōtumatia nefarioq; ſilentio prorſus interirēt.
Ideoq; me totū collegi: et: ut tibi cui omnia debeo: morem gererē: quid meū præſtare poſſet
ingeniū experiri uolui. Ioannem itaq; Aragonum & Siculorū regem magnanimum: cuius fa
ma præclara & inclyta rerum geſtarum gloria ſane in obliuionem declinare iam cœperat: ale
ti faucibus erui: & ad uitā: qua digniſſimus erat: reduxi: tibiq; reſtitui circumſpectiſſime rex: ut
cum eo plane uiuo atq; præſenti cum uoles colloqui poſſis. De rebus enī eius fortiſſime ſan-
ctiſſimeq; geſtis de moribus optimis de uitæ fere totius inſtituto de corporis & animi uirtuti
bus commentaria quædam ſcripſimus. Quæ ſi forte pro rerum geſtarum magnitudine ac di-
gnitate uel parū copioſe uel minus ornate ſcripta uidebuntur: aliis nihilominus ſcriptoribus:
qui magis ingenio & doctrina ualent: ad exequendam plenius hiſtoriam materiā ſubicient.
Quam ſi quis uel ſua ſponte: uel te iubente ſuſceperit: profecto dubitare non debebit argumē
ta rerū oīum: quas breuiter ſummatimq; perſtrinximus: eſſe q̃ ueriſſima. In his enī cū alia oīa:
quæ ad ſcriptoris officium pertinēt: tum uero fidem præcipue ſeruare ſtuduimus. A deo ut or
natus quidē magis orationis & dicendi copia quā ueritatis aliquid deſiderari poſſe uideatur.
Tuum eſt itaq; nunc prudentiſſime rex: ſi tibi uidebitur: aliquē uirū ingenio magnū & ortho-
doxum quærere: qui & commentaria iſta a me tenui fragiliq; filo contexta in meliorem figu-
ram & ampliorē formam diſtendat: & de rebus a te præclariſſime ſanctiſſimeq; geſtis: que plu-
rimæ maximæq; ſunt & æternitate digniſſimæ magnā cōponat hiſtoriam & immortalia mo-
numenta latine cōficiat. Quibus te nepotes: ut par eſt: & poſteritas omnis agnoſcat: et præſen-
tes atq; futuri principes excellentes tuas & immortales uirtutes imitentur. Siquidem nemo eſt
hodie nemoq; fuit unq̃ princeps omniū chriſtianorū te uno uita integrior: moribus ſanctior:

Universidad de Deusto
Biblioteca



humanitate benignior iuſticia maior: religiõe perfectior: rebus geſtis illuſtrior: nemo deniq;
cunctis uirtutibus ornatior. Quibus quidem maximis uirtutibus propterea mortales omnes
antecedis xp̄anissime princeps: quia nihil unq̃ tibi dei cultu & catholica fide fuit antiquius. In
cuius laudẽ & honorẽ oẽs tuos labores oẽ ſtudiũ oẽmq; uigilãtiã cõtuliſti. Cõſule igit̃ inuictiſ
ſime princeps honori tuo: cõſule & Hiſabellæ tuæ oli p̄ſtãtiſſimæ cõiugis. Quæ qdẽ una fœmi
na nr̃is tẽporibꝰ oẽs mlĩeres oẽſq; reginas & rerũ geſtarũ gl̃ia & oĩum uirtutũ p̄ſtãtia lõge ſupa
uit. Ne tuas igit̃ & illius uirtutes & res magnifice geſtas ĩ obliuionẽ uenire paciare. DIXI

## LVCII MARINEI SICVLI ORATIO AD IOANNEM GOTHO MANVM METHYMNE SIDONIE DVCEM CLARISSIMVM.

QVo tuæ maiorumq; tuorũ laudes & egregia facinora mihi notiora fiunt dux illuſtriſ
ſime: eo quidem digniora multo uideri ſolent: quæ nõ inuolui ſilentio non hiſpanis
comendari ſermonibus: ſed latinis potius litteris: quibus magnorũ uirorum ſummo
rumq; principũ uirtutes illuſtrari conſueuerunt: extolli debeãt. Quod ego profecto libentius
agerẽ: ſi me quantũ ſingularis tua uirtus & excellentiſſimũ tuæ generoſiſſimæ familiæ nomẽ
hortantur: tantũ mihi quoq; dicendi copia ſuppeteret. Grandes enĩ res: ut diuus Hieronymus
ait: ingenia parua confundũt: quæ ſi quando quicq̃ ſupra uires ſuſcipiunt in ipſo ſtatim cona
tu rei magnitudine uicta ſuccũbũt. Quod meo uix mediocri ingenio futurũ proſpicio dux ma
gnanime: ſi forte tuas uel tuorum progenitorũ laudes: quæ non modo grandes ſed ingentes
quoq; ſunt & immortales: aggrediar. Nã cuius uel ingeniũ uel eloquentia: ut tui generis alti
us initia repetam: Alfonſum illũ abauũ tuũ Gothomani nominis decus ampliſſimũ ſatis di
gne laudare queat? Fama cuius geſtarũ rerũ & gloria multos quidẽ poſt annos quãuis ſcripto
ribus careat omniũ tamen uelut recens in ore uerſatur inſignis. Ille enĩ profectus in Africã ma
iorẽ gloriã maiorẽ honorẽ ſibi & poſteris ſuis ꝑperit: q̃ Romani exercitus dux olim ſcipio:
qui Africanus ab afris domitis cognomen accepit. Ille enĩ populi Romani nomine & exerci
tus fama uictoris ac militũ multitudine pœnis abſente Hannibale uictis Carthaginẽ deleuit.
Hic autẽ ſolus hiſpanus inter plurima Maurorũ milia neminẽ quidẽ unq̃ inuenit quem non
in omni certaminis genere ſuperauit. Qui non modo ſingulos electoſq; pœnos ſecũ congredi
auſos: ſed etiã plures ſolus ipſe ac non ſolũ uiros fortes: ſed feras etiã immanes: quibus ſæpe
per inſidias obiectus eſt: uicit domuit occidit. Quis etiã Henricũ proauũ excellentiſſimũ comi
tẽ dignis laudibus extollat? Qui omniũ uirtutũ ſplendore præclarus pro chriſtiana fide cõtra
Mauros ſæuiſſimos noſtræ religionis hoſtes proficiſcens: proh dolor apud Calpem procella
ſubito exorta maris undis obrutus periit. Quas cũ effugere potuiſſet ſubiit tamen aliorũ ſaluti
cõſulere conatus. Nauicula enĩ: qua ip̃e uehebat̃: multis admiſſis maiori cõpreſſa põdere flu
ctibus uita ſuccubuit. O ingẽtẽ uirtutẽ: O inauditã ducis humanitatẽ: q ſeuiſſimã maluit ſu
bire mortẽ q̃ militibus immerſis ſolus euadere. Cuius mortis recordatio atq; memoria quãuis
ſine lachrymis ĩ mẽtẽ uenire neq̃t: nos tñ nõ læticia minus q̃ mœrore debet afficere. Nã ſi Ro
manus pp̄ls eos fœlices ac beatos putabat: q ꝓ p̄ria belli gerẽtes cũ morte uitã cõmutabãt: quã
to magis nos Hẽricũ ꝓauũ tuũ nebulæ cõmitẽ fortiſſimũ fœliciorẽ beatiorẽq; exiſtimare debe
mus? Qui & ꝓ patria ꝓ rege & mlt̃o libẽtius ꝓ xp̄o merẽs occubuit? Succeſſit huic Ioãnes auus
tuus dux ĩuictiſſime ſũmo qdẽ fulgore decoratus: quẽ fama ſingularis & oĩa uirtutũ gñã cõmẽ
dãt: quẽ ſua ul̃ admirabilia opa collaudãt. Quẽ cũ maiorũ ſuorũ tũ uero ſuæ uirtutis & res ani
moſiſſime geſtæ nimis illuſtrãt. Quare dũ eius nobilitatẽ ſũmãq; munificẽtiã & cæteras animi
uirtutes doteſq; naturæ cõtẽplor dignus mihi qdẽ uidet̃: ut eius memoria & nomẽ ãpliſſimũ
iure laudet̃ ac celebret̃ ab oĩbus. Cuius liberalitas Titi Vaſpaſiani liberalitatẽ certe ſi nõ excef
ſit æquauit. Hac itaq; munificẽtia oĩum & gratiã & amorẽ ꝓmeruit: hac Gothomanorũ domui
plurimũ claritatis acceſſit: hac hiſpaniæ totiꝰ pp̄lis & p̄ſertim ciuibꝰ Hiſpalis colebat̃. Quãtum
nãq; oĩbus charus fuerit cũ a uita diſceſſit ꝑſpectũ ẽ. Nemo enĩ funus eius ſine mœrore nẽc
ſine lachrymis ꝓſequutus ẽ. Quã ob rẽ & ſi iãpridẽ diſceſſit a uita: uiuit tñ ſẽpq; uiuet. Illiꝰ enĩ



& nomen ingens & uirtus inſignis extincta non eſt. Quæ uelut immortalis omniũ ante ocu
los uerſatur ſemperq; uerſabitur. Occurrunt præterea mihi & patris Henrici laudes: quæ quo
ſunt recentiores eo minus quidem ſilentio dignæ uideri debent. Hic enim cum multis rebus
fortiter geſtis tum una quidem laude cunctos mortales longe ſuperauit. Quum ad Rodoricũ
ducem Gaditanum a Mauris obſeſſum Alhamam propriis pecuniis magno comparato ſubſi
dio profectus eſt. Qua in re & ingentem liberalitatem & humanitatem ſingularem & pientiſſi
mum atq; ſanctiſſimum animum erga fidem catholicam & chriſtianæ cultum religionis oſtẽ
dit. Conuocatis enim militibus ex Bethica prouincia fere tota publicis præconum uocibus cũ
ctis liberaliſſime ſtipendia largiſſimeq; perſoluit & contra Mauros chriſtianæ fidei hoſtes infe
ſtiſſimos Alhamam ſtatim profectus Rodoricum Gaditanum ducem ſibi ex longo tempore
inimicum fortiter ſancteq; defendit. O admirabilem uirtutem: O facinus diuinis laudibus ex
tollendũ. Nam ſi cuncta ueterum monumenta reuolueris: nihil omnino reperies: quod poſſis
huic laudi uel gloriæ comparare: quæ uel ſola cunctas omniũ mortalium laudes & res fortiſſi
me geſtas lõge ſuperaſſe ab omnibus creditur. Quæ quidem res me prorſus facit ambiguum:
cui potiſſimũ Granatenſis uictoriæ gloria debeatur. Accedis tu magnanime dux tantis digna
progenitoribus ſoboles nulla ex parte eorum laudibus inferior. Qua re: ut ſuperius oſtendi: ſi
quantum me tua uirtus hortatur: tantas mihi uires eloquentia præſtaret: & ſi non quibus di
gnus es: te tamen quibus poſſem dux inſignis laudibus proſequerer. Sed cũ ingenii mei uires
non ignorem & animi tui excellentiam conſiderem: de ea prorſus tacere melius duxi q̃ pauca
dicere. Quis enim tanta dicendi copia præditus eſt & doctrina: qui non uirtutis tuæ ſplendore
ſuperetur? Noui nanq; quantum moribus integerrimis quantum uitæ ſanctimonia quãtum
religionis chriſtianæ nomine & operibus cæteriſq; uirtutibus polleas. Quod tum aliis ĩ rebus
ſemper tum uero poſt patris tui obitum multo clarius cognoſci potuit. Tunc enim q̃ iuſtus q̃
pius q̃ deniq; ſanctus eſſes oſtendiſti. Statim nanq; & omnibus domeſticis: qui & in tuo & in
patris fuerãt famulatu: liberali magnoq; animo ſatiſfeciſti. Tũ quoq; & tibi atq; his: qui apud
te uicturi erant: optimos mores & uiuendi ordinem compoſuiſti ſanctiſſimum. Cum itaq; tot
tantiſq; uirtutibus cultus uidearis indies te profecto multo maiora & egregia facinora facturũ
omnes exiſtimant. Cum igitur ita uiuas ita te geras nemo quidem dubitat te multo maiora re
licturum poſteris ea uirtutis exempla: quæ non parua ab deceſſoribus tuis accepiſti. Tuæ enim
laudis futuræ iam diu magna ſigna dediſti: tum aliis temporibus tũ uero maxime cũ in Afri
cam claſſem & magnum armatorũ numerum contra Mauros chriſtiani nominis hoſtes amo
re noſtræ religionis accenſus traicere iuſſiſti. Qui tuo dicto libenter audientes cum perangu
ſtum mare traieciſſent: captam Melillam uallo confeſtim foſſaq; muniuerunt. Et ab irruenti
bus undiq; Mauris & acriter oppugnantibus ſtrenuiſſime defendere. Quod uerſiculis quibuſ
dam uirtutis tuæ nouitate commotus delibaui. Quos ſi generoſiſſimo tuo animo ſatiſfeciſſe
perſpexero: maiori quidem cura atq; diligentia deinceps tuas & maiorum tuorum laudes ag
grediar. Nam & ſi uel doctrinæ uel ingenio diffido plurimum magnanime dux: me tamẽ ſin
gularis tua uirtus & meus in te non mediocris amor & obſeruantia cogunt: ut tuas res magnifi
ce geſtas ſermone uel inculto potius referam: q̃ prorſus intactas relinquam. Me enim cum alia
tua facta: tum uero quæ nuper egiſti uehementer hortantur. Quis enim munificentiam: qua
uel antea ſæpe uel etiã qua Ferdinando rege & Heliſabe regina Hiſpalim ex Granata uenienti
bus uſus es non ſummis efferat laudibus? Quos ingredientes non dicam quanto fulgore quã
ta tuorum equitum multitudine comitatus fueris: tacebo etiam quo deinde apparatu quibus
uel regalibus epulis non ſolum regem ipſum & utramq; reginam id eſt noſtram & Partheno
peam: ſed cardinalem quoq; alioſq; proceres complures excepiſti. Quos poſt lautiſſima & plu
rium dierum conuiuia non niſi maximis præcioſiſſimiſq; donatos muneribus dimiſiſti. Tran
ſibo inſuper ſilentio animi tui fortitudinem: quam contra Mauros in Langeronæ oppugna
tione non paruam quidem oſtendiſti: cuius expugnatio cum & obſtinatione roboreq; hoſtiũ
& aſperrima loci natura difficillima ac diuturna uideretur: tu tamen animo inuicto ad omnia
pericula & hoſtiles impetus omniũ primus occurriſti. Cuius præſentia & chriſtianis additus

Universidad de Deusto
Biblioteca



& Mauris ademptus eſt animus. Accedit tantis uirtutibus una dux excellentiſſime:qua qui
dẽ potes inter oẽs Hiſpaniæ proceres non immerito gloriari:ſolus eni tu liberales diſciplinas
& ingenuas artes colis & earũ ſtudioſos foues. Accipe igitur uir illuſtriſſime parua Siculi mu
nuſcula:quæ & ſi cum ampliſſima tua dignitate atq; excellentia comparanda non ſunt:tibi ta
men gratiſſima fore non dubito cum ab animo tibi deditiſſimo miſſa cognoſces. Vale Hiſpa
niæ gloria & decus ampliſſimũ ac Siculũ tuũ eſſe semperq; futurũ ſine dubio credas. DIXI.

## LVCII MARINEI SICVLI ORATIO AD RODORICVM PEMENTELLVM BENEVENTI COMITEM MAGNANIMVM.

MAgnam ac præcipuam hominum curam atq; diligentiam eſſe Rodorice Comes illu
ſtris:ut erga maiores deq; ſe bene meritos animum habeant non ingratum & ſapiẽtes
ſanctiſſime docent & ratio ipſa uirtutum omnium genitrix rectiſſime cõmonet. Quid
enim antiquius quid laudabilius quid deniq; ſanctius eſſe poteſt homini politico præſertim &
non indocto quam dare operam:ut ſuum a nemine iure deſiderari poſſit officiũ? Quod ſi quis
aut ingratitudine aut negligentia prætermittat:is quidem non humana ſolum uerumetiã di
uina uiolare iura non immerito exiſtimatur. Siquidem crimen uel maximum eſt nec a religio
ne noſtra magis alienum nec homini minus conueniens nec rationi quicq̃ cõtrarium magis
uideri poteſt:q̃ non & obſequium præſtare maioribus & de ſe bene merentibus non ſatiſfacere:
ue ſi ſatiſfieri non poſſit:habere tamen ſatiſfaciendi uoluntatem. Perpauci enim mortales in
alios uel honores uel officia conferrent:niſi eos ipſos de quibus benemerentur:ſi minus gra
tiam relaturos ſaltem non ingratus fore putarent. Ingratitudinis ergo culpa: quam ego non
ſecus ac ſcelus impium ſummumq; nephas ſemper exiſtimaui Comes inſignis:ne quandoq;
mihi iure obiici poſſet omni cura ſummoq; ſtudio ſemper uitare contendi. Ideoq; cum olim
Salmanticam uerſus proficiſcens ad te ſalutatum Benauentum diuertiſſem:tuq; me pro carmi
nibus:quibus tuas magnificas ædes & illuſtres decãtaueram:tua munificentia ſingulari & im
menſa animi tui liberalitate non niſi donatum magno munere dimiſiſſes:tum quidem ſtatim
mihi tua uel maxima uirtute perſpecta cogitare cœpi qua in re animum meum non ingratum
poſſes agnoſcere. Quum te igitur adire ſtatuiſſem mecũ muneris aliquid afferre tanq̃ Partho
rum regem ſalutaturus uehementer optabam. Cæterum cum mihi omnia munerum genera
deeſſent:gemmis enim & auro cæteriſq; rebus:quæ a magnis uiris ac diuitibus largiri ſolent
carebam:quæ licet habuiſſem te tamen iis habundare nõ ignorabam:ad litterarium munus:
quod mihi labor & ingenium comparauerat: confugere coactus ſum: ratus te pro animi tui
magnitudine laudes perpetuas & immortalitatis dona pluris facturum:quam illa omnia ua
na & fortunæ omnibus telis obiecta. Scripſimus itaq; opus de hiſpaniæ laudibus:quod tuo uel
ampliſſimo nomini dicatũ tibi magnanime Comes offerimus. Quod ſi non tibi tua præſtẽtia
& excellentia dignum uidebitur:exiſtimare debebis me non ita fuiſſe rationis expertem:ut te
digne laudatum operis noſtri dedicatione crediderim:ſed ut animi gratitudinem oſtenderẽ:
id operis tibi meoſq; labores:quum nihil aliud habuerim:dedicare uoluiſſe:tametſi ſpero Co
mes illuſtriſſime munus hoc noſtrum tibi fore non ingratum. Nam ſi recte quidem conſidere
tur ad tuam fortaſſe dignitatẽ & amplitudinem uidebitur pertinere. Sicut eni ſapientes olim
& orientes Magi ſydere ducti naſcentẽ chriſtum adoratum uenientes ei munera auri mirrhæ
ac thuris obtulerunt:quæ ſummo & æterno deo conuenire ac digna eſſe uidebantur: ita &
ego:quod tibi Comes inſignis maxime conueniret atq; tua ſingulari excellentia dignum ui
deretur:litterarum munus elegi:quo tuæ:quæ plurimæ ſunt & immortales:uirtutes ac laudes
ad uniuerſas orbis partes deferantur prædicentur:ut par eſt:& apud externos populos latino
ſermone notiores fiant. Tu enim ſolus es:aliorũ pace dixerim:inter omnes Hiſpaniæ uiros il
luſtres:quem quiſq;:niſi liuore fuerit impeditus:ſummis laudibus extollere colere & tanq̃ nu
men aliquod obſeruare magnopere debeat. Longe nanq; tu Comes magnanime non hiſpa
nos modo ſed aliarũ quoq; nationũ mortales nobilitate fortitudine conſtantia prudentia cõ



ſilio munificentia cæteriſq; uirtutibus antecedis. Ea enim bona conſecutus es:quæ pauci mor
tales adepti ſunt:quippequi fortunæ ingenii corporis & naturæ dotes te ipſm ditiorẽ illuſtrio
remq; faciunt. Primũ quippe munus tibi deus optimus maximus largitus eſt:quod es iis parẽ
tibus ortus:qui te nõ ſolũ nobilitate generis illuſtrarunt: uerũetiam ſuis q̃ optimis moribus &
magnificis exemplis adornarunt. Magni enim intereſt quibus quiſq; parentibus natus ſit qui
bus moribus educatus. Plures nanq; uidemus:quibus uel imbecillitate naturæ uel parentũ ne
gligentia prauus magis corporis appetitus quã diuina ratio dominatur. At tu ſummis & illu
ſtribus ortus parentibus & diligenter educatus omnia quæ & corpori uoluptati & animæ detri
mento eſſe poſſunt aſpernatus:ea dumtaxat quibus uirtutis honores & æternæ gloriæ laudes
cõparantur ſtudioſiſſime ſectaris. Qua in re tuorũ quidem maiorũ ſingularem illã q̃ te docue
runt excellentiã & uiuendi mores elegantiſſimos oſtendis:atq; illud Horatii poetæ pulcherri
me dictũ optime confirmans:nec colũbas aquilæ nec damas generant leones. Deinde te quo
q; cũ ipſa natura & labor aſſiduus tum etiã plurimum iuuit ingeniũ:adeo ut quæcũq; tibi fue
rint a parentibus relicta non modo conſeruaris:ſed tua quoq; militari ſumma uirtute & inge
nio ſingulari maiorẽ immodũ ſemper auxeris. Per te enim Pementellorũ domui atq; nomini
plurimũ claritatis acceſſit. Largita eſt deniq; tibi ipſi natura quandã etiã corporis excellentiã
& præſtantẽ pulchritudinem:qua te alios præſtare dubitare non debes. Non immerito igitur
munificentiſſime Comes his perornatus muneribus & naturæ dotibus:quæ pauciſſimis con
tigiſſe mortalibus arbitror:antonomaſiæ:hoc eſt excellentiæ tibi nomen comparaſti. Nã quũ
in Hiſpania Comes dũtaxat ſine nominis additione dicitur:te ipſm per antonomaſiam id eſt
per excellentiã ſignificari nemo eſt qui ambigat:ueluti quũ apoſtolũ dicunt Paulũ:quũ docto
rem Thomã:quũ Philoſophũ Ariſtotelẽ:quũ poetã Virgiliũ:quũ oratorẽ Ciceronem intelli
mus. Quã ob rem ſi uiris excellentibus Italia cæteræq; nationes gloriantur:noſtra tamen tẽpe
ſtate quũ cæteris plurimis:quos in hoc opere noſtro legendo cognoſces:tũ uero te uno gloria
ri magis Hiſpania poteſt. Non enim te ſuperaſſe animi robore atq; magnitudine crediderim
duos illos ſcipiones:qui fortiter in hiſpania ceciderunt. Nec tua Lucii Quincii cincinati: nec
Papirii militarẽ uirtutẽ maiorẽ putauerim. Immo tuã Quinti Fabii conſtantiã longe præſtan
tiorem eſſe mihi perſuadeo. Tuã præterea animi moderationẽ Valerii publiculæ atq; Furii ca
milli moderationi præponendam eſſe quis dubitat? Tua inſuper immenſa liberalitas atq; ani
moſa munificentia cuius liberalitatẽ non uincit? Adeo enim hac uirture tuus inuictus ac gene
roſus animus effulget:ut non Fabiũ ſolũ maximũ & Quintũ conſidiũ atq; Titũ quintũ Flami
niũ Romanos:ſed duos quoq; Siculos illos Hieronẽ Syracuſanũ & Aggrigentinũ Caſſium lõ
ge ſuperaſſe uideare. Quid præterea de rebus tuis ſapientiſſime fortiſſime geſtis cõmemorẽ?
Quippequi in re militari belloq; gerendo & prudentia & fortitudine ſingulari ſemper uſus es.
Quid deniq; de tuis muneribus referã? Quæ tũ plurima tũ ampliſſima per multis largiri ſoli
tus es. Quantũ autẽ hac animi magnitudine ſuperas omnes hiſpanos prouerbio illo intelligi
poteſt. Alii enim capto paſſere contenti uolantẽ Vulturẽ perſequi nolunt:tu uero:cuius mens
altior altiorẽ ſemper aſcendere locũ contendit:Paſſere neglecto Vulturẽ uolantẽ altius ueluti
nobiliſſimus Accipiter affectas. Cædãt ergo tibi Comes illuſtris omnes Hiſpaniæ proceres:ac
non cedant ſolũ ſed etiã tibi ſe plurimũ debere fateantur:per te nanq; illorũ uirtus nunq̃ dele
bitur:nec homines tantum Hiſpaniæ ſe tibi debere fateantur:ſed ipſa quoq; uniuerſa fateatur
Hiſpania:quæ non modo tuis illuſtrior uirtutibus facta eſt:uerũetiã tua cauſa eius laudes litte
ris a nobis celebratae fuere. Accedit huc excellentiſſime Comes:ut me dum tibi ſeruio & obſe
quiũ præſto Ferdinando quoq; regi & Hellisabæ reginæ noſtris chriſtianiſſimis principibus rẽ
gratiſſimã fecisſe credã. Illorũ eni res fortiſſime geſtas & gloriã immortalẽ ac Hiſpaniæ omnia
memoratu digna ſummatim litteris delibauimus. Omnes itaq; & qui noſtris laboribus comẽ
dantur & qui ex opere noſtro fructus aliquid percipient:hoc totũ tibi uni uiro magnanimo &
uirtutis amantiſſimo acceptũ referant. Ego enim & ſi me magna rerũ Hiſpanarũ fœlicitas ad
aſcribendũ hortabatur:ne ſolum tum fœlix & uirorũ facta illuſtria iacerent in tenebris:ut tibi
tamen ipſi ſatiſfacerẽ & obſequium præſtarem hanc ſcribendi prouinciam & ſupra uires onus

Universidad de Deusto
Biblioteca



aſſumere nõ dubitaui. Quare ſi quid omiſiſſe uidebor quod ſcribendũ fuerat:abs te primũ be
nigniſſime Comes:deinde a cæteris omnibus me uenia dignum exiſtimari uelim. Nam & ſi
hanc operis partem ædidimus efflagitatione multorum non tamen aſcribendo manũ omni‑
no reduximus. Diligenter enim quæcunq; ſcribenda ſunt requirã & ſtudioſe conſcripta tuo
iterũ clariſſimo nomini dicabo. Quare plenius opus non multo poſt a nobis Comes inſignis
expectato:in quo illorũ medebor doloribus:qui a nobis ſe neglectos fuiſſe fortaſſis exiſtimãt.
Accipe nunc igitur læto uultu noſtrorum laborũ primicias & munuſcula quædã uir inſignis
& Hiſpaniæ decus ampliſſimũ:quæ & ſi cum tua uel ampliſſima dignitate atq; excellentia cõ
paranda non ſunt:tu tamen pro animo tuo magno & excelſo mittentis affectũ & animũ tibi
deditiſſimũ ſpectare debebis. Fac igitur ut tibi munuſcula noſtra grata fuiſſe illuſtriſſime Co‑
mes intelligamus & operi noſtro inuidere poſſimus:qđ tanti uiri præſtantia ac maieſtate frua
tur. Illud enim hac de cauſa primũ fœlix exiſtimo:quod ſub tuo clariſſimo nomine æditũ pro
diit in lucem:quodq; primũ tuis manibus excipietur & in illam pulcherrimæ tuæ domus Be
nauenti bibliotecã reponetur. Quod & ſi ſenſu & anima caret mirũ immodũ tamen lætabitur
quum legetur abs te:in quo cumulate ſunt omnia quæ in ſummo ac perfecto uiro eſſe debent.
Admirabitur itaq; primũ uenerandam maieſtatẽ & grauitatẽ tuã:deinde uero humanitatem
clementiam benignitatem continentiam & liberalitatem cognoſcet. Contemplabitur quoq;
maximas res tuas domi foriſq; geſtas:intuebitur inſuper præſtantem illam tui corporis proce
ritatem atq; oris dignitatem & pulcherrimam formam:uidebit etiã clariſſimam tuã ſobolem
& Marchionem filiũ tuũ Hiſpaniæ pulcherrimum iuuentutis:intelliget deniq; te talem:qua‑
lem eſſe decebat eum uirũ cui Ferdinãdus & Helliſabe Hiſpaniæ Siciliæq; chriſtianiſſimi prin
cipes oĩum rerũ ſuarũ & regnorũ curã ueluti moderatori prudẽtiſſimo fidiſſimoq; demãdarẽt.
Vale Comes excellẽtiſſime ſpes bonorũ certiſſima:& Hiſpaniæ decus ampliſſimũ. DIXI.

Alfonſo a Segura Lucio Marineo præptori optimo.S.

NOn poſſem non uideri plane demens mi Luci uir eruditiſſime:ſi de tanto principe ſa
tis & plene & artificioſe exiſtimaſſem me dixiſſe:neq; non iudicari arrogans ne dicam
temerarius adoleſcẽs:ꝗ tãtilla eruditione nõ dubitauerim ſuſcipere materiã pene infi
nitã & nunꝗ ſatis pro dignitate exornandã:niſi eam:quæ tua percelebris auctoritas eſt:tu mihi
iniũxiſſes & diffidẽti feruẽtiorẽ animũ addidiſſes. Geſſi igiť morẽ ꝓceptor optime:& orõnẽ
iã abſolui:bellã fortaſſe ꝓ nr̃o ingeniolo:ſed ĩ qua nec electa ſunt uerba:& eſt auſteroſa iũctura:
nec ſplẽdor elegãs:nõ grauis cõcinitas:nõ ſũt affectus ita pleni:ſed hæc uſu ueniũt:ꝗ ĩ me pau
ciſſimꝰ ẽ:obſtrepit ad hoc cottidie laborioſa ꝓfeſſio:ꝗ uix mihi uel ad hãc rẽ noctes per paucas
ĩpertita ẽ. Proinde tuæ ſapiẽtiæ erit eã caſtigare:mľta lima cruciare:& crutiatã iã oratorio tuo ca
lamo exornare:ut cũ ad principẽ acceſſerit:non tã Segurã:ꝗ Siculũ & ob id ea pulchrior poſſit
parẽtẽ referre. Bñ uale æꝗ ꝓbitatis atq; lr̃arũ columẽ. Cæſarauguſtæ pridie kľs Maias. cccc c.ix.

Lucius Marineus Siculus Alfonſo Seguræ diſcipulo.S.

ORationẽ tuã quã de laudibus Antiſtitis nr̃i ſcripſiſti mi iucũdiſſime Segura quoties le
go & lego ſæpe nõ minus admiror ꝗ delector & delector incredibiliter. Eſt eñi pulchra
magnifica nobilis & gľoſa:ẽ elegãs ingenioſa dilucida numeroſa ſimplex apta diſtin‑
cta pornata nõ uulgaribus nõ fucatis ſed electis & ꝓpriis uerbis exculta ꝑualidis cõtexta mẽbris
& firmioribus neruis cõpacta. O felix adoleſcẽs:cui añ pilũ ſciẽtia grauitas cõtigit & oĩs uirtus.
O felices parẽtes:qui te talẽ genuerũt:quibus ſine ulla dubitatione ſummos honores & oẽs fe
licitates de te ſperare certe licet. Perge igiť adoleſcẽs macte uirtute:pge inꝗ plenius nr̃orũ prin
cipũ gratiã demereri:qui iã tibi plurimũ debẽt:ꝓptereaq; eorũ maximas laudes & uirtutes am
pliſſimas feliciſſimo tuo ſtilo cõplexꝰ immortalitate donaſti. Vale & Siculũ tui amãtiſſimũ
ut facis ama iterũ bñ uale mi Segura & ſalue.



Alfonſus a Segura Alfonſo Aragoneo Ferdinãdi regis filio Cæſarauguſtæ
& Mõtis regalis archiepiſcopo & Ara. diligẽtiſſimo ꝑſidẽti fœliciſſimã. S D

QVa inſignis humanitas ſpectataque facilitas facit præſtãtiſſime princeps: ut ꝗuis tibi
ignotus ego ſim & adoleſcẽs uix ultra primas lr̃as progreſſus nihil tñ impudenter feciſ
ſe mihi uidear:quod tuas res ſublimes & ſanctas oratione conatus ſim conſequi : eaq;
ſquallescenti & inculta. Præſertim Gaſpare Barrachino & Lucio Siculo duobus uiris prudẽtiſ
ſimis & tui nominis certatim amantiſſimis impellentibus. Ad quos cũ de propoſito retuliſſem
uterq; ut pergerẽ amantiſſime hortatus eſt. Tu igitur inclyte princeps in hac re ſi quid tibi place
bit totum illis auctoribus tribues. Qui tuas uirtutes tam continuo præconio prædicant : ut eas
mihi notas facile fecerint. Ego uero præſul mitiſſime te ſupliciter deprecor & ſi pateris oro: me
non tã temerariũ & arrogantẽ quod rẽ tantã ſim ingreſſus:ꝗ gratũ & piũ adoleſcentẽ ſuſpiceris:
& qui tuã probitatem ſi poſſem ornatiori ſtilo copioſius extuliſſem. Atq; ita ſpero fore:ſi nõ co
pia uerborũ nõ cultus nõ eruditio nõ elegantia tibi placebit:ꝗ oĩa tantã rẽ decebãt: meus tamẽ
conatus nõ omnino diſplicebit. Bene Vale omnis generis uirtutis unicũ exẽplũ.

AD ALFONSVM ARAGONEVN FERDINANDI RE
ris filiũ Cæſarauguſtæ & mõtis regalis archiepiſcopũ & arago.
præſidentẽ ſapientiſſimũ Alfonſi a Segura Oratio de laudibus
& pontificatus & regni diligentiſſime eius gubernationis.

I Nſolenter quidẽ fateor feciſſe me clariſſime princeps & nimis audater:qđ adoleſcẽs
ego & qui neq; ingenio neq; auctoritate ſum uel cũ mediocriter eruditis cõparãdus:
eã prouinciã ſuſceperim agrediendã:quã nõ hoĩes eruditiſſimi & prudentes nõ ſum‑
mi oratores nõ certe & in hac re exercitatiſſimꝰ Cicero nõ Demoſtones uel ab inferis reuocati ſa
tis poſſent cõplere. Tua tñ hũanitate fretus ego : ꝗ in te uno & cernitur maxima & laudatur ab
oĩbus:tua diuina generis nobilitate & rebus bene geſtis hic apud te dicẽdum inſtitui. Cuius ora
tionis quum ſe latiſſimus cãpus offerat:nõ poteſt mihi nõ eſſe difficile extremũ inuenire. Quã
ob rẽ ſi minus culte minus ornate & minus ſplẽdide dixero:ꝗ te tãtũ principẽ deceat: Tuã hũa‑
nitatẽ & clemẽtiã quæſo & obteſtor inclyte princeps nõ tã meo ingenio quamꝗ ſentio ꝗ ſit exi‑
guũ:ꝗ magnitudini rei tribuas:quæ eiuſmodi ẽ:ut nunꝗ ſatis luculenter ſed neq; ſatis abunde
tractari poſſit:& confideres pro tua probatiſſima uirtute meã erga te debitã & pietatẽ & obſeruã
tiã:ꝗ tanta eſt tuarũ laudũ admiratione perculſa: ut me ad hanc rẽ uehementiſſime cõmouerit.
Dicturus igitur rẽ maximã:qua potiſſimũ orõ mea ꝓficiſcatur nõ inuenio:ita multa ſe offerũt.
Quibus tñ de rebus dicẽdũ inſtituerim æquo iam aĩo:ut ſemꝑ ſoles: narrationẽ attendas quae
ſo præſul inſignis. Nemo equidẽ eſt princeps excellentiſſime:qui te naſcendi nobilitate inter re
liquos principes claruiſſe diiudicet:quin idẽ quoq; poſſit merito cõfiteri caſtã ac integrã & pon
tificatus & huius pãpli regni gubernationẽ in hũc diẽ cõſeruaſſe lõge omniũ fœliciſſimã. Quã
ob rẽ uereor ut huic rei ſatis poſſim facerẽ:de ea tñ ita dicã:ut cũ nihil addidero quãtũ ĩ me erit ni
hil tñ detrahã. Et primũ de genere ẽ mihi dicẽdũ:deinde de regni gubernatiõe ꝑ te tã mľtis ãnis
bñ acta. Tũ demũ de põtificatus ãpliſſima dignitate abs te ſemꝑ tã ſanctiſſime culta qđ reliquũ
ẽ dicã. Sed prius ꝗ dicã reqret fortaſſe aliqs & nõ ſine cauſa princeps maxime:qđ ſit:qđ tã pau
ci ſint:ꝗ hũc locũ uel tẽtauerint ante hac uel nũc audeãt cõtingere. Nẽpe qđ quũ tuas res geſtas
cõſiderãt & excellẽtes & magnas de te ſe nũꝗ ſatis dicturos arbitrant. Omitto nãq; tuas reliquas
uirtutes:quas ne diuino qdẽ ingenio cõprehẽdere liceret:ꝗ poteſt exiſtere ubertas ĩgenii tã ma
xima:ꝗ tãta copia dicẽdi uel in hoĩe eruditiſſimo:aut ꝗ tã diuina mens tã exercitata erit alicui
uel a cœlo ꝑter opinionẽ infuſa:ꝗ uel de tuo diuino genere bñ ualeat dicere? Eſt eñi genus tuũ
ante alios principes clariſſimũ illuſtriſſime princeps:qđ & potẽtiſſimũ ſemꝑ fuit & uirtutis ſin
ceritate ſane omniũ ꝑſtãtiſſimũ:ut uľ uolũtate diuina tui maiores oẽs nõ niſi ad imperia ãpliſſi
ma gubernãda nati eẽ uideant. Auos omitto & ꝓauos:quorũ pulcherrima uirtus & ĩ pace regnũ

Universidad de Deusto Biblioteca



ſanctiſſime conſeruauit: & in bello impetus hoſtiũ perſæpe repreſſit. Et hi inuicti ſemper rebel
les: ſi qui ad occupandam uel anguſtiſſimam prouinciam occaſionem aliquando quærebant:
& domuerunt & retinuerunt. Infideles quoq; chriſtianæ religionis: qui olim in Hiſpania infe
ſtiſſimi erant & innumeri diſſiparunt & fugarunt: diſperſos tandem honorificentiſſime & cum
regni per ampla amplificatione ſuperarunt. Tranſeo praeterea reliquos principes excellentiſſi
mos: quorum res geſtas & uirtutes ſingulares ſi recenſerẽ: ſcio orationi meæ fore maximo ſplẽ
dori: ſed longa ſeries eſt: & quæ ſi minus per me recenſeatur: eius tamen imperatoria uirtus ita
impoſteris gradatim conſperſa eſt & in te maxima: ut qui te nouerit & illos omnes. Ferdinan
dum autem optimum patrem tuum: quem honoris gratia nomino: & quod uero poſſum dice
re principum omnium maximum & fœliciſſimum; minime prætermittam. Cuius in ſingulis
rebus conſumatiſſima uirtus quum de te magnanime princeps tota hæc noſtra oratio uerſari
debeat: exponenda nobis eſt: ut qui patris ſummam prudentiam ingenium diuinum uirtutem
maximam uel cognouerint uel audierint unquam: iam eadem omnia in te eſſe intelligant ꝗ
accumulatiſſima. Eſt namq; in rege Ferdinando in regendo fœliciſſima uirtus: quam multis
annis maiores noſtri maxime deſiderarunt. Cuius in tota Hiſpania ea fuit diligentiſſima dili
gentia: ut qui antea erant aut prouintiae populi minus obſequentes & indomiti: aut loca
deſerta & inculta ſceleratiſſimorum metu: qui cum grauiſſime deliquiſſent omnia mortem ti
mentes miſcuerant & pertubauerant: iam & pacata & plana ſunt omnia. Eſt & fortiſſimi animi
ſolida grauitas & quæ principem tam maximum deceat. Eſt & uultus ſeueritas lætiſſima: ea
quidem ſceleratis formidoloſa eſt: cæterum eſt optimis quibuſq; præcioſa. Eſt etiam humani
tas indulgentiſſima: eaq; incredibilis: ut inter cæteras uirtutes in tam maximo principe huma
nitatem omnes admirentur. Qua omnium animos: tanta ea eſt: ita ſibi conciliauit: ut quum nu
per in regnũ Neapolitanum proficiſceretur per paucos menſes commoratus iam in tota hiſpa
nia eius iucundiſſimus conſpectus ab omnibus deſideraretur: & iam clauus regni gubernacu
lum peteretur. Hac enim humanitate regnum Caſtellae ampliſſimum & regit & conſtrictum te
net. Hac demulcet Cantabros: Gallecos allicit: hac mollitq; animos & temperat iras. Hac etiam
in ultimo terrarum orbe prouincias conſtantiſſimas conſeruat: Hac poſtremo quos latiſſimo
bello ſuperauit olim mauros nunc iam ſuo ductu in religionem chriſtianam conuerſos aman
tiſſime retinet. Verum eſt in eo ante alios principes ſumma rerum prudentia: Eſt ſummum cõ
ſilium: ut nihil ſit tam arduum nihil rurſus tam profundum quod idem quadam diuina pru
dentia non contingat expediat & conficiat. Iam demum Rex maximus Ferdinandus: ut pote
princeps æqui ſeruantiſſimus: principum omnium iuſtiſſimus eſt: qui reddat ſemper conueniẽ
tia cuiq; · Quare hoc merito dicam quum ſummus ille & maximus imperator Deus in Hiſpani
am e cœlo demiſit principem ſumma eſt tota ſimul Hiſpania beneficencia proſecutus. Is enim
ſtatim: quæ antea erat frequentiſſimis temporum calamitatibus & hoſtium accerrimis profli
gationibus maximis ſemper periculis uexata & oppreſſa. Hiſpaniam prope laceram uehemẽtiſ
ſime uigilantiſſimeq; reſarſit ac re ædificauit: & cum infidelium uaſtatione maxima non a pe
riculis modo ſed a metu etiam periculorum totam ſimul cum incredibili admiratione totius
orbis liberauit renouauit & in efflorentiſſimum ſtatum perduxit: ut iam honorificentiſſime ſu
ſtineat hodie. Atq; ſi diligenter tecum conſideras princeps excellentiſſime Rex maximus Fer
dinandus quid effecerit quid potuerit & quis princeps ſemper fuerit: non regibus modo qui
bus cum tot annos longiſſimum bellum geſſit: & his qui ſunt & illis Romanis: quorum egre
gia uirtus & in bello & in pace enituit clariſſima: eum antepones: ſed aut cum diis immortali
bus: quod dicitur: æquiperabis: aut certe ad terras diuinitus e cœlo demiſſum concedes. Et quo
niam non id agendum mihi eſt: ut eius res geſtas omnes commemorem: quæ poſſunt non ora
tionem modo ſed & uolumina plura complere: ſed ut cum patris ſummam uirtutem narraue
ro ad tuas latiſſime exponendas commodiſſime deſcendam: iam eius egregiam fortunam ut
breuiſſime potero percurram. Fuit enim Rex maximus Ferdinandus & ab infantia principum
omnium & qui fuerunt olim in bello fortiſſimi & ſunt hodie imperio potentiſſimi & erunt un
quam ſemper fœliciſſimus. Qui e ludo infantiæ ſtatim ad regnũ adminiſtrandũ profectus: ex



tinctas pene res publicas & quaſi lacerum principatum & in lucem ueram reduxit & totum di
ligenter conſtruxit. Aduerſus hoſtes religionis chriſtianæ: qui fere totam hiſpaniam per mul
tos annos occuparant: quam accerrime ſemper conflixit: ut quos alii omnes principes inſititi
os & infeſtos circiter per octingentos annos nulla ui nulla potentia potuerũt reprimere: unus
omnium inuictiſſimus Ferdinandus & breui expulerit cum gloria maxima & imperii & chriſti
anæ fidei amplificatione. Age uero illam rem: quæ patris fœlicitatem & fortitudinem apertiſſi
me declarat. Quis unquam uel potentiſſimus Gallos ſæpiſſime inſurgentes mouentes bella ſæ
piſſime & in regna aliena ſe inſinuantes etiam cum maximo exercitu potuit ſuſtinere? Supera
uit tamen hic ſemper Gallos & pauciſſimis copiis fretus. Quis præterea tam magnus inter chri
ſtianos principes eſt: quem & exteræ regiones ita perhoreſcãt? Siquidem & huius ſanctiſſimum
nomen & roboris pleniſſimum qui in occidente ſunt & colunt & uenerantur. Quæ tamen in re
liquis orbis partibus & ex torres prouinciæ ſunt hunc unum pertimeſcunt. Hic enim orientem
perturbat: Deterret hic Africam: Septentrionem fortiſſime reprimit. Hiſpaniam poſtremo ma
xime omnium glorioſe gubernat. Sed quid ego plura commemoro? Eſt hic: tanta eſt eius in om
nibus rebus dextera fœlicitas: quem totus orbis terrarum ſperat: quos reliquit infideles etiam
ab ultimis regionibus expulſurũ: ut qui hodie Hiſpaniam iuſtiſſime tenet aliquando ſub una
lege & ſub una eademq; chriſtiana religione ab Oriente: quod poeta ait: imperium Occeano
& famam terminet aſtris. Age ergo princeps maxime fatere uos omnes diuino quodam conſi
lio natos: quos omnes tam fortiſſimos tam ſapientiſſimos non niſi ad imperia amplificanda:
infideles expellendos & fidei ueram cognitionem elucidandam imperator Deus & a cœlo de
miſit: & in cœlo rerum potitos accipiet. An uero quiſquam dubitabit Ferdinandum patrem tu
um: omitto maiores: diuinitus a cœlo demiſſum? qui per tot annos totam Hiſpaniam tanta pa
ce tanta concordia tenuerit? Et qui tot uictorias tam maximos triumphos conſecutus potentiſ
ſime & ſanctiſſime hodie uiuat. Victurus quod omnes ſperamus & optamus tantiſper donec
ſua fortiſſima manu: quæ dextera eſt: infideles omnes qui ſunt ubiq; gentium quamplurimi:
deleat & in perpetuũ extinguat. An tu quoq; recuſabis antiſtes nobiliſſime te fœliciſſimo quo
dam ſydere natum? Qui tam maximo principe natus tuis eximiis uirtutibus patrẽ non minus
exornas quam ab illo exornaris. Quippe quas modo in patre regias uirtutes recenſui: eæ inter
omnes conſumatiſſimae reperiuntur. Siquidem eſt in te iuſtiſſima iuſticia: Eſt humanitas in
credibilis: Eſt fœlicitas maxima: ut iam uirtutes omnes cum imperio tecum pater impertiſſe ui
deatur perhumane. Sed hæc quam ſint in te omnia ſplendentia poſtea dicam. Modo illud dixe
ro multos fuiſſe principes maximos & ſanguine quam clariſſimos oriundos: uobis tamen nec
fuiſſe nec fore ullos præſtantiores. Qui & potentiſſimi eſtis & ſanguine diuis immortalibus con
iunctiſſimi. Quid inquies ſigni? certe quod uobis ſemper aſſenſerunt: uobis obtemperarũt ſem
per: ut in ueſtra utriuſq; poteſtate non terrarum modo ſed & cœlorum imperium depoſuerint.
Patri namq; terras ampliſſimas ſummus imperator Deus tradidit regendas. Tibi uero terras &
in quo patrem multo præſtas: cœlorum claues: ut & colliges & ſoluas dedit geſtandas. Sed hoc
in utroq; ideſt in patre & in filio principibus maximis maxime mirandum eſt: quod uterq; beni
gniſſimus uterq; humaniſſimus uterq; adeo affabilis ut ad uos qui ſe uolet inſinuare faciliores
aditus inueniat. Ita enim libere querimonias uel minimi cuiuſq; auditis: ita uos omnibus faci
les præſtatis: ut qui potentiſſima potentia principes omnes maxime excellitis facilitate quæ ue
ſtra gentilicia uirtus eſt: proculdubio infimis pares eſſe uideamini. Et cum in uobis uirtus om
nis bene magna eſt: in ſua poteſtate eſt. O clariſſimum & eorum qui fuerunt ante & poſt Cæſa
rem omnium fœliciſſimum. O uirtutem principis admirabilem litteris & litterarum monumẽ
tis & conſcribendam & decorandam niſi per poſteros eſſet illuſtriſſima: O princeps uel eorum
fortunatiſſime qui ſempiterna gloria fruentur: ad te inquã quiſquis es Cæſar nobiliſſime: qui
huius tam præſtantiſſimi tam excellentiſſimi: aut certe diuini generis primus pater es. Quæ tibi
tam fortunata ſors quæ natura ea tam dextera fuit quæ tibi tantopere fauit ut eorũ pater eſſes:
quorum ſtirps humana fuiſſe negatur? Deus ſiue ſis aliquis: ſiue homo potẽtiſſimus: certo ſcio
tuos poſteros principes maximos: & qui hodie regnant hũanitate & morũ ꝑſtãtia oĩ poſtremo

Universidad de Deusto Biblioteca



uirtute principum omnium præſtantiſſimos. Complura de maioribus & patre tuo poſſem di-
cere antiſtes ampliſſime. Qui te omnes tanta generis nobilitate tantaq; uirtute illuſtrarunt ſem
per & magnificis exẽplis ſantiſſimiſq; moribus adornarũt. Sed nõ id agimus ut quot & quãtas
res quæ uidelicet militiæ quæ terra quæ mari ſinguli geſſerũt pleniſſime prædicemus. Reſtat
quod alterum eſt: ut de huius Aragoniæ regni ſanctiſſima tua gubernatione & non pauciſſima
dicam: ex qua maxima laus gloria ſingularis & memoria ſempiterna nomini tuo conſtituta ẽ.
De ea tamen priuſquam dicam fateor quando libere licet loqui benigne præſul: quum ad hũc
ornatiſſimum locum aſcendere inſtitui nihil mihi confingendum conſtituiſſe. Et utinam in
me ea uis ingenii eſſet ea ubertas uerborum quæ in aliis eſt effluentiſſima: ut ea non dicam tu
as res maximas ſed quæ nota ſunt & nimis nota aut proferrem aut ſaltem animo cõſequerer.
Quod ſi eſſet affirmarẽ per ſancte ea poſſe me dicere: in quibus nihil eſſet: quo & maioribus
inuidere & minus poſſes cum diuis cœleſtibus comparari. Longe namq; tu princeps magnani-
me princepes aliarum nationum fortitudine cõſtantia prudentia cæteriſq; uirtutibus ãtecedis.
Qui: ut de te altius repetam & ea omnia quæ abs te confecta ſunt commemorem: ubi e diſcipli
na infantiæ exceſſiſti integerrime educatus: & ad pueritiam uix prætergreſſus: & his ſtatim ſtu
diis: quibus principes inſtrui ſolent elegantiſſimis quum traddereris regiam urbanitatem man
ſuetudinem humanitatem modeſtiam temperantiam poſtremo litteras elegantes ita imbibiſti
ut iam in te nihil præter ætatem poſſet deſiderari. Et in ea ipſa ætate grauitas quædam cum di
gnitate regia uidebatur ineſſe: quum iam eſſes nactus extremam pueritiam ad ſummos hono
res & tibi debitos: hoc eſt ad pontificatus dignitatem profectus ea grauitate ea ſapientia eam gu
bernaſti: Vt non pueritiam: ſed adultam ætatem & grauiſſimam & ſapiẽtiſſimam in te omnes
intuerentur & admirarentur. Quid amplius dixero in ea ætate quantum manſuetudine & hu
manitate præſtiteris. Hoc facilius ex aliorum & conſono ſermone declarabitur: qui plurimus &
honorificentiſſimus ubiq; de te habetur: quam ego potero uel longiſſima oratione dicere. Quũ
enim ſciamus omnes homines & ſapientiſſimos in tantis rebus collocatos ſolere commoueri
certa quadam ſui opinione. Tu uero & in moleſtiſſima ætate non modo pontificatu non com
moueri paſſus es: ſed quod eſt maxime mirandum: ne ætate quidem unquam ſuperari. Non e
nim te aut genus diuinum ad ſuperbiam mouit. Non aut pontificatus ad inſolentiam: nunquã
poſtremo ætas ad prorruptam temeritatẽ incitauit. Quæ uirtus & rariſſima in adoleſcente prin
cipe ita maxime & admiranda & laudanda. O ſapientiam adoleſcentiæ ſingularem. O nunq̃
ſatis in tanto principe laudatam ætatem. Quæ multis exculta uirtutibus bonis moribus infor
mata ſe ipſa per ſe ſingulari prudentia ſuperauit. Quid igitur putandum eſt in reliqua tua ætate
clariſſime princeps? Quam in adminiſtratione huius regni non ſine tua maxima gloria & im-
mortalitate in hunc uſq; diem egiſti fœliciſſimam? Qua de re pauciora dixero ordinem breuiſ-
ſimum ſubſecutus. Etenim imperante iam Caſtellæ regno pa tre tuo rege Ferdinando cum di-
ua Iſabella reginarum grauiſſima: & quidẽ duobus principibus & maximis & fœliciſſimis Ioã
ne Aragoniæ rege auo tuo uita antea defuncto: unus tu & adoleſcentiam uix introgreſſus: huic
regno ſuccedas uno omnes conſenſu magnates depoſcunt. Iam enim quam in te monſtrarat
puericia probitatem: ea ſatis erat perſpecta. Quæ etiam uirtutis ſigna in infantia & quæ in pue
ritia apparuiſſent multis in rebus apud omnes erant per quam probata. Quid adoleſcẽtia: quid
ne firmior ætas promitteret ab ante acta tua caſtiſſima ætate quaerebant omnes. Te itaq; ma-
gnates uolunt. Te petunt equites. Te proceres depoſcunt. Ciues cupiunt. Te poſtremo omnis
populus expectat: ut regnum hoc continuis temporum anguſtiis afflictum erigeres: & longiſ-
ſimo bello prope lacerum conſtrueres. Proh ſumme Deus: tantum ne poterat unius principis
& in adoleſcentia ſtrenua uirtus? Tantum prudentia? Vt quas gentes exhauſtas maiores afflixe
runt unus erigeres? Vnus omnia ſubires? Vnus tuis humeris ſuſtineres omnia? O princeps ſapi
entiſſime: concede age hac in parte præterire me quanta fortitudine: quanta induſtria Quan-
to conſilio Quanta prudentia Quanta demum omnium admiratione ſtatim quum regnum
hoc tibi traditur: regnum hoc conſtitue ris & confirmaueris & ex ſumma rerum inopia in ma
ximam ubertatem reuocatum refertum pacatumq; reddideris. Scimus namq; in multis bellis



& domeſticis & externis irruptiones maximas excurſiones frequentes congreſſus grauiſſimos
inſidias direptiones prædas certe calamitates innumeras in hoc regnum inuaſiſſe ut pleraq; lo
ca fuerint deſerta tandem pene diſſipata & uix recõciliata per te princeps optime ſunt iam om-
nia & plena & conſtructa. Tuo enim aduentu ad pricipatum rebus omnibus omnia ornatiſſi-
ma ſunt & referta: Omnia tutiſſima ſunt & compoſita: Omnia poſtremo in efflorentiſſimo ſta
tu: quæ tua prudentia eſt: per te ſunt conſtituta. Age uero tunc princeps excellentiſſime Quid
animi putas fuiſſe: quid ne fuiſſe ſperandum exiſtimas huic Aragoniæ regno in reliqua tua gu
bernatione? Quum te talem tam magnanimum tam induſtrium tam conſultum tam pruden-
tem in ipſo primo: quod aiunt: introitu exhibuiſſes? Laudant omnes integritatem prudentiam
probant omnes & ætatem admirati uenit ecce iam uenit per quem ſaluati ſumus & liberati: qđ
cantatur: uno omnes ore clamitãt lætantes. Hic multa prætereo & quia omnibus ſatis ſunt per
ſpecta: & quia uereor ne quum dicam perſequutus omnia rerum potius deſcriptor quibuſdam
uidear. Nunc ad reliquam in hunc diem gubernationem iam accedo. Modo prius hoc dixero
In hoc regno gubernando diuinam fuiſſe atq; incredibilem tuam uirtutem: & a maioribus tra-
ditam & ante alios omnes ab egregia natura tibi conciliatam. Confirmato iam regno & circun
quaq; firmiſſimis præſidiis munito & etiam aucto: eæ uirtutes omnes in regendo poſt hac
in te fuerunt: ut quæ ſentio dicam immo: ut quæ ſentiunt omnes qui rebus a te geſtis interfue
runt te comitabantur uirtutem tuã admirantes tibi referam antiſtes ſapientiſſime: quas modo
In patre tuo rege Ferdinando tranſeunter recenſui: & ſunt hodie ita magnæ: ut auſim affirma-
re in reliquis omnibus principibus: quos aut uidimus aut audiuimus maiores non fuiſſe. Exiſ-
timo enim ego ſic in optimo quoq; principe ad regnum conſeruandum has uirtutes ineſſe o-
portere ad regendum prudentiam & conſilium: ad communem regni ſocietatem contuendam
Iuſticiam cum benignitate coniunctam: tum demum ad retinendum indulgẽtiſſimam huma
nitatem: quæ omnia nullo modo dubitare debemus æque atq; in patre tuo rege Ferdinando
In te ſuiſſe ſumma. Audebo etiam dicere: cum aliorum principum bona uenia: poſt patrem ea
in te fuiſſe ſolo & diuinitus infuſa. Cuius in regendo hoc regno ſemper & quieto & efflorenti
diuina uirtus neſcio plus ne ſit admirationis quam gloriæ apud poſteros habitura. Age enim
ſapientiſſime præſul quis princeps fuit unquam: aut ex illis Cæſaribus quos legimus imperio
Romano potentiſſime & per multos annos imperaſſe: Aut ex illis quorum Græcia iactat præ
clara facinora: Aut quos Gallia effert: & potentiſſimos & ſapientiſſimos. Quis inquã princeps
fuit tam prudentiſſimus ac perinde cõſultus qui oppida ciuitates prouincias poſtremo totum
Imperium ita conſtituerit: ita præſidiis omnibus munierit & compoſuerit: ut poſtea cum ſum
ma tranquillitate & ocio eadem & æqua & læta fortuna perſunctus ſit ſemper? Et non aliquan
do aut cum exteris nationibus infeſtiſſimos conflictus: aut inteſtina bella exorta: diſſenſiones
ſæuiſſimas & reipublicæ laboranti extimuerit: Rariſſimus profecto princeps fœliciſſime is eſt
cui eadem quæ ſolet eſſe temeraria fortuna non aliquando inſidietur. Rariſſima inquam fœ
licitas eſt & ſumma dignitas & rerum maximus ſucceſſus quem non ipſa deperdat aut ſaltem
aliquando peſſime concutiat. At uero tu princeps ampliſſime quæ tua fuit ſemper maxima
prudentia & fortuna fœliciſſima: ita ſemel totum hoc regnum multis calamitatibus afflictum
& in miſerias redactum ſummo conſilio & prudentia ſingulari pene ab interitu uendicaſti &
reſtituiſti & confirmaſti: ut per uiginti annos & eo amplius ſuſtineas efflorentiſſimum rerum
omnium abundatiſſimum pleniſſimum: & quod admirationem omnium auget: in ſumma
tranquillitate ſumma amicitia ſumma concordia: in pace poſtremo diuturna præ cæteris om-
nibus conſeruatum bene gubernes: Quam ob rem non regniculæ modo ſed exteræ etiam gen
tes omnes tam barbaræ quam chriſtianæ a gadibus uſq; auroram & gangem in te uno non pri
us unam quam ſimul omnes uirtutes: ita ſunt omnes ad amuſſim & libellam: quod dici ſolet:
& egregiæ & perfectae & admirantur & ore pleniſſimo collaudant. Mirantur namq; regnicolæ
mirantur exterarũ nationũ principes: miratᷣ etiã pater tuus rex Ferdinandus & inauditã pru-
dentiã & conſiliũ infinitũ & gubernationem lõgiſſimã maxime omniũ glorioſam ut ſecũ geſti
at ſecũ gaudeat ſibi inter caeteros fœlicitatis fructus ãpliſſimus maxime gratuletᷣ: q; te tã excellẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



tē tam magnanimum tam grauem tam humanum & manſuetum & clementem & ad acceſſio
nem ſuarum laudum & filium & principem & ſuæ uirtutis ſingulare exemplum genuerit. Vi
det profecto & ſentit præſtantiſſime princeps inuictiſſimus rex Ferdinandus: te eum eſſe in cu
ius ſingulari prudētia & conſilio diuino liceat omnibus ſperare magnum quiddam: Sperat e-
nim ipſe quod nos ſperamus etiam fore te uno comite totam Africam occupantes mauros ſi-
mul & Aſiam ſua ualentiſſima manu ac perinde fœlici glorioſiſſime & facile ſuperaturum. Iam
quid exiſtimas huius regni magnates proceres & primates omnes de te poſſe exiſtimare præſul
ſapientiſſime? Te unum amant principem appellantes. Te unum colunt: te ſummis laudibus
efferunt. Te & admirantur & uenerantur. Pollicentur ſibi de te ob tuam præclariſſimam uir-
tutem memoriam glorioſam. Se enim gloriantur omnes ſe iactant ſe merito oſtentant: quod
te tantum tam fortem tam integrum principem ſint ſortiti. Qui & in pace longa maiores uicto
rias: maiores triumphos ſis conſequutus: quam uel Cæſar ex Gallia: uel ex Hiſpania Ponpeius
multis rebus bene geſtis reportarunt. Maiores etiam quam Alexander ille Macedonicus cuius
res geſtæ ſcribuntur maxime: ut pene totum orbem terrarum ſibi potentiſſime ſubegerit. Siqui
dem gentes illi domuerunt multis humanis uiribus & ad caſum afflixerūt: & immanitate bar-
baras: & multitudine innumeras. Exteras prouincias uicerunt: Diſiunctiſſimas terras ſupera-
runt. Quibus rebus perpetuam ſibi omnes laudem compararunt. At in his omnibus multa mi
lia hominum: multas cohortes multas turmas multos exercitus profligatos amiſerunt: & teme
ritati fortunæ ſemper confiſi ſæuiſſimas clades & ſtrages atrociſſimas perſæpe paſſi ſunt: ut glo
riam iſtorum cum calamitatibus: & profligatis multis rebus ſuorum ſi bene compares: caſus tā-
tarum rerum tam inhumanos tam inauditos doleas & uictorias inſolentes triumphos ſuper-
bos non multum admireris. Tua tamen uictoria excellentiſſime princeps longe ſanctior eſt &
magis clara eſt & triumphus multo præſtantior. Quem non cladibus: non cuiuſquam calami-
tatibus: non milibus hominum: ſed aduerſus calamitates & anguſtias pertimeſcendas: quæ an
tea in hoc regno fuerunt domeſticæ. Multa prudentia diuino conſilio pacis diuturnitate longi
ſſima & præclariſſimum & ad milleſimum annum immortalem tibi comparaſti triumphum.
Itaqꝫ princeps maxime celebrabuntur olim tuæ res clariſſimae in gubernatione geſte non litte
ris ſolum ſed etiam omnium linguis. Hoc certe ſcio nunquam Aragonia de tuis laudibus con
ticeſcet. Nunquam de tuis rebus iuſte recte prudenter ſapienterqꝫ factis: ulla unquam diuturni
tas temporis tantum detrahet: quantum Aragonia ſi modo grata fuerit: quod certe erit: tibi &
ſummis laudibus afferet ſemper: quod eam ita moderate compoſuiſti & compoſitam exornaſ
ti & exornatam ampliorem rediddiſti & amplam grauiſſimo iudicio & maximo incolumem cō
ſeruaſti ſemper: ut ſine dubio fateantur omnes: præter tuam ſapientiam: quam rerum omnium
aiunt dominam fortunam & pauciſſimis conſtantem: eandem conceſſiſſe tibi: tuam eſſe totam
& in ſingulis rebus propriam eſſe fateantur. Vidēt profecto & plane cognoſcūt clariſſime prin-
ceps diuinam tuam uirtutem: quam cum diuis immortalibus conferendam nedum principi-
bus potentiſſimis & regibus clariſſimis anteponendam exiſtimant. Summa ſunt in te omnia
ſumme princeps & maiora quam uel ullius ingenii flumen uberrimum: non dicam aut dicen-
di aut ſcribendi maxima uis & copia exornare ſed ne enarrare quidem poſſit. Quid auctorita-
tem tuam quāta & quam magna ea fuerit apud omnes commemorem? Etenim auctoritas uel
in regendo ſingulari quodam magiſtratu multum ualeat eſt neceſſe. Et quis quam dubitabit
tuam plurimum ualuiſſe auctoritatem? Quem uel ſolo nomine tantum compertum eſt effeciſ
ſe te quantum præſentia alii uix efficere potuiſſent. Age uero huius regni amicitiam & concor
diam laudādam: quæ tuam ſatis aperte declarat auctoritatem: quod nemo fuit unquam ne ex
his quidem qui in ſummo rerum faſtigio compoſiti plus nimio ſuperbire ſolent: qui non tibi
reuerenter obedierit: & uel ipſius nominis maieſtatem extimeſcens grauiſſimam praeſentiam
non coluerit. Quod ſi quando effrenatus furor uel inter equites uel proceres: uel ciues immur-
murauit uel ſub obſcurus: quod nonnunquam fit: parte compreſſus eſt & extinctus ſapientiſſi-
me. Poſſem tuam auctoritatem diffuſius multis tuis exēplis cōfirmare: niſi ea eſſet omnibus ꝗ
notiſſima. Verū ex omnibus unum hoc ſummā: qđ recens eſt & plane demoſtrat quāta te om-



nes beniuolencia amplectantur: qua & quanta pietate & reuerentia tuam regiam maieſtatem
& ſuſpiciant & uenerētur. Quum enim nuper inter fratres minores ordinis: quos ſcilicet aiunt
& obſeruantes & cauſtrales: apud ſancti Franciſci huius nobiliſſimæ ciuitatis cælebre monaſte
rium: nefandiſſimus impetus exoriretur: tantus hinc inde furor uulgi concitatur: tanta uis ar-
morum inſurgit tam ardenter inflamātur omnes ut nulla prudentia nulla uel tua ueneranda
præſencia frenari ſed neqꝫ ullis armis dirimi arbitrarentur omnes. At uero iam tota hæc ciuitas
ſtatim peritura.
Cum pietate grauem: ac meritis regemqꝫ uirumqꝫ
Conſpexere: ſilent: arrectiſqꝫ auribus aſtant.
Quod poeta canit. Mula enim uectus & uirgam ad morem Publii Craſſi manu gerens: quum
in ardentiſſimū animorum ardorem fortiſſime prorumperes nullo armorum periculo perter-
ritus: placati omnes: mirabile dictu: genibus flexis arma depoſuerunt. Viciſti conſpectus maie
ſtate furiam uulgi inflāmatam. Leniiſti conſilio armorum iram præcipitem. Furorem uehemē
tiſſime incenſum prudencia comprimens in pace omnia compoſuiſti & ab incendio maximo
totam ciuitatem liberaſti. Et ſi fortitudinem quaerimus. Eſt uehementiſſima & animi conſtan
tiſſima magnitudo uiribus pollens: laborum patiens: & quas niſi pontificatus ſacratiſſima di-
gnitas negaſſet ampliſſimam gloriam in hodiernum diem ſua uirtute conſequi ualuiſſet. Eam
namqꝫ uel in eo potiſſimum prælio: quod apud oppidum quod uulgo Salſulas appellamus:
& atrox comiſſum eſt contra Gallos apertiſſime conſpeximus fortiſſime princeps. Qui cum in
ſolentes Galli in tuam cultiſſimam poſſeſſionem ſe inſinuaſſent: Eſt enim Gallis omnibus ab
ipſa natura quædam inſtituta atqꝫ audax ingenita ſuperbia: exercitu iam comparato: tu quoqꝫ
armatus: quæ tua eſt pulcherrima ac eximia corporis magnitudo: fulgoris inſtar perlucidus ita
fortiter in confertiſſimos Gallos prorumpis ut uniuerſos ſuderis atqꝫ fugaueris cum tua ingē-
tiſſima gloria & certe niſi tunc a benigniſſimo patre fuiſſes reuocatus: non prius abſtinuiſſes ꝗ
tuo glorioſiſſimo Marte totam protinus Galliam tam audaciſſime tam impudentiſſime toti
ens inſultantem totiens Hiſpaniam tam pertinaciſſime prouocantem & proſtrauiſſes & deleui
ſſes etiam ut manerent ea fata nepotes. Venio iam ad iuſticiam: cuius tu inter omnes principes
præcipuum certiſſimumqꝫ exemplum ab omnibus prædicaris. Etenim ut reliquas omnes uir
tutes in ſe iuſticiam continere conſtantiſſimum eſt ita maxime eam in te uiguiſſe integram &
conſcientia immaculabili ſuffultam ſemper Aragonia ſenſit & hodie multis uirtutis & bonita
tis tuis exemplis manifeſtiſſime cognoſcit. Sed neqꝫ enim tam latum regnum ſi tecum animad
uertis uel conſilio diuino ab omni fortunæ fallacis iniuria ita diutius conſeruaſſes ampliſſime
princeps niſi illa quæ quōdam ad ſuperos Aſtrea receſſit: quod ſatirycus poeta dolet: te præ cae
teris principibus & æquitate & probitate dulciſſime fouiſſet: ad te unum tanquam ad ſedem in
tegram & nullibi corroſam iam delapſa. Et ſi ita eſt quod is iuſtiſſimus eſt: quod certe eſt: qui
ut Seneca inquit deum timet deum amat deum ita imitatur ut uelit omnibus prodeſſe & nulli
nocere: nihil eſt quod dubitare debeamus principes omnes æquitate longe poſſe te præſtare.
Qui religioſe & pie deum timeas ſemper: legum mandatorumqꝫ diuinam obſeruationem ſan
ctiſſime ſemper obſerues omnes colas & uenereris quod deum maximum & omnipotentem
fide & religione uitæ ardentius ames? Apertiſſime uidemus: qui reliqua nunc tranſeo: uel eius
dulciſſimum nomen auditum palmis ad cœlum ſubleuatis: genibus ad terram protinus de-
flexis reuerenter colis ſemper. Sed de hac re latius poſt iam agam cum de cultiſſimo tuo ſacerdo
tio uitæqꝫ ſanctiſſimo inſtituto quod potero maxime præſul monſtrauero. Nunc reliquum per
ſequar: & an ſit hodie quæro aliquis qui in ſeruanda iuſticia amanda æquitate probitate tueā-
da deum obſeruantius & puriori animo imitetur quam tu æquiſſime princeps: nemo eſt me
Hercule nemo: & ſi quis eſt certe chriſtianiſſimus Ferdinandus pater eſt. Cuius tu puriſſimo la
cte: quod dicitur: es nutritus & ſanctiſſimis moribus inſtitutus. Solus enim tu es iuſtiſſime præ
ſul quem omnes Aragoniæ populi ore conſono confitentur & prædicant quod uis damnum
libentiſſime paſſurū dūmodo æquitatis integritatē: qđ de iuſtiſſimo ac perinde probo Seleuco
locrēſi in gubernatiōe praedicatur: bñ ſcſeqꝫ cōſerues. Tātū iuſticiae & æqtatis monumētū apđ

Universidad de Deusto Biblioteca



te ſemper ualere & exiſtimat & reipſa concernit. Et dic age princeps egregie parum ne tibi ex/
iſtimas gloriæ & immortalitatis comparaſſe iuſtiſſima iſta uitae inſtitutione: qua omnium be
niuolam opinionem ita tibi rapuiſti? Et ſane eam longe maiorem animis mentibuſq; ſuis defi
xam tenent omnes: quam uel tu tibi poſſis perſuadere: uel ego hic refertiſſima atq; ornatiſſi
ma narratiõe poſſim recenſere. Et uis ſcire quæ nam ſit in hac re de te apud omnes exiſtimatio?
Hæc ſcilicet: per totum principatum intuenda iuſticia nullam potentiam: nullas diuitias nobi
litates nullas clientelas nullos poſtremo animi affectus ultra modum excedẽtes: qui ſolẽt prin
cipes etiam ſapientiſſimos a recto promouere: te abs tua gentilitia æquitate uel ungui tranſuer
ſo: quod dici ſolet: deuocaſſe. Sed uoluiſſe te ſemper indigniſſimum ſcelus: flagitium immane
atrox exardecenſq; uitium caſtigatum: exiciales libidines compraeſſas: ſuperbiam elationemq;
concuſſas direptiones latrocinia cædes & has publicas regnicolarum peſtes: hoc eſt factiones fa
uores ruinas rerum uaſtitates omnes poſtremo regni maculas deterrimas ſublatas deletas & cũ
radice duriſſima longiſſime extirpatas: deniq; communem æquitatem conſeruatam ſua cuiq;
tribui uoluiſſe te ſemper. Quæ omnia niſi in ſanctiſſimum principem: qualis tu his noſtris tẽ
poribus es: cadere nullo modo poſſunt. Et iam nota eſt probitas nota eſt integritas nota con
ſtantia nota certe tua uirtus & inaudita eſt: cuius exempla hoc in loco prætereo tam plurima
quam maxime nota: propterea quod ea indies elucefcunt clariora & quæ olim ad tuam inſi/
gnem memoriam poſſint extare. Enimuero quem tam iuſtum tam æquum tam conſtantem
principem ſemper duximus eum reliquum eſt futurum diuinum concedamus. Hic omitto tu
am modeſtiam & temperantiam: nihil de continentia loquor: nihil hic de fide publica & pri
uata diſputo principes: quibus uirtutibus poſſes ſæculorum omnium perpetuitatem merito
mereri. Ad liberalitatem autem iam accedo: & quæ uirtus regum imperatorumq; eſt & huic de
qua modo dixi æquitate tua coniunctiſſima: ſiquidem is ueram incorruptamq; iuſtitiam exer
cebit: qui liberalis erit. Tua igitur munificentia animi eſt excellentiſſimi & locupletiſſimi prin/
ceps: quem ipſius liberalitatis largiſſima præcordia habuiſſe: & quaſi officinam munificentiæ
quãdam fuiſſe te ſemper: quod de Agrigentino Gillia legimus: tua manus ſemper aperta teſti
monium clarius eſt quam ut hic ſatis dignis laudibus poſſim proſequi. Et profecto uel ob id i/
pſum tua & perfecta liberalitas laudanda eſt: quod nihil ad famam nihil ad gloriam nihil ad ia
ctantiam & oſtentationem referas: quales ſolent eſſe hodie pleriq; principes glorioſi: ſed om/
nia ad honeſtatem ad miſericordiam: ut egeſtoſos iuues calamitoſis proſis quæ generoſi animi
& magnifici ſunt: omnia deniq; ad conſcientiam elargiaris. Omitto quam libenti animo & be
nefico ſingulis diebus uniuerſis ingentem elemoſinam partiaris. Quid referam illa alimenta:
quæ priuatim & occulte fame morbo inopia laborantibus quotidie tribuis? Quid dotes maxi
mas uirginibus paupertate præſſis redditas? Quid orbis: quos eoſdem orphanos appellamus:
fortunæ curſu quaſſatis & afflictis continua ſolatia commemorem? Quæ te ſola uirtus niſi fuiſ
ſes futurus immortalis æternae pertinaciq; memoriæ poſſet immortalem principem comen/
dare. Et quum omnes ſint in te uirtutes & ſane perfectiſſimae: ut quæ inter omnes præſit ne tu
quidem ſcias deſtinguere: ex omnibus una hæc eſt eademq; rariſſima qua deum maximum &
omnipotentem optimo tuo iure promereris. Cõcedat ergo hac in tua quaſi propria uirtute Fa/
bius maximus cuius animus in redimendis captiuis ab Hanibale pœno per quam largus cele/
bratur. Fateatur hoc idem Quintus Conſidius: quem Romana ſcripta afflictæ rei publicæ præ
ſidium conſcribunt. Deſinat iam Quintus Flamminius quam tantopere oſtentat in omnes
Graeciae urbes liberalitatem admirandam. Remittat Syracuſanus Hiero oportunam ad po/
pulum Romanum munificentiam. Paciatur poſtremo Agrigentinus Gillia: cuius liberalitas
fuit diligentiſſima abs te uno eoq; principe maximo iam tandem ſuperari. Cuius in donando
utraq; manus benefica eſt: animus uero multo eſt locupletior. Iam uero bonarum artium
ſtudioſis nullum auxilium nullumq; numen praeſentius & magis propium uſquam genti
um aliud eſt. Quos abima faece & omnium deſpectu ita tueris & conſeruas: ut cum ad di/
gnitatem erigas hunc: illum autem ad honorem amplum euehas: litteras iam iam prope caſu
ras cum celebritate tui nominis ſatis honorifica ſuſtineas ceateris principibus decentiſſimum



exemplum. Et niſi eos ita large proſequereris beneneficiſſime princes nemini dubium eſt quin
quod ſatiricus poeta clamat. Balneolum Gabiis docti conducere furnos. Tentarent. Tanta eſt
his noſtris temporibus litterarum uilitas. De humanitate poſtremo & clementia tua poſſem ex
hoc loco permulta uerba facere: Quæ firma ac ſtabilis totius ſimul regni cuſtodia etiam in te
quemadmodum in patre nuncupata eſt. Quæ tamen ſupra multis & ſatis diffuſe diſſerui eam
ita per omnes gradus laudabilem demoſtrant: ut ſuperuacaneum putem hac imparte rurſus
enarrare. Si modo eam hoc uno confirmauero dulciſſimam: fœliciſſimos fortunatiſſimoſq;
eos eſſe: quos tua dextera gubernatione hoc eſt conſilio iuſticia humanitate & clementia tam
plurimos annos ab omni uentorum uehementiſſime perflantium uaſtitate & impetu defenſos
conſeruas: nedum eos qui apud te ſemper commorantes tuo humaniſſimo ac perinde inclyto
conſpectu fruuntur aſſidue. Quare ne hac in re longiori influens exornatione oneroſum tibi fa
ſtidium moueam æque tibi clementiſſime princeps atq; huic Aragoniæ regno gaudendum &
gratulandum exiſtimo: & ob tam inclytam utriuſq; fœlicitatem utriq; alteri. Gaude ergo age
princeps illuſtriſſime tua iſta tam excellenti & nunquam peritura laude qui non ſoli tibi natus
non uixeris tibi ſoli fruere etiam fœliciſſima tua fortuna gloria tam effulgenti & æqua. Fruere
inquam tuæ gubernationis tam præſtanti & excellentiſſimo triumpho: qui iam eoſdem termi
nos perbolat: quibus ſolis curſus & circuitus cõtinetur. Gratulare age princeps ampliſſime ma
xime tuæ uirtuti: cuius effulgentiſtimum nomen longe iam lateq; uagatur. Gratulare fœlicita
ti rariſſimae: cuius uere laudis tantus etiam ſplendor erit impoſterum: ut legentes poſteri tuas
res geſtas opinione maiores admirari poſſint & ob ſtupeſcere. Et per immortalem deum ex tua
hac ſapienti moderata & incredibili uitae ratione inclytam & immortalem memoriam tibi
comparaſſe te potes merito gloriari præſul ſapientiſſime. Nunc ad pontificatum ultra perſeue
ro. De qua re breuius fortaſſe quam decuerit: Quippe cum pro multis & magnis: quæ poſſent
de tuo iſto ſacerdotio dici ego pauciſſima quædam dixero. Et demens profecto ſim uelle om
nia exequi in tam ubera exhauſtaq; materia: quæ multo eſt amplior quam cuius exitũ poſſim
inuenire & meum ingeniolum capiat. Vereor præterea ne te maxime princeps longiori quam
decebat expectatione detinuerim. Dignitas igitur iſta tua iuſtiſſime præſul ut digniſſima ẽ per
ſe & maxime ueneranda: ita eſt in te uno decentiſſima: ut in nullo magis eſſe poſſit. Multum et
enim refert in quo uiro quæq; dignitas ſit colloquata. Et me Hercule niſi hoc tempore ubiq;
gentium in hac re res omnes agerentur inuerſae huiuſmodi dignitates & honores ampliſſimi
ſummæq; poteſtates & rerum humanarum faſtigia ſupergreſæ & ſanctiſſime ſolis principibus
debitæ ſolis quidem & magnis principibus traddi debuiſſent. Equum eſt enim ab iiſdem uiris
quos ornant poſſe ornari etiam dignitates: rurſus indecorum eſt ne dixerim abſurdum nimis
& indignum tanto hoc cultu tanto ornatu opiparaq; dignitatis ſuppellectile eos compoſitos:
quos ſi introſpicias nouos homines & tenebricoſos indignoſq; pudeat nominare: qui nõ tam
ſuo hoc eſt pallido plumbeoq;: quam maieſtatis fulgore nitantur ſplendeſcere. Obſeruatũ hoc
eſt apud Romanos aliaſq; gentes in ſacrorum aut potius deliriorum ſuis inſtitutis: ut dignitatum
ſplendenti nomine nominarentur. Auguſtus enim Cæſar uita ſimul & pontificatu eſt defun/
ctus: ſic dictator: ſic ex Cæſaribus longo ordine plurimum. Et quid per deum immortalem ob
ſecro ſanctius: quid uenerabilius quid glorioſius: eſſe poteſt Abſit Romanorum & aliarum gẽ
tium: ut illis temporibus uanitas & delirum: in tam altiſſima chriſtiana religione: quam chriſti
ſacerdotis & regis ſummi uice ſungi eos: qui terras quoq; ampliſſimas iuſtiſſime regũt? Et quo
niam ita fore ſit: ut quanto dignitas hæc honoratior eſt quãto ſublimior & ſanctior: tanto qui
eam ſortitur ad ſanctimoniam & uitæ integritatem propius accedat ſit neceſſe. Patere tu igitur
inclyte princeps ſanctiſſimum tuæ uitæ curſum breuiter & preſſe pro noſtri ingenii tenuiſſima
facultate conſectemur. Et quero primum ab omnibus, qui huius regni pontifices uel cogno/
uerunt uel eorum monumenta legerunt: an uiderint ullum unquam uno eodemq; uitæ teno/
re: quod dicitur: in gubernatione ſanctiſſimi ſacerdotii diligentiorem: qui ut es praeſul quam

Universidad de Deusto
Biblioteca



caſtigatiſſimus totam militãtem eccleſiã regis caſtigatam compoſitam & bene ordinatam:& ne
quid ruat curioſe circunſpicis inſtar boni paſtoris. Quæ uero ad cultum diuinum pertinere ui-
dentur nullibi terrarum uenerabilius:nullibi honeſtius:nullibi ſanctius & ſolẽnius:q̃ in arago
nia diuina miſteria celebrantur: ut reliquis nationibus exiſtas exemplum ſingulare. An audie
rint fortaſſe erga inopes indigentes pauperes liberaliorẽ & magis beneficũ qui maiores elimo-
ſinas quotidie & clã partiaris:ut pote Antiſtes teterrimæ gl̃iæ abhorrẽs:q̃ ſit cuiq̃ credibile. Et
quod in primis mirabile eſt teq; chriſtianiſſimũ ſanctiſſimũq; praeſulẽ oñdit deſertos occulte
excipis & amantiſſime occulte uexatos cõplecteris & dulciſſime recreas:egeſtatẽ duriſſimã ac a
cerbiſſimam paſſos etiã benigniſſime ueſtis & occulte. An aliũ cognouerint qui puriori animo
conſtantiori & magis intento res diuinas audierit & cõpleuerit q̃ tu praeſul ſanctiſſime nũc au
dias & cõpleas? Certe fuit nemo:cuius diuina mens ſemper cœlo defixa cœlũ intuetur ſemper.
Inde animus inde ſenſus inde tota tua uita pendet. O uitam praeſulis admirandam. O princi-
pem fœliciſſimũ & in terris potentẽ & cœlo debitũ:qui tam conſtanter leges humanas & diui
nas ad utrumq; natus utrumq; ita regas ut merearis poſt tam longã utriuſq; poteſtatis guberna
tionem ad beatitudinem perpetuã aſcendere ſatis ac ſatis ſpectatus. Quid referam ip̃m horari
um:penſum uidelicet religioſum ab optimo quoq; ſacerdote & quotidianũ deo debitũ? Quod
tantũ abeſt ut concidas aut minuas quod uix expiabile eſt:ut religioſæ inſtitutionis obſeruanti
ſſimus ml'to plures inſup addas uotiuas orões nulla uel lõga uia ſed ne graui qdẽ morbo unq̃
reciſas. Quid aũt memorẽ probitatem tuæ ampliſſimæ domus & caſtã inſtitutionẽ? Quam pro
utriuſq; poteſtatis dignitate habes numeroſam:& ita ad bonos mores formatã:ut nihil ĩ tota do
mo turpe cernatur ſed nec audiatur. Eſt hoc etiã in te laudabile:ut qui ſis uenerãda oris digni
tate & ſtatu eleganti decora corporis proceritate membrorum robore eximio prudentia diui-
na totus præterea talis qualem principem & præſulem eſſe oportet:ſemper In famulicio moro-
ſitas quedam te nimium oblectet ingenuitatis:& elegantiæ & decori:reliquos uero uelis prudẽ
tiſſimos & ſapientiſſimos:ut in his omnibus nulli præſuli ſed neq; ulli principi ſis hodie ſecun-
dus. Et cum in una ſplendenti familia & copioſa plures habeas egregie fideles:Hoc libere dixe
ro cum aliorum pace hi praecipue ſunt Ioannes Alagoneus & Gaſpar Barrachinus duæ ꝑfecto
tuae regiae domus columnae & alte & undiq; integrae:quorũ alter cubicularius ẽ:eſt & comes
ſecretorum alter. Quibus nihil eſt fidelius:nihil diligentius nihil ad obeunda & conficienda
negocia uigilantius. Ideoq; merito eos idoneos tibi delegiſti quibus tua archana cõmitteres &
magna negocia cõmendares. Quid demum illud hic meminerim? Quod ad cultum diuinum
etiã ſpectat:& non parum aperte declarat q̃ ſis totus diuinus. Qui cum moris ſit principũ omniũ
ad delicias ad uoluptates aut certe moleſtias leuãdas:Cantoribus ſe maxime delectare: Tu ue
ro etiã ad cultũ rerũ ſacrarum hos habes exquiſitiſſimos ut cœlos omnes ſuo dulciſſimo concẽ
tu ſiſtere poſſint nedũ aures molles hominum allicere. Iam deniq; æque atq; principatum pror
ſus ſine omni ſuſpitione religioſum agis pontificatum. Quare cum in dicendo non unus aſſe-
qui poſſum omnia præſertim in re tam infinita & inſueta mihi reliqua conſulto tranſeo: quae
ſi numero conaret cõplecti temere & nimis in conſiderate a me factum merito uideri potuiſſet.
Supereſt igitur magnanime princeps:ut qui tam maximo principe eſt natus:regnũ & ſacerdo
tium tã ſapienti moderataq; adminiſtratio ne gubernas ut utrũq; uix uni ab hinc multis ſaecu
lis contingat:tu tibi plurimũ gaudeas tibi plurimum gratuleris. Quod inde nomini tuo perpe
tuam memoriae celebritatem & animae & corporis beatitudinem ſempiternã comparaueris.
Nos uero ob id ip̃um plauſibiliter omnes tibi congratulemur:modo tuos omnes annos uiuas
fœliciſſime:donec tua ſapientia cum patre Ferdinando totum Pacatumq; regas patriis uirtuti
bus orbem.

Viuas diutius:Bene uiuas in eternum
Iuſtiſſime princeps dixi.



Lucius Marineus Siculus Petro Aquilari ſeu Agidario Pliecẽſi Marchioni
uiro nobilitate generis & eruditione præſtantiſſimo. Salutẽ plurimã dicit.

Elim mihi ignoſcas illuſtriſſime Marchio ſi qđ de parcarũ rõne
ſuperioribus diebus a me ſcire tãtopere cupiebas ego fortaſſe ſeri
us q̃ tu uolebas ad te miſerim. Diſtuli fateor laborẽ & obſequium
qđ tibi q̃primũ p̃ſtare debebã:ſed neq; tuæ uolũtatis neq; amoris
quo me ꝓſeq̃ris oblitus:ſed multis magniſq; negociis occupatus:
quibus ingraueſcẽte iã ætate par eſſe uix poſſum. Faſtos eni dies
totos pene diſcipulis & nobiliũ liberis erudiẽdis: quibus & eorũ
parẽtũ p̃cibus & regia comẽdatiõe deeſſe nullo mõ poſſum:libe-
rali aĩo cõcedo:& nefaſtos uiſendis ac ſalutãdis magnatibus & co
lẽdis amicis:q me nõ aſpnãt:& muſarũ mũeribus gaudẽt:libẽter ĩpartior:quorũ ego nõ lautis
cõuiuiis nõ magnificis epulis nõ p̃cioſis mũerib⁹ capi or:ſed opa grãq;:quã mihi nẽo unq̃ dene
gauit:familiariter utor & prudẽtiſſimo colloquio ſuauiſſimaq; cõſuetudine maxime delector.
Noctes uero fere medias uel ſcribẽdis hiſtoriis & nr̃orũ principũ rebus fortiter ſancteq; geſtis:
quæ multũ tẽporis & laboris expoſcũt:uel diuinis officiis:& ut more nr̃o:id ẽ hiſpano loquar:
recitãdis horis:q̃ ſibi nõ parũ cõtẽplationis diligẽtiæq; requirũt:diligẽter impẽdo. Quapropter
ſi qui fuiſti ſemper ĩ oẽs,nũc æquus ĩ me quoq; iudex eẽ uolueris:nõ ſolũ hoc nr̃m nõ tardum
putabis obſequiũ ſed tãtos miſeratus labores meã quoq; excuſationẽ libẽter accipies Siculũq;
tuũ oĩ uenia dignũ iudicabis:cũ p̃ſertim hactenus dilatũ obſequiũ nr̃aq; ſerior obedientia tibi
incõmodi nihil attulerit. Nã ego ſi ĩ eo qđ me petebas morã tibi moleſtiæ quicq̃ allaturam co
gnouiſſem:nimirũ relictis oĩbus & publicis & priuatis negociis ſtatim tuæ uolũtati morem ge
ſiſſem. Tibi ſiquidẽ:cui ml'tũ debeo:gratificari maxime cupio:ideoq; nũc ep̃la lõgiori nõ tam
me tibi purgare uolui q̃ tuo animo ſatiſfacere. Cæterum quæ de parcis leges ad te miſſa ſi for
te uel expectatione tua minora uel ingenio nõ digna uidebuntur:non debebis magnopere mi
rari:mihi enim rẽ difficilẽ magis q̃ laborioſam iuſſiſti:hoc præſertim tẽpore ac loco:ubi null⁹
penes me codex eſt. Quantũ igitur memoria repetere potero de parcarũ ratione nõ quid ego
ſed excellentiſſimi uates grauiſſimiq; Philoſophi:quos ſtudioſe ac diligẽter imitor:ſenſerũt ti
bi pro tuo feruẽtiſſimo deſiderio paucis uerbis explicabo. Qua in re tũ alii plures homines eru
diti tũ Georgius Valla ĩ oĩ litterarũ genere doctiſſimus magna me laborũ parte leuabit. Qui
& in ſuis magnis operibus:quibus oĩs liberales artes oẽſq; diſciplinas cõplexus eſt:& ĩ eo libro
quẽ de fato Cicero ſcriptũ reliquit:multorũ quidẽ Philoſophorũ de parcis ip̃is opiniones re-
cẽſuit. De quibus & ipſe non copioſe minus quã acute docteq; diſſeruit. Huius igitur & aliorũ
uel doctrina ul' auctoritate fretus de parcarũ ortu de noĩbus & officio dicã.

Parcas itaq; nõnulli tã Philoſophi q̃ poetæ qbus aſſẽtit & Cicero noctẽ & Herebi filias eẽ di
xere. Plato uero neceſſitatis filias appellauit & cãdidatas capitib⁹ geſtare coronas ſirenũq;
more ſuauiſſime canentes oſtendit. Qui decimo libro de re publica multa de cœlorũ circulis
locutus de parcis hec protulit. Superne præterea cuilibet circulo hærere Syrenum cum Globo
unã delatam uocem unam:tonum unum uidelicet emittentem. Vnam tamẽ Harmoniam ex
omnibus octo concinnere. Alias autem tres neceſſitatis filias æquali inuicem interuallo ĩ Thro
no ſedere parcas ueſtibus al bis capite coronato. Lacheſim Clothon & Atropon. Quæ ad Sire
num Harmoniam canant. Lacheſis quidem præterita:præſentia Clotho:Atropos uero futu
ra. & Clothon quidẽ cum matre ſimul intermiſſione quadam temporis dextra manu tangen-
tem fuſi extimam circunferentiam uertere. Atropon uero ſiniſtram iterum interiores ſimili
ter. Lacheſim deniq; uiciſſim utraq; manu utrinq; tangere. Illuc animas ergo cum uenerint ſta
tim oportere ad Lacheſim accedere:ubi illico propheta aliquis primum ſingulas diſponit in
ordinem. Poſtea cum ex genibus Lacheſis ſortes & uitarum exempla ſuſceperit:aliquoe ſubli

parcarũ parẽtes
Plato.
Platonis uerba
de parcis.
Parce neceſſita
tatis filie ĩ thro
no ſedẽtes.

Universidad de Deusto Biblioteca



me Tribunal aſcẽdens ſic fatur. Neceſſitatis filiæ ipſius uirginis Lacheſis proeconium hoc. O
**Parcarũ ꝓconiũ** animæ diurnæ circuitus alterius inicium mortalis ac mortiferi generis: non uos demon ſortie
tur ſed uos demonem potius eligetis. Qui uero prior ſortem cœperit prior eligat uitam: cui ne
ceſſario inhærebit. Virtus autẽ inuiolabilis ac libera. Quã ꝓ ut honorabit quis aut negliget:
ita plus aut minus ex ea denique poſſidebit. Eligentis quidẽ culpa eſt oĩs: deus autẽ extra cul
pã. Hæc fatus: ſortes ſuꝑ oẽs fundit: ex quibus quilibet eã rapit: q̃ ſuper ipm̃ ceciderit. Neque
licet cuipiã quotus ordine ſit agnoſcere: niſi quũ cœperit. Tunc enim dumtaxat quotus ſit ſor
titus intelligit: propoſitis etiam multarum uitarum generibus: quibus aductis idoneor fiat
eligendi imitatio: demum ad corpora deſcendunt ſuas quæque ſortes ſecuturæ: ſeruata tamẽ
**Parcarum noĩa græca & latina.** libera ſemper eligẽdi facultate. Parcarum igitur græca nomina ſunt Clotho Lacheſis & Atro
pos: nam a latinis etiam nona decima & morta dicuntur. Cæterum de latinorũ nominum
ratione poſtea dicemus. Græca autem ſic interpretari licebit: Lacheſis alagxano uerbo: qđ
ſignificat ſortior: quoniã net Lacheſis & filum ducit: Clotho quia græci clothin torquere
dicunt: torquet enim Clotho fuſum & ſuper eo filum trahit & colligit: Atropos uero ab a pri
uatiua dicitur & trepo quod eſt muto uel uerto: eo qđ inmutabilis & inexorabilis eſt. Quip
**Marcialis.** peq̃ nullo modo flecti poteſt: quominus filum ſecet & hominum finiat uitam. Quod Mar
tialis elegãter oſtendit dicens. Lanificas nulli tres exorare ſorores contigit: obſeruãt quẽ ſtatue
**Seneca.** re diẽ. Et Seneca fatis agimur: Credite fatis: nõ ſollicitae poſſunt curæ mutare rati ſtamina fuſi:
quicquid patimur mortale genus: quicquid facimus uenit ex alto: ſeruatq; ſuæ decreta colus
**Apuleius.** Lacheſis dura reuoluta manu. Nã & parcæ quidẽ: ut nõnulli uolunt: fata quoq; dicunť. Apule
**Vñ parcæ dicãť.** ius tres parcae tria fata ſunt numero cũ ratione tẽporis facientia. Cæterũ parcas dictas eſſe plu
res exiſtimãt a parco uerbo: qđ eſt cõſeruo uľ ignoſco: ſed per antiphraſim: qm̃ nemini parcãt.
**Marcus Varro.** Varro tñ aliiq; nõ ignobiles auctores a partu potius parcas appellatas putãt unius lr̃æ mutatio
**Heſiodus.** ne: ſcribit enĩ Heſiodus parcas præeſſe parturientibus & cunctis naſcentibus bonũ malũq; cõfe
**De partu tempeſtiuo.** rre. Ideoq; eas latini nonã decimã & mortã dixere: nonã aũt & decimã a tẽpore tẽpeſtiui partus:
hoc eſt a nono menſe decimoq;: in quibus pueri naturaliter naſcuntur: mortã uero qm̃ ſi quis
ante uel poſt hoc tẽpus natus fuerit tanq̃ moſtrũ habeať. Plinius enĩ cæteriq; philoſophi raro
**Plinius.** uolũt pueros naſci ſeptimo mẽſe: octauo nunq̃: nono uero ſæpe: decimo ſæpius. Quapropter
**Plautus** inquit Plautus tũ illa: quã cõpreſſerat: decimo poſt menſe exacto hic peperit filiã. Et Ouidius
**Ouidius.** grauida qđ decimo fœmina mẽſe parit. Ego autẽ tres ſorores ſæpe: ioco tñ & ridẽdi gr̃a: recte
parcas appellari dicere ſoleo: id ẽ nimis auaras: uel qđ inexorabiles ſint: uel qđ hoĩbus ꝑ bre
**Parcæ prudẽtiæ filiæ.** ue uitæ ſpaciũ largiunť: ſerio uero: nec forſitam abſurde: prudẽtiæ filias appello: cuius uirtus
ubiq; p̃terita meminit: p̃ſentia apte recteq; diſponit: futura uero diligẽter cogitãs p̃uidet: & p̃
**Cleantes.** uiſa q̃ bona ſunt expectat & amplectiť: & cauet q̃ nocitura cognoſcit. Hinc ẽ illa Cleãtis ſenten
tia ducũt uolẽtẽ fata: nolentem trahunt. Tres enim ſorores: quæ parcæ dicunť: ſeu fata ma
lis appellare: tria quidẽ tẽpora præteritũ p̃ſens & futurũ nobis oſtendũt. Nãquæ de parcis ſiue
fatis & fuſo dicunť: ad hec ſpectare uidenť: qđ tria fata ſecũdũ tẽpora diſtingũtur: filum autẽ
fuſi illud reſpicit: qđ hoc quidẽ fatũ p̃teritũ oſtẽdit: illud uero futurũ: aliud porro qđ torqueť
p̃ſens. Illud plane ĩ fato cõſtitutũ eſt quod Athropos dictum id eſt immutabile: quoniã quæ
facta ſunt mutari nequeũt: ĩ futuro Lacheſis qđ ĩ oĩbus reſtet: qui ſecũdũ naturã finis ẽ: ĩ p̃ſen
ti uero Clotho perficiẽs & torquẽs unicuiq; ꝓpria. Quiquidẽ actus oẽs ad deũ referũť. Quod
**Plato.** diuinus Plato uideť oſtẽdere: inquit enĩ deus itaq;: ſicut antiquus ſermo teſtať: initiũ & medi
um atq; finẽ omniũ q̃ ſunt habens perficit per naturã procedens. Hunc uero ſemper ultro co
mitať ſiue iuſticia ſiue punitio ſiue cruciatus: fatũ enĩ: ut inq̃t Apuleius Platõis ĩterp̃s: qđ græ
ci imarmenẽ uocãt: tractu quodã inuicẽ cauſarũ ſe cõtinẽtiũ decretũ dici uolũt: & pepromenẽ
dicũt qđ oĩa ĩ hoc ſtatu rerũ definita ſint: nec ſit ĩ hoc mũdo aliq̃d ĩterminatũ: & mœrã uocãt:
qđ ex partibus cõſtet hinc nemeſem: qđ unicuiq; attributio ſit aſcripta ac pacti eadẽ rerũ in eui
tabilis neceſſitas ultionis. Sed tria fata ſunt: nũerus quoq; cũ rõne tẽporis cõuenit: ſi poteſtatẽ eo
rũ ad eiuſdẽ ſimilitudinẽ tp̃is referas. Nã qđ ĩ fuſo pactũ ẽ p̃teriti tp̃is habet ſpetiẽ: & qđ torq̃ť
ĩ digitis momẽti p̃ſentis ĩdicat ſpatiũ: & qđ nõdũ colo tractũ ẽ ſubactũq; cura digitorũ id futuri



& conſequentis ſæculi poſteriora uidetur oſtendere. Nam qui Platonis uerba legerit deũ qui **Platõis uerba de deo.**
dem per omnes terras ire cognoſcet: deus enim inquit: ſicut & uera continet ratio: principia fi
nes & media rerũ omniũ penetrat: atq; illuſtrando curſu uolucri ſuperfertur: cuius ſentẽtia ma
gnorum quoq; uirorũ confirmatur opinionibus: aſtipulantur enim iudicio Platonis nõ poe
tæ ſolũ ac Philoſophi: ſed Sybillæ quoq; atq; ꝓphetæ: nã poetæ quãuis: ut inquit lactãtius: plu
res deos carminibus ornauerint: & eorum res geſtas amplificauerint ſummis laudibus: ſæpiſſi
me tamen confitentur ſpiritu uel mente una contineri regiq; omnia. Ex quibus Orpheus an **Orpheus.**
tiquiſſimus poetarum de deo ſic locutus eſt: deũ uerũ & magnũ: quem primogenitũ appellat:
quod ante ipſum nihil ſit genitũ: ſed ab eo ſunt cuncta generata. Eundẽ nominauit etiam illu
minatorem atq; partẽ: quoniã cũ adhuc nihil eſſet: primus ex infinito apparuerit & extiterit:
cuius originem atq; naturã: quia concipere animo non poterat: ex aere inmenſo natũ eſſe di
xit. Hunc quoq; dixit omniũ deorũ eſſe parentem: quorũ cauſa cœlũ condiderit: liberiſq; pro
ſpexerit: ut haberent habitaculũ ſedemq; cõmunẽ. Condidit immortalibus domũ incorrupti
bilẽ. Natura igitur & ratione ducente intellexit eſſe præſtantiſſimã poteſtatẽ cœli & terræ con
ditricem. Virgilius etiam qui ueritati propius acceſſit deũ mẽtem ſpiritumq; nominãs ſic ait: **Virgilius.**
principio cœlũ ac terras campoſq; liquentes lucentemq; Globũ lunæ titaniaq; aſtra ſpiritus in
tus alit: totamq; infuſa per artus mens agitat molẽ & magno ſe corpore miſcet: & quis eſſet ille
ſpiritus alio loco demonſtrauit dicens: deum namq; ire per omnes terraſq; tractuſq; maris cœ
lumq; profundũ: Hinc pecudes armenta uiros genus omne ferarum: Quemq; ſibi tenuis na
ſcentẽ arſceſſere uitas. Idem deũ ĩ ſummo uertice uniuerſi ſedem habere ſcribit: & inde omnia
uidere & gubernare: cum inquit panditur interea domus omnipotentis olympi: conciliũque
uocat diuũ pater atque hominũ rex: ſydereã ſedẽ terras unde arduus omnes caſtraque darda
nidũ aſpectat populoſque latinos. Idẽ o q̃ res hominũque deũque æternis regis imperiis & ful
mine terres. Ouidius quoque ĩ principio ſui præclari operis ſine ulla nominis diſſimulatione:
a deo quẽ mundi fabricatorẽ: quẽ rerũ opificẽ uocat mundũ fatetur inſtructũ. Cuius hæc ſunt
carmina. Hanc deus & melior litẽ natura diremit. Nam cœlo terras & terris abſcidit undas: & li **Ouidius.**
quidũ ſpiſſo ſecreuit ab æthere cœlũ. Quæ poſt quã euoluit cœcoque exemit aceruo diſſocia
ta locis concordi pace ligauit. Ignea conuexi uis e ſine pondere cœli emicuit ſummaque locũ
ſibi legit in arce. Inquit præterea Lucanus. Eſtque dei ſedes niſi terra & pontus & aer & cœlum **Lucanus.**
& uirtus? ſuperos quid quærimus ultra? Iuppiter ẽ qđcũq̃ uides quodcũque moueť: ſortilegis
egeãt dubii ſemperque futuris caſibus ancipites: me non oracula certum: ſed mors certa facit:
pauido fortique cadẽdũ ẽ. Sed poetarũ dimiſſis exẽplis ad Philoſophorũ ueniamus auctorita **Mercurius.**
tes. Quorũ uetuſtiſſimus Mercurius & in omni genere doctrinæ præſtantiſſimus de maieſtate **Thales mileſiꝰ**
ſummi dei diſſeruit. quẽ ſicut & nos deũ & patrẽ appellauit. Et unum eſſe dixit. Et Thales mile
ſius unus ex ſeptem ſapientibus deum mentem eſſe protulit: quæ ex aqua cuncta formauerit:
& principium cauſamque omnium rerum naſcendi deo attribuit. Pythagoras deus inquit eſt **Pythagoras.**
animus qui per uniuerſas mundi partes omnẽque naturam commeans atque diffuſus: ex quo
omnia quæ naſcuntur animalia uitã capiunt. Anaxagoras deum eſſe dixit infinitam mentẽ: **Anaxagoras.**
quæ per ſe ipſam moueatur. Antiſthenes unũ deũ naturalẽ eſſe uoluit & totius ſummæ artifi **Antiſthenes.**
cem. Alii ut Cleantes & Anaximenes æthera dixerunt eſſe ſummum deum. Crhyſippus na **Cleantes.**
turalem uim ratione diuina præditam diuinam neceſſitatem deum nuncupauit. Zenon uero **Crhyſippus.**
naturalem diuinamque legem. Quorũ ſententia eo tendit: ut prouidentiam unam eſſe cõſen **Zenon.**
tiat: ſiue enim natura ſiue æther ſiue ratio ſiue mens ſiue fatalis neceſſitas ſiue diuina lex ſiue
quid aliud dixeris: idẽ eſt quod a nobis dicitur deus. Ad unum enim deum nomina hæc oĩa
referuntur. Ariſtotiles inſuper tam & ſi ſecum diſſideat: ut ait Lactantius: unam tamen mentẽ **Ariſtotiles.**
præeſſe mundo teſtatur. Idem ad Alexandrum de ſummo deo multa locutus inquit ſummã
ergo & primam ſedem ipſe ſortitus eſt: quam obrem & altiſſimus dicitur. Auerois quoq; me **Auerois.**
taphiſice libro quinto deus enim continet perfectiones omnium entium. Plato autem qui **Plato.**
omnium ſapientiſſimus iudicatus eſt: deum non æthera non rationem non naturam ſed: ut
eſt: deum nominat: & ab eo mundum hunc perfectum atq; mirabilem eſſe fabricatum.

Universidad de Deusto Biblioteca



**Cicero.** Quē Cicero ſecutus frequēter deū cōfitet' & ſūmū uocat:ab eoq; regi mūdū i libris de legibus
argumētat':de natura eni deorū ſic diſputat:nihil ē ꝑſtātius deo:ab eo igit' mūdū regi neceſſe ē
nulli igit' naturæ ē obediēs aut ſubiectus deus:omnē ergo regit ipē naturā. Idē alio loco:nec ue
ro deus ipē qui intelligit' a nobis alio mō intelligi poteſt:niſi mes ſoluta q̄dā & libera:ſegrega
**Anneus Seneca** ta ab oī cōcretione mortali:oīa ſentiēs & mouēs. Anneus etiā Seneca ſæpe ſummū deū merita
laude ꝓſequit':qui de immatura morte differēs:nō intelligis inquit auctoritatē ac maieſtatem
iudicis tui:rectoris orbis terrarū cœliq;:dn̄orū & deorū omniū deū?a quo iſta numina q̄ ſingu
li adoramus & colimus ſuſpenſa ſunt? Idē nos inquit aliūde pendemus:itaq; ad aliquē reſpici
mus:cui:qd' eſt optimū i nobis:debeamus:alius nos ædidit:alius nos inſtruxit:deus ipſe ſe fe
cit. His ꝑterea philoſophorū grauiſſimis teſtimoniis magna Lactātii firmiani xp̄ianiſſimi hois
**Lactantius.** accedit auctoritas. Qui libro ſecūdo diuinarū inſtitutionū equidē inquit ſicut oportet de ſum-
ma rerū ſæpenumero cogitans admirari ſoleo maieſtatē dei ſingularis:quæ cōtinet regitq; oīa:
in tātā ueniſſe obliuione:ut q̄ ſol a debeat coli:ſola potiſſimū negligat'. Idē libro primo his igit'
tot & tātis teſtibus cōprobatur unius dei poteſtate ac prouidentia mūdum gubernari. Cuius
**Plato.** uim maieſtatēq; tantā eſſe dicit in Timeo Plato:ut eā neq; mente concipere neque uerbis enar-
rare quiſquā poſſit ob nimiā & inæſtimabilē poteſtatem. Dubitet uero aliquis an quicquam
difficile aut impoſibile ſit deo:qui tanta & tam mirifica opera prouidētia excogitauit:uirtute
conſtituit:rōne perfecit nunc autem ſpiritu ſuſtentet poteſtate moderetur:incogitabilis in effa
bilis & nulli alii ſatis notus q̄ ſibi. Vnde mihi ſæpius de tanta poteſtate cogitanti:qui deos co-
lunt interdū uideri ſolent tam cœci tam incogitabiles tam excordes tam non multū a mutis
animalibus differentes:qui credunt eos qui geniti ſunt maris ac fœminæ coitu aliquid maie
ſtatis diuinæque uirtutis habere potuiſſe. Idem deus autem uerus pater eſt:per quem ſumus:
& cuius toti ſumus:a quo fingimur:a quo animamur:a quo illuminamur:qui nobis uitā im-
partit:ſalutē tribuit:uictū multiplicē ſubminiſtrat. Idem ineſt ſyderibus rō ad peragēdos mea
tus ſuos aperta:ſed dei eſt illa rō:qui & fecit & regit oīa:nō ipōrū ſyderū q̄ mouētur. Idē ſic enī
regi mundū a deo dicimus:ut a rectore prouinciam:cuius apparitores nemo ſocios eſſe in re
genda prouincia dixerit:quamuis illorū miniſterio res gerantur. Et hi tamen poſſunt aliquid
præter iuſſa rectoris per ipius ignorantiā:quæ eſt cōditionis humanæ. Ille autē præſes mundi
& rector uniuerſi qui ſcit oīa:cuius diuinis oculis nihil ſceptum eſt:ſolus habet rerum omniū
**Cicero.** cum filio poteſtatem:neque eſt in angelis quicq̄ niſi parendi neceſſitas. Cicero rurſus de re pu
blica libro ſexto nihil eſt enim inquit principio illi deo qui omnē mundū regit quod quidē
fiat in terris acceptius:q̄ concilia cœtuſq; hominū iure ſociati quæ ciuitates appellant'. Idē de
ſomno Scipionis niſi enim cū deus is cuius eſt hoc tēplū oē quod conſpicis iſtis te corporis cu
ſtodiis liberauerit:huc tibi aditus patere non poteſt. Idē tertio de republica. Eſt quidem uera
lex recta ratio naturæ cōgruēs diffuſa in oīs conſtās ſempiterna:quæ uocet ad officiū iubēdo
a fraude deterreat:quæ tn̄ neq; ꝓbos fruſtra iubet aut uetat:nec improbos iubendo aut uetan
do monet. Huic legi nec propagari fas eſt neq; derogari aliquid licet:nec tota abrogari poteſt.
Nec uero aut per ſenatum aut per populū ſolui hac lege poſſumus:nec eſt quærēdus explana
tor aut interpres alius. Nec erit alia lex Romæ alia Athenis:alia nūc alia poſthac:ſed & omnis
gētes & in omni tēpore una lex & ſempiterna & immutabilis continebit. Vnuſq; erit cōmunis
q̄ ſi magiſter & imperator omniū deus. Ille legis huius inuentor diſceptator ſator:cui qui nō
parebit ipē ſe fugiet ac naturā hoīs aſpernet':hoc ipſo luet maximas pœnas etiā ſi cætera ſup
plicia q̄ putant' aufugerit. Sed uereor ne poetarū & philoſophorū e narrandis opinionibus
nimis tibi digreſſus eſſe uidear. Quare de ſybillis atq; ꝓphetis per pauca cū dixero ad inſtitu
tā rē ſtatim reuertar. Sybillae enī:q̄ numero decē fuerūt:de deo mira magnaq; uaticinatæ fue
**Sibyllarū nomina decem.** rūt:quarū noīa ſūt hæc:Sybilla:Perſea. Lybica: Delphica: Cumea: Erythræa: Samia: Helleſpō
tiaca: Phrygia: & Tiburtis:q̄ Tiburtina quoq; dicebatur. Hæ igit' oēs ſybillæ unū deū eſſe qui
**Erythræa.** oīa ex nihilo fecit:& cūcta regit prædicauerunt. Quarū Erythræa:quæ cæteris ꝑſtātior habeba
tur:unus deus inquit eſt:qui ſolus optimus ampliſſimus & increatus eſt:q fecit & regit cūcta.
Haec ſummū deū eſſe dixit:qui cœlū fecerit & luminibus diſtinxerit. Alia quoque ſic cecinit:



ſed deus ſolus eſt eminentiſſimus:qui fecit cœlū atq; ſolem & ſtellas & lunam:frugiferā terrā
& tumores aquæ ponti:alibi ipm̄ dixit qui ſolus eſt colite principem mundi:qui ſolus eſt i ſæ
cula atq; a ſæculo factus. Alia præterea in uoce dei locuta ſic eſt:ſolus enim deus ſum:& nō eſt
deus alius. Deniq; dixit Eſaias cœlū eſt mihi ſedes & terra ſcabellum pedū meorū. Dauid etiā **Eſaias.**
deus inquit de cœlo proſpexit ſuper filios hominum. Idem uos audiſtis quæ de cœlo locutus **Dauid.**
ſum. Nam hæc prophetæ illi uiri ſanctiſſimi dei quidem ſpiritu loquebātur. Quod autē deus
ubiq; ſit. Idem Dauid clarius oſtendit dicens. Quo ibo a ſpiritu tuo: & quo a facie tua fugiā?
Si aſcendero in cœlū tu illic es:ſi deſcēdero in infernum ades:ſi ſumpſero pennas meas dilucu
lo & habitauero in extremis maris:& enim illinc manus tua deducet me & tenebit me dextera
tua. Duo ꝑterea maximi noſtræ chriſtianæ religionis aſſertores Ambroſius & Auguſtinus de **Ambroſius Au-**
um ſimul alloquentes hoc modo collaudant. Te deum laudamus:te dominum confitemur: **guſtinus.**
Te æternū patrem omnis terra ueneratur:Tibi omnes angeli tibi cœli & uniuerſæ poteſtates:
Tibi cherubin & ſeraphin inceſſabili uoce proclamant. Sanctus Sanctus Sāctus dominus deus
ſabaoth:Pleni ſunt cœli & terra maieſtatis gloriæ tuæ. Sed iam uereor ne ſi hanc opinionē pro
phetarum ſanctorumq; omnium iudicio confirmare uoluero:noſtra nimis longa digreſſio ui
deatur:aliis igitur prophetis & eccleſiæ doctoribus:qui locuti diuinitus omnia fere ſummi dei
nobis archana reuelarunt: omiſſis: breui quidem quod ſupereſt inſtituti muneris exequar.
Satis enim conſtat ſola dei optimi maximi prouidentia fieri regi moueriq; omnia. Eundē igi
tur deum:ut iam reuertar unde digreſſus ſum:quædam ultrix neceſſitas ſemper & ubiq; comi
tatur. Eorum:qui a ſacra lege diſceſſerint:uindex futura:quam ille facit multiplicam. Qui ue-
ro ſtatim a tenero & ipſis incunabilis intellexit & timuit:ei ſe totum dedit atq; permiſit. Cæte-
rū ſunt qui putāt ſyderū curſus & cœlorū motus mortalibus corporibus animiſq; noſtris ineui
tabilem quandam inferre rerum futurarum neceſſitatem:& ex hominibus alios cede gauden
tes:alios ebrioſos: libidinoſos alios:& alios ſacrilegos nō ſolum ſignificare:ſed etiam efficere.
Alii uero non efficere:ſed portendere dumtaxat exiſtimarunt. Nonnulli autem hunc cauſarū
ordinem & nexum dei uoluntati deputant:aſtra uero nihil efficere:& ne quidem oſtendere:
quod deus recte credatur cuncta ſcire ante quam fiant:itaq; putant illud præſcitum dei in euita
bile:& ob hoc futura omnia fati neceſſitate aſtringi:ut eueniant:aut non eueniant:unde illud
apud Senecam dux ſumme pater altique dominator poli quodcunq; placuit nulla parēdi mo **Seneca.**
ra eſt:adſum impiger:fac nolle:comitabor gemens:maluſq; patiar:quod licuit bono:ducunt
uolentem fata nolentem trahunt. Quod illi quoque uerſus homeri confirmant:quos Cicero **Cicero.**
latinos ſic fecit. Tales ſunt hominum mentes:quali pater ipſe Iuppiter auctiferas luſtrauit lu-
mine terras. Sed alii fati cauſas longe meliori ſententia ſic diſtinxere:qui dixerunt uniuerſa
dei ſummi gubernare prouidentiam:ipſumque ita procreaſſe naturam:ut quecunque intere
ant oriantur:animā uero ita genuiſſe:ut naturā arte imitaretur: itaque omnia que fierent aut
diuina ſola fieri prouidentia aut a natura gigni:aut humana arte atque diſciplina confici pro
babiliter oſtenderunt. Sicut igitur corpora deus omnia naturæ ſubiecit & pro ipſius arbitrio
morbis debilitari frangique conceſſit:ut pote quæ a tan uariæ & multiplicis qualitatis natura
genitas non potuere niſi illam ducē incunctis ſequi:ita animas ut immortales eas cōſtituiſſet:
liberæ oēs uoluntatis eſſe uoluit:quo dei optimi maximi maiorem indies bonæ ſibi gratiam
conciliarent & peroptatā atq; perpetuam animi puritatē ampliora gratiæ præmia inuenirēt:
cōtra malæ maiore indies caligine &:ut ſic loquar:ſitu obductæ grauiore pœna affligerent':
hoc ē qd' etiā angelis liberā utrolibet ſe flectēdi dedit uolūtatē:& peccādi:ſi libeat: uñ diuus
Hieronimus apud Damaſū pōtificē ſe purgās:nulli inqt periculoſum nulli uideat' Plaſphe **Diuus Hieronimus.**
mū:qd' & i apl'os inuidiæ malū diximus potuiſſe ſubrepere:Cū etiā de āgelis hoc putemus:ſy
dera quippe nō ſūt mūda i cōſpectu eius:& cōtra āgelos ſuos puerſum qd intellexit:nō iuſtifi
cabit' i cōſpectu tuo oīs uiuēs:nō iuſtificabit' oīs hō:Sed oīs uiuēs id ē nō euāgeliſta nō apl'us
nō ꝓpheta:ad maiora cōſcēdo:nō throni:nō dominationes cætereq; uirtutes:Solus enī deus
ē:i quē peccatū nō cadit. Cæteri cum ſint liberi arbitrii iuxta qd' & hō:qui ad imaginē & ſimi
litudinē dei factus ē:i utrāq; partē poſſunt ſuā flectere uolūtatē. Manifeſtū igit' ē cur liberæ uo

luntatis animæ uideri debeant. Sed an ulla fati neceſſitate cogi poſſint per pauca dicemus. Cū
itaq; animā intelligētia ſapiētē & rōne prudētē deus creaſſet: ut Plato ſcripſit: fati legē eādē di
ctāte cōſciētia docuit. Fati aūt lex fuit hec: ut deus edixerit ſi hoc egeris: tū meo iuſſu neceſſario
ſequet̃ illud: diuina itaq; ꝓuidētia edicit cuius edicti utrā potius partē ſequamur nr̃æ ē electio
**Iulii Cæſaris cedes.** nis: Sed cū alterā admiſerimus quid inde ſequat̃ in nobis non erit: ſed in fati neceſſitate cōtine
bitur. Cuius rei exēpla multa accōmodare poſſemus. Sed aliis omiſſis de Iulii Cæſaris uiolen
tia morte breuiter oſtēdemus: cui futura cedes: quā paſſus ē a mltis denūciata fuerat: quā ipſe:
ſi uoluiſſet: Cauere quidē potuiſſet: hoc & ſi monitus a Spurina: ut caueret periculū qđ nō ul
tra martias idus proferri poſſet: die illo quo ad Pōpei curiā ſe cōtulit ubi tribus & uiginti uul
**Addamus.** neribus confoſſus eſt: ſe domi continuiſſet. Idem dici poteſt de Addamo primo parente: qui
neq; depulſus a paradiſo neque mortalis fuiſſet: ſi uetitum a deo fructum non comediſſet.
**Duplex ē fatū.** Duplex igitur fatū dici poteſt: uel qđ ex naturæ uiribus deſcēdit in corpora: uel qđ ex diuina
lege cōſtitutū nobis ipſi cōtrahimus. His aūt nō aſſentior: qui oīa fati neceſſitate euenire contē
dūt: dicētibus diuinationes demōſtrare oēs rerū euētus ab inicio eſſe decretos: nec quemq̄ qđ
eſſet futurū poſſe prædicere: niſi præcedēte decreto: noſtrorūq; motus animorū nihil aliud eſſe
q̄ fataliū decretorū miniſteria: & nos impellēte fato qđ futurū ē agere neceſſe ſit: itaq; & ī hoīs
uita cōcludi quæ præſaga mens nouerit: nec ſine ea agi quicq̄ poſſe: hoc enī mō liberū uolun
tatis arbitriū nobis auferūt: & uirtutem & bonos mores extingūt. Eſt enī eorū falſum iudiciū:
qui hoc aſſerūt: nullaq; ꝓbali rōne ſuffultū: quorū opinionē ineptā eſſe multis qdē rōnibus &
argumētis demōſtrare poſſemus: niſi quia ueritas defenſiōe nō eget. Satis enim res hæc a nr̃is
theologis & eccleſiæ doctoribus excuſſa ē: nā ſi oīa eſſent in fanti poteſtate: & ab inicio cōſtitu
ta q̄ futura ſunt: fruſtra quidē uel diuinæ uel humanæ leges nobis cōditæ fuiſſent: q̄ & bonis
ꝑmia tribuerēt: & malis pœnas & ſupplicia infligerēt. Si ꝑterea nec mala declinare nec bona cō
ſequi poſſemus: nulla ꝑfecto eſſet inter homines differētia: neq; bonus ullus a malo diſtaret:
Cū tñ ex hominibus illos cæteris ꝑſtātiores & honore digniſſimos arbitremur: qui conſilio &
prudētia cæteriſq; uirtutibus alios añcællunt. Quod ſi cūcta fierēt fati neceſſitate cogente fru
ſtra cōſiliū eſſet: neminē merito laudare neminē iure uituperare poſſemus. Quid exhortatio
nes quid admonitiones? quid inſtitutiones? quid liberales diſciplinæ quid ſanctiores educatio
nes? quid ſapientū præcepta mortalibus prodeſſent? quæ quidē oīa ad hoc inſtituta fuerunt:
ut turpia malaq; uitemus: & honeſta bonaq; ſequamur. Sed qm̄ de libera uolūtate mētionem
**De libero arbitrio.** fecimus: placet quidē quid ſit qđ liberū uocat̃ arbitriū paucis oſtendere: cuius rei ueritas nimi
rū multos: nō indoctos mō: uerūetiā eruditos homines latet: fallunt̃ enī qui liberū arbitriū fa
ciēdi ſiue bonū ſiue malū liberā ſolutāq; uolūtatē eſſe dicunt: ſiquidē nobis hoc eſſet cōmune
cum beluis: nā & ipſe quidem ſponte ſeu natura duce plærūq; quæ mala ſunt declinant & ſub
ter fugiūt: ſecunt̃ uero quae ꝓfutura cognoſcūt. Si ergo uelle hoc uel illud: aut nolle liberi eſſet
arbitrii: nemo quidē dubitaret: quin: ut hoīs ē: ita & aliorū aīaliū eſſet liberā habere uolūtatē.
Eſt itaq; liberū hoīs arbitrium quicquid facturus eſt: id quale ſit & quid ex eo ſequi poſſit im
poſterū iudicio & ratione: qua differimus a cæteris animantibus: cōprænbendere. Cum igitur
imaginationes hoīs mentē ſubeūt & appetitū mouēt: & eas rō ipſa perpēdit & alterū diſcernit
ab altero: quicquid hō fecerit: tū quidē libero dicitur uſus uolūtatis arbitrio. Nō ergo in uolū
tate: ſed in uoluntatis iudicio liberū eſſe conſtat arbitriū: non ipſa imaginatione: ſed in imagi
ginationis actione conſtitutū: ſi quis igitur incontinens quæ fugienda erāt cognouit: & non
fugit: ille certe deliquiſſe uideri debet. Solus enī homo ratione duce quicq̄ agit: nō aūt dubiū
ē quin ipſe gignat qđ agit: actio aūt de aliquo principio: ut pote cauſa ſua gignit̃. A cōſilio aūt
& iudicio humanæ oriunt̃ actiones: qđ ſi principiū hoc eſt iudiciū immutes: immutetur actio
quoq; neceſſe ē: uel ſi actionē mutes: mutari quoq; iudiciū neceſſe ē: atq; nēo unq̄ iudicio qcq̄
agit: ut dicat: aut cernat aliud ſe egiſſe q̄ captarit cōſiliū: nec me latet imutari ſæpe ī rebus ipſis
obeūdis actiōes: ſed tū cōſilia quoq; mutāt̃: aut euenire ſecus q̄ putauerimus: ſed tū cū ī nr̃a po
teſtate nō fuit. Nā ſi hoſtē gladio petere nr̃æ ē opionis: nō tñ occidere nr̃i ē arbitrii. Quis ergo
tā cecus ē: q nō uideat actiōeſq̄ de iudicio manāt nr̃e optiōis eē: ac ī nobis eē nec aliūde deſide



rari oportet̃ qđ boni maliue ſim⁹: qđ ſi qs dixerit deū oīa futura nou iſſe: & cūcta neceſſitati eē
obnoxia: ſic rñdere licebit: fatemur deū certe ſcire oīa: ſed ob hoc tñ qcq̄ neceſſitati obnoxiū eē
negam⁹. ſi enī neceſſario cūcta eueniūt neceſſario ea quoq; euenire nouit deus: qđ ſi uerū ſit: q̄
nos eadē quoq; deū ligat neceſſitas: ut ſi cui bona tribuat tribuere coactus ſit ſi quā in mūdū a
nimā miſit eā miſiſſe additus fuerit quod angelū: qđ hominē: qđ cætera crearit creare compul
ſus ſit: quia ita futurum ꝑſciuit. qđ ſi ſit: ubi nā illa q̄ ī deo eſſe credit̃ uereq; ꝑdicat̃ fœlicitas: ut
ipſe quoq; nō libera q̄ uult agat uolūtate oīa ſed neceſſario q̄ facit facere cōpellat̃: ne qua igitur
tā ſtulta tā impia ſit ſapientia q̄ nos aliqua deū adigi neceſſitate perſuadeat: nec aliqd ſupra deū
hoc eſt neceſſitatē eſſe fateamur qđ etiā cogitatu nefandū ſit: ac nos ad impoſſibile perducat il
lud potius qđ ueriſſimū eſt aſſeueremus: neq; decretū neq; imperatū qđ quiſq̄ futurus bonus
aut malus ſit ſed penes nos uiuendi eē optionem & liberum eſſe uoluntatis noſtræ iudicium.
quid enim ad nos ſi deus præſciuit quæ facturi ſimus non magis quam ſi quiſpiā alius quiuis
ille ſit illud idē nouerit. ſunt igitur aliqua q̄ nobis deſiderare potius q̄ uendicare poſſimus: un
de & externa nominantur: ut forma diuitiæ gloria ualetudo fama & id genus alia: q̄dā uero eſ
ſe nemo etiā negauerit: q̄ in nr̃a ſint poteſtate: ut iudiciū uolūtas cōſenſus electio: Cæteraq; hu
iuſmodi: itaq; tā qui q̄ nr̃a ſunt aliena arbitratur: q̄ qui quæ ſunt aliena nr̃a putat uehemēter er
rat: & in ueri cognitione allucinat̃: nec ut opinor: quicq̄ ſapit: nā ſicut diuitiæ forma gr̃a gloria:
& in hoc genere alia in fortunæ poteſtate eſſe credi certo debēt: ita iuſtitiam tēperantiā fortitu
dinē reliquaſq; uirtutes in nr̃a manu eſſe par eſt exiſtimare. Aiunt præterea illi delicta minime
uideri debere uoluntaria: quod mēs nr̃a diuinitatis particeps ſit: & naturali appetitu bonū expe
tere uerū tñ in bonorū iudicio nos plerūq; errare: inde eſſe quod alii ſūmū bonū uoluptatē alii
diuitias alii gloriā & deniq; alii alia eſſe exiſtimarunt. Cuius erroris cauſa fuit non ſanū iudiciū
ratioq; qua nos metiri omnia conuenit: ſed quia ſenſibus nimiū dediti ſumus. Hinc pernicio
ſa pro ſalutaribus: flagicioſa pro honeſtis hoīes appetunt: hinc diuitias ad uolūptatē cōparādā
quærunt: hinc gloriā falſam ueræ uirtuti præferūt: quia uirtutis ꝑmiū laudē gloriā & honorē
exiſtimāt: ſed prudentes ſapienteſq; uiri in ueri boni inueſtigatione uerſati uere quidē ſciunt q̄
gloriā nos q̄rere cōueniat. illā ſcilicet ueram atq; imortalē: q̄ nobis a deo uirtutis præmiū cōſti
tuta eſt. uulgus aūt imperitū falſo quidē pro honore ueraq; gloria popularē exiſtimationē ua
namq; gloriā colit: & pro uirtutibus uitā uoluptatibus delibutam conſectatur: atq; illū beate uī
uere putat: q: ut ei libuerit uiuat: illū beatū eē credit: q uoluptatē omnē & ſua deſideria cōſequa
tur: tametſi ut libet uiuere nemo poſſit: quē ſemp aliqua cupiditas teneat: ille aūt ſolus uiuit: ut
uult q iudicio & ratione oīa facere & expetere didicit: & cautiōis ſalubritate mala deuitat: & ho
neſta bonaq; cōplectitur. Hæc igit̃ uulgus in errorē traxerūt: ut pleriq; oēs in bonorū delectu allu
cinētur: & mala ꝓ bonis exiſtimēt. Quā ob rē diuino in primis hoī ꝑſidio opus ē: qđ fortitudi
nē & cognitionē ſuggerat ad animi effectū fere hūanū hoſtem ſupandū: q ea de cauſa carni ad
uerſus rōnē datus ē ingens: ut de uictoria maius ꝑmiū cōſequat̃: ſed nihil deus agit: niſi ſe nr̃a
uoluntas idoneam exhibuerit ad accipiendum aſſueſcatq; a prima ætate omnis corporis in a
nimum perturbationes & cupiditates extrarias contundere: quam ob rem plurimum quidem
intereſt qua quiſque mortalium a teneris annis conſuetudine fuerit aducatus: quibus mori
bus imbutus. Nam teſte philoſopho tertium quidem incontinentiæ genus a conſuetudine na
ſcitur: quod ſi progredi & augeri diutius permiſſerimus: uix quidē eradi & abſtergi poteſt: lō
gam enim conſuetudinem non minus quā naturam ipſam uincere difficile eſt: qđ prauo ma
gis illectu quā delectu nobis blādiente committere uideamur. magna igitur ac diligens in edu
candis liberis parentum omnium cura eſſe debet: qui apud deū nō de ſua uita ſolū ſed etiā de
filiorū educatione reddere rationē debebūt: illud nāq; uiciū qđ a natura ꝓficiſcit̃ nimirū a pa
rentibus cōprimi atq; deleri poteſt: ſi priuſq̄ uires cōthraxerit aſſidue corrigat̃. ī primis igit̃: ut
ꝑnicioſa uitēt oīs & ſalutifera cōſequant̃: hūanarū omniū rerū decus honeſta ſtudia atq; libera
les diſcipline plurimū qdē ꝓſunt. amabiles exhortatiōes: admonitiones reꝑhenſiōes educatio
nes ingenuæ: ꝓbæ bonorū uirorū cōſuetudines ſctā colloqa: hæc enī oīa naturis: ut idē philo
ſophus ait: medent̃ uicioſis: horū aūt cōtrariis mētis acies obtūdit̃ rō deſipiſcit ingeniū inſole

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſcit:inde in animo incontinētis uiri ſemper plus conſilium poteſt:intemperantis uero imbecil
litas aduerſum rationem uicioſis animæ partibus ſuffragatur.ſed de hoc hactenus:Alia enim
Ad parcas & fatum redit.
plura:quæ de hac re mihi in mentem ueniūt cauſa breuitatis omitto:ne uel inſtituti oblitus eſ
ſe uidear:uel uicium doctrinam iactantis incurram. Ad parcas igitur fatumq; redeo:de quibus
Martianus.
quid nonnulli ueteres & præſertim uates poetica licētia ſenſerint perpaucis abſoluam. Parcas
Parcædeorum ſcribæ.
itaq; Martianus atq; alii deorum ſcribas eſſe dixerunt:& ſtudio ueritatis Iouis ſentētias excipe
re.Nonnulli quoq; dixere:ſunt etiam tres ſorores fatales:quæ parcæ dicūtur. Clotho dea crea
Parcarum alia
tionis:lacheſis dea uitae:Et Atropos dea mortis.quorum opinioni Lactātius aſtipulatus uide
Lucanus.
tur. Omnia enim inquit tribus temporibus contineri neceſſe eſt:præterito præſenti & futu
ro.Præteriti eſt origo:præſentis ſubſtātia:futuri diſſolutio:quæ omnia in ſingulis hominibus
apparent.Incipimus enim cum naſcimur:&ſumus cum uiuimus:& deſinimus cum interim⁹.
Vnde etiam tres parcas eſſe uoluerunt poetæ:unam quæ uitam hominibus ordiatur:alteram
parcarū officia
quæ contexat:tertiam quæ rumpat ac finiat:quæ in hoc uerſiculo continentur.Clotho colum
baiulat:lacheſis trahit:Atropos occat.Quapropter poetæ parcas hominum uitæ præeſſe finxe
Marcialis
runt eamq; nendo ducere.Martialis ſi mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores ſtamina:nec ſur
Iuuenalis.
dos uox habet iſta deos.Iuuenalis. Dum ſupereſt Lacheſi quod torqueat.Statius in quinto the
Statius.
ba idos O dura mihi præſagia ſomni nocturniq; metus:proh ſors & cœca futuri mens hominū
recto deſcendunt limite parcæ.idem utere luce tua longamq; ait indue famam: Vincimur im
Lucanus.
mites fas nulla reuoluere parcas ſtamina.Idem in primo mors fila ſororū enſe metit.Lucanus.
Præparat innumeras puppes Acherontis aduſti portitor:in multas laxant̃ tartara pœnas.Vix
operi cunctæ dextra properante ſorores ſufficiunt:laſſant rumpentes ſtamina parcas.idem nā
pignora iuncti ſanguinis & diro ferales omine thæbas Abſtulit ad manes parcarum iulia ſæ
Claudianus
ua intercepta manu.Claudianus Sed parcæ uetuere minas:Quarum ſub iure tenentur omnia
Virgilius
quæ ſerie fatorum pollice ducunt:longaq; ferratis euoluunt ſæcula penſis. Virgilius autem or
dinem cœlorum ſignificaſſe mihi uiſus eſt:cum dixit ſic uoluere parcas. Fatum uero ꝑ immu
tabili dei uoluntate:nam in ſexto Aeneidos ait deſine fata deum flecti ſperare precando.idem
fortuna omnipotens & in eluctabile fatum.idem fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas at
Ouidius.
q; metus omnis & in exorabile fatum ſubiecit pedibus ſtrepitumq; Acherontis auari. Ouidi
us fata pro temporibus & parcarum liciis poſuit in decimo methamorpheſeos. Eurydices oro
properata retexite fata:Omnia debentur uobis:paulumq; morati ſerius aut citius ſedem pro
peramus ad unam:Tendimus huc omnes:hæc eſt domus ultima: uoſq; humani generis lon
Marcialis
giſſima regna tenetis.pro morte quoq; poetæ fatum frequenter uſurpabant.Martialis Vos ta
men O noſtri non feſtinate libelli:Si poſt fata uenit gloria non propero.idem coniugis audiſ
ſet fatum cum Portia bruti:& ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:Nondum ſcitis ait mortem
non poſſe negari:Credideram ſatis hoc uos docuiſſe patrem:Dixit:& ardētes auido bibit ore
Ouidius
fauillas:i nunc & ferrum turba moleſta nega.Ouidius paſcitur in uiuis liuor poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quemq; tuetur honor.idem ſic ubi fata uocant udis abiectus in herbis ad
uada meandri concinit albus olor.idem ſtulte quid eſt ſōnus gelidæ niſi mortis imago? longa
quieſcendi tempora fata dabunt.idem eſt aliquid fatoq; ſuo ferroq; cadentem in ſolita moriēs
Virgilius.
ponere corpus humo. Virgilius miſeri poſt fata Sichæi coniugis.Lucanus Te fata extrema pe
Lucanus
tente uita digna fui?idem O ſæui properantem in fata tenetis?idem O ſummi fata pudoris:itē
Virgilius.
fata nonnumq̄ pro rerum ſucceſſibus ponuntur:Virgilius hoc equidem occaſum Troiæ triſ
Lucanus
tiſq; ruinas ſolabar fatis contraria fata rependens.Lucanus ne longe fatorum exempla petant̃
Quintilianus.
fraterno primi maduerunt ſanguine muri.Quintilianus uero fata pro parcis & dei uoluntate
intellixiſſe uidetur:cum ait:utinam hoc mihi fata præſtarent:ut reſiduum laborantis animæ
Virgilius.
in tuo poneremus amplexu.Et Virgilius quippe uetor fatis.idem dulces exuuiæ dum fata de
Lucanus
uſq; ſinebant:accipite hanc animam meque his ex ſoluite curis.Lucanus. Quod ſi tibi fata de
diſſent maiores in luce moras:tu poteras & reliqua. Fatū enim nonnunquam periculum ſeu
Virgilius
laborē ſignificat. Virgilius heu quibus ille iactatus fatis.B.Idē nate iliacis exercite fatis. Luca
Lucanus.
nus ſemp ĩ exter nis populo cōmunia uro maſſiliā bellis teſtat̃ fata tuliſſe cōprēſa ē latiis q̄cūq;



annalibus ætas.Idē oībus unus adeſt fatis quocunq; uocatus aduolat.Idē nullis exterrita fatis.
Idē fata pro deo poſſint dicēs aut hic errat ait nulla cū lege per æuū Mūdus & incerto diſcurrūt
ſydera motu:Aut ſi fata mouent urbi generiq; paratur Humano matura lues. Virgilius. Viuite — Virgilius
fœlices:quibus eſt fortuna peracta iā ſua:nos alia ex aliis in fata uocamur. Ouidius. Mihi fata — Ouidius.
repugnant.Virgilius hoc regnū dea gentibus eſſe ſi qua fata ſinant:idē ſedes ubi fata quietas oſ — Virgilius.
tendunt.Fatum nonnunquam uoluntatem ſignificat. Virgilius fatum Iunonis iniquæ.Idem — Virgilius.
& ſi fata deum:ſi mens non læua fuiſſet:Idem Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profogus
lauinia uenit littora:Idem hic tibi:fabor enim:quando haec te cura remordet:longius & uoluēs
fatorum arcana mouebo:Idem Sed nos fata deum noſtras exquirere terras imperiis egere ſuis.
Idem hūc illum poſcere fata & reor:& ſi quid ueri mens augurat:opto: quod & noſter Ouidius — Ouidius.
doctiſſimus quoniā ſic fata tulerunt.Horatius pro uita& fœlicitate fatum uſurpauit:quo tibi di — Horatius.
uitias inquit tot per tormenta coactas:Vt locuplex moriaris egenti uiuere fato? Virgilius fata — Virgilius.
per Aeneæ iuro:fatum praeterea poetae ſydus te parcarum ſortem ſiue bonam ſiue malam ſi
gnificare uoluerunt:quapropter & benignum & infœlix fatum dixerunt. Iuuenalis plus ete — Iuuenalis.
nim fati ualet hora benigni:quam ſi nos Veneris commendet epiſtola Marti. Virgilius. Heu — Lucanus.
miſerande puer:ſi qua fata aſpera rumpas:Tu Marcelus eris.Lucanus coniuge me lætos duxiſ — Ouidius.
ti magne triumphos.Fortuna eſt mutata toris ſemperq; potentes detrahere in cladem fato dam
nata maritos.En nupſit tepido pellex Cornelia buſto. Ouidius ſpectatrix aderam fati crudelis. — Ouidius.
idem quid ſi tibi mira ſororis fata meæ referam? Ouidius exiliū ſuū & qui ſibi infœlix accidit
caſum fatū nominauit:inquit enim. Nata procul libycis aberat diuerſa ſub oris: Nec poterat fa
ti certior eſſe mei.Lucanus quoq; pro fœlici rerū ſucceſſu & proſperitate fatū protulit:Ergo ho — Lucanus.
ſtes portis inquit quas oēs ſoluerat urbis cū fato conuerſa fides:muriſq; recepti: idem nos fatū
ſciat eſſe ſuum.idem cumq; alii famæ populi terrore pauerent:Phocais in dubiis auſa ē ſeruare
iuuentus non graia leuitate fidem:ſignataq; iura & cauſas:nō fata ſequi.Fata tamē tum philo
ſophi tum poetæ prudentiores dei leges & decreta eſſe uoluerunt:quæ mutari non licet.Quare
fatū eſt Cryſippus inquit ſempiterna quedā & indeclinabilis rerū ſeries:& cathena uoluēs ſeſe at — Cryſippus.
q; implicans per æternos conſequentiæ ordines:ex quibus apta nexaq; eſt.Dictū aūt fatū a fan
do:id eſt loquendo:ideoq; fatum eſſe dicunt quicquid loquendo deus inſtituit: Virgilius aūt — Virgilius
pro natura fatum uſurpauit:cum dixit.Nam quia nec fato:merita nec morte peribat. Ouidius — Ouidius
Eſt aliqd fatoq; ſuo ferroq; cadentē inſolita moriēs ponere corpus humo:Sunt enim:ut nōnul
li uolunt:tria:quibus hominum uita continetur:natura fatum & fortuna. Natura mortalibus
ultra centū uiginti annos uiuere cōceſſum non eſt:ut ſcribit Lactantius:cuius rei cauſam demo — Lactantius.
ſtrat.Moyſes tamen dei familiaris:ut iudeorū libris cōtinet̃:centū & uiginti quinq; annos uixiſ — Moyſes.
ſe perhibetur:qui cū quereretur:quod iuuenis interiret:ei reſponſum eſt neminē plus eſſe uictu
rū.Fato nonaginta anni hoc eſt tres ſaturni curſus mortē creant:niſi forte aliorū ſyderū & ſtella
rū benignitas terciū ſaturni curſum ſuperauerit.Fortuna uero ideſt caſu:q ad oīa q̄ extrinſecus
ſunt:pertinent:ut ad ruinā incēdia naufragia ferrū uenena mors accidit.Cicero uero ĩ libro quē — Cicero
de fato ſcripſit oīa natura euenire uel fortuna ꝓbabilibus argumētis affirmat: fatū aūt penitus
excludit:quā ego nō tollo inquit uis eſt nulla fatalis.in aliis aūt fortuita q̄dā eē poſſunt:& pau
lo poſt idē ſic ait quæro igit̃ atq; hoc late patebit ſi fati oīno nullū nomē nulla natura nulla uis
eſſet:& forte temere caſu aut pleraq; fierent aut oīa:nū aliter ac nunc eueniunt euenirent?quid
ergo attinet inculcare fatum?Cum ſine fato ratio omniū rerum ad naturam fortunā ue referat?
Cuius opinioni Lactātius aſtipulatus eſt:cuius uerba paulo altius mihi referēda ſunt.de anima — Lactantius.
ſiquidē hoīs a deo creata ſic loquit̃.Supereſt de anima dicere quamq̄ percipi eius ratio & natu
ra non poſſit:nec ideo tñ immortalē eſſe animā nō intelligamus:qm̄ quicquid uiget mouetur
q; p ſe ſemp nec uideri nec tangi poteſt æternū ſit neceſſe ē.Quid ſit aīa inter philoſophos nō cō
uenit:nec unq̄ fortaſſe cōueniet. Alii ſanguinē dixere: Alii ignē. Alii uētū:unde aīa uel anim⁹
nomē accepit q; græcæ uētus anemos dicit̃:nec illorū tñ q̄ſq̄ dixiſſe aliqd uidet̃. Varro itaq; ſic — Varro
diffiniuit:Aīa ē aer cōcept⁹ ore deferuefactus ĩ pulmōe tepefactus ĩ corde diffuſus ĩ corp⁹. Hæc
aptiſſime falſa ſūt.Nulla ergo ex his uera ſentētia eſt:nec tñ falſos eē dicēdū ē q hæc ſenſerūt:ut

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnino nihil dixerint. Nã & ſanguine ſimul & calore & ſpũ uiuimus: ſed cũ cõſtet aĩa in corpo
re his oĩbus adunatis nõ expreſſerũt ꝓprie quid eſſet: quia non tã põt exprimi q̃ uideri: ſed eius
ratio ſoli deo qui eã hoĩ dat nota eſt. Nõ eni a parẽtibus dari aĩas: ſed ab uno eodẽqꝫ omniũ deo
patre cõſtat: qui legẽ rõnẽqꝫ naſcẽdi tenet ſolus: ſi quidẽ ſolus efficit. Nã terreni parẽtis nihil ali
ud ẽ niſi ut humorẽ corporis in quo ẽ materia naſcẽdi cũ ſenſu uoluptatis emittat uel recipiat:
& circa hoc opus humoris hõ reſiſtit: nec ãplius quicq̃ põt: ideo naſci ſibi filios optant quia non
ipĩ faciũt. Cætera iã dei ſunt oĩa ſcilicet cõceptus ipẽ & corporis informatio & inſpiratio aĩæ &
partus incolumus & q̃cũqꝫ deinceps ad hominẽ cõſeruãdũ ualent. Illius munus ẽ ꝙ ſpiramusqꝫ
uiuimus ꝙ uigemus. Nã p̃terq̃ ꝙ ipĩus beneficiis incolumes ſumus corpore: & ꝙ uictũ nobis ex
uariis rebus ſũminiſtrat: ſapiẽtiã quoqꝫ hoĩ tribuit: ideoqꝫ & de ſapientibus ſtulti: de ſtultis ſapiẽ
tes ſæpe naſcuntur: qđ qdã fato ac ſyderibus aſſignãt: ſed inepti ſunt qui hanc potentiã deo ſub
thraunt & operibus eius atribuunt. Sed hæc de fato dicta ſufficiãt: in quo Ciceronis & Lactãtii:
qui oĩa natura & dei ꝓuidẽtia fieri uolũt: ſñiam cõprobamus. Supereſt igit̃ ut de fortuna ꝑ pau
Ariſtotiles. ca dicamus: quã docet Ariſtotiles neqꝫ natura neqꝫ diuina ꝓuidẽtia ortã eẽ: ꝓptereaꝙ incerta ſit
& nulla cauſarũ ratione ꝓueniat: & indignis plerũqꝫ bona malaqꝫ diſtribuit: neqꝫ uult hũana uł
arte uł diſciplina cõparari: quia q̃ fortuita dicunt̃ ſemꝑ fere p̃ter hominũ ſpẽ q̃ ꝓpoſitũ accidũt.
Ideoqꝫ fortunã nõnulli demonũ ludũ eẽ dixerũt: q ſæpius in digniſſimis res fœlices obiciũt: ut
Demoſthenes eos p̃cipitare facilius queãt. Hinc ait Demoſthenes res nimiũ ſecũdæ ſtultis & indignis neqter
ſentiendi ac faciendi occaſionẽ p̃bẽt: ut illecebris propemodũ nos fallere demones ita uideant̃:
ut fortunatiores reddãt quos ſtulriores eẽ ſentiãt. Quapropter q prudentiores fuerint: illi quidẽ
minus fortunã uel demones ipĩos timebunt. Quod Ariſtotiles ſenſiſſe uiſus eſt: quã obrẽ inqͭ
Ariſtotiles. & ubi plurima ẽ intelligẽtia ac ratio: illic minimã eſſe fortunã cõſtat: ubi uero fortuna plurima
Fortuna affe- ſit ibidẽ minimã eẽ intelligẽtiã. Dicta tñ ẽ fortuna a fero: quia temere & ſine ratione ferat̃: q̃ ſe
tẽdo dicta. cũdũ alios ẽ accidentiũ rerũ ſubitus & inopinatus caſus & euentus: quã ueteres deã eẽ credide
runt. Quare ueterũ Romanorũ prudentiã mirari ſoleo: q fortunæ diẽ feſtũ celebrabãt: cuius tẽ
plũ tranſtyberim fuit: qđ tñ nõ eruditi: ſed cerdones & qui aliqua uiuebãt arte frequẽtabãt. Nã
docti quidẽ hoĩes nõ deã fortunã: ſed accidens & caſum eẽ uoluerũt: quẽ prudẽtes p̃uidere ſolẽt
unde ait Iuuenalis nullũ numẽ abeſt ſi ſit prudentia: ſed nos te facimus fortuna deã: cœloqꝫ lo
camus. Cæterũ fortunæ uocabulũ ẽ mediũ: ideoqꝫ cũ fortunã dũtaxat dicimus fœlicitatẽ ſigni
Iuuenalis ficamus. Vnde iuuenalis ait ſed quid turba tremens? ſequitur fortunã: ut ſemper: & odit dãna
Virgilius tos. Virgilius terra procul uaſtis colitur Mauortia campis. Thraces arant acri quõdã regnata Ly
Ouidius. curgo. Hoſpitiũ antiquũ Troiæ ſociiqꝫ penates dũ fortuna fuit. Ouidius Et cũ fortuna ſtatqꝫ ca
ditqꝫ fides. Idẽ ſcilicet ut fuluũ ſpectat̃ in ignibus aurũ: Tẽpore ſic duro ẽ inſpicienda fides: dũ
iuuat & uultu ridet fortuna ſereno. Indelibatas cuncta ſequuntur opes. At ſimul intonuit fugi
unt nec noſcit̃ ulli agminibus comitũ q mõ cinctus erat: atqꝫ hæc exẽplis quõdã collecta priorũ:
Nũc mihi ſunt propriis cognita uera malis: Vix duo tres ue mihi de tot ſupereſtis amici: Cæte
Lucanus. ra fortunæ nõ mea turba fuit. Lucanus Sola placet fortuna comes. Idẽ quã tũ ẽ qđ fata tenent̃:
quodqꝫ uirũ toti ꝓperans imponere mũdo: Hos perdit fortuna dies. Hinc fortunatos hoĩes fœ
lices dicimus: & fortunas diuitias appellamus & fortunare uerbũ qđ augere bonis & ꝓſperare
Cicero. ſignificat: Cicero tibi patrimoniũ dii fortunent. Inuenit̃ etiã fortuna numero ſingulari ꝓ diui
Cicero ciarũ copia: Cicero Lucius caſtrouius pætus longe princeps municipii lucenſis eſt honeſtus gra
uis plenus officio bonus plane uir: & tũ uirtutibus tũ etiã fortuna: ſi qd hoc ad rẽpublicã ptinet:
Horatius. ornatus. Horatius licet ſuperbus ãbules pecunia: fortuna nõ mutat genus: Fortunã quoqꝫ ꝓui
Ouidius. ta poſuiſſe uidet̃ Ouidius cũ ait Dii tibi ſint faciles & opis nullius egẽtẽ fortunã p̃ſtent diſſimi
lemqꝫ meæ. Alii fortunã uariã ſortẽ & inconſtãtẽ deã eſſe dixerunt: & hoĩbus nũc fauere nũc ob
Ouidius. eſſe. Ouidius nõ ita ſe nobis p̃bet fortuna ſecũdã: ut tibi ſit ratio laudis habenda tuæ. Idẽ paſſi
bus ãbiguis fortuna uoluuilis errat: Et manet in nullo certa tenaxqꝫ loco. Iuuenalis. Si fortuna
uolet fiã de rhetore conſul: ſi uolet hæc eadẽ fiã de cõſule rhetor. Idẽ & cur nõ oĩa? cũ ſint q̃les ex
Lucanus. humili magna ad faſtigia rerum extollit quoties uoluit fortuna iocari? Lucanus ille fuit uitae
Mario modus: omnia paſſo: Quae peior fortuna poteſt: atque omnibus uſo: Quae melior.



Multa p̃terea de fortuna in cuius exẽplis omniũ poetarũ uolumina plena ſunt: occurrebãt: quæ
ne ambicioſus eſſe uidear: omitto: de qua deniqꝫ idẽ ſentio qđ Democritus: cũ fortunæ ipẽ mi Democritus
naci mandaret laqueũ mediũqꝫ oñderet unguẽ. Sentioqꝫ cũ Lactãtio uiro ĩ oĩ genere doctrinae Lactantius.
præſtantiſſimo nr̃æqꝫ chriſtianæ religionis aſſertore clariſſimo: cuius hæc de fortuna ſunt elegã
tiſſima uerba. Beatus eſt igit̃ ſapiẽs in tormẽtis: ſed cũ torquet̃ ꝓ fide ꝓ iuſticia ꝓ deo: illa patiẽ
tia doloris beatiſſimũ faciet. Eſt eni deus qui ſolus poteſt honorare uirtutẽ: cuius merces ĩmor
talitas ſola eſt: quã qui nõ appetunt nec religionẽ tenent: cũ æterna ſubiacet uita: profecto neqꝫ
uirtutis uim ſciũt: cuius p̃miũ ignorãt: nec in cœlũ ſpectãt: qđ ipĩ ſe facere putãt: cũ res nõ inueſ
tigabiles quærunt: quia ratio in cœlũ ſpectandi nulla eſt alia: niſi aut religionẽ ſuſcipere: aut anĩ
mã ſuã ĩmortalẽ eſſe credere. Quiſquis etiã aut colẽdũ deũ eſſe intelligit: aut ĩmortalitatis ſpẽ ꝓ
poſitã ſibi habet: mens eius in cœlo eſt: & licet id nõ aſpiciat oculis animi tñ lumine aſpicit. Qui
aũt religionẽ nõ ſuſpiciũt terreni ſunt: quia religio de cœlo eſt: & qui animã putant cũ corpore
interire æquæ in terrã ſpectant: quia ultra corpus quod eſt terra nihil amplius uident quod ſit
ĩmortale. Nihil igitur prodeſt ita factũ eſſe hominẽ ut recto corpore ſpectet in cœlum: niſi erecta
mente deum cernat: & cogitatio eius in ſpe uitæ perpetuæ tota uerſetur. Quapropter nihil aliud
eſt in uita quo ratio: quo conditio nr̃a nitat̃: niſi dei qui nos genuit agnitio & religioſus & pius
cultus. Vnde qm̃ philoſophi aberrauerunt ſapientes utiqꝫ nõ fuerunt. Quæſierunt illi quidẽ ſa
pientiã: ſed qm̃ nõ rite quærebant prolapſi ſunt longius & in maximos errores inciderunt. Ma
ximo quidẽ errore philoſophi credũt eſſe fortunã quaſi deã quandã res humanas uariis caſibus
illudentẽ: quia neſciunt unde ſibi bona & mala eueniant. Cum hac ſe cõpoſitos ad præliãdum
putant: nec ullã tñ rationẽ reddũt a quo & quã ob cauſam: ſed tãtũ cũ fortuna ſe digladiari mo
mentis oĩbus gloriant̃. M. T. in ſua cõſolatione pugnaſſe ſe ſemꝑ cõtra fortunã loquit̃ eamqꝫ a
ſe eſſe ſuperatã cũ fortiter inimicorũ impetus retudiſſet: nec tũ quidẽ ſe ab ea fractum cũ domo
pulſus patria caruit: tũ aũt cũ amiſerit chariſſimã filiã uictũ ſe a fortuna turpiter cõfitet̃. Magnã
inquit etiã eſſe fortunæ uim in utranqꝫ partẽ. Nã & cũ proſpero flatu eius utimur ad exitus per
uenimus optatos: & cũ reſpirauerit uel reflauerit affligimur. Sed certe fortuna nihil per ſe ẽ: nec
ſic habendũ eſt tanq̃ ſit in aliquo ſenſu. Nã ſi fortuna dea ſit aliq̃ cauſam afferat cur hominibus
inuideat: eoſqꝫ perditos cupiat cum ab his religione colatur. Cur æquior ſit malis iniquior aũt
bonis. Cur inſidietur: affligat: decipiat: exterminet. Quis illam generis hominum uexatricem
perpetuam conſtituerit? Cur deniqꝫ tam malam ſortita ſit poteſtatem: ut res cunctas ex libidine
magis quam ex uero celebret obſcuretqꝫ. Hæc inquam philoſophos inquirere oportuit potius
quam temere innocentem accuſare fortunam: quæ etiam ſi ſit aliqua nihil tamen afferri ab his
poteſt: cum hominibus tam inimica ſit q̃ putatur. Itaqꝫ illæ omnes rationes quibus iniquitatẽ
fortunæ lacerant ſe ſuaſqꝫ uirtutes contra fortunam ſuperbiſſime iactant: ſed nihil ſunt aliud q̃
delyramenta inconſiderate leuitatis. Eſt autem quidam prauus ac ſubdolus ſpiritus qui eſt ini
micus hominis: hoſtiſqꝫ iuſticiæ: hic inſidiatur uniuerſis: non fortuna: & eos qui deum neſciũt
errore impedit: ſtulticia obruit: tenebris circunfundit: nequis poſſit ad diuini nominis noticiã
peruenire: in quo uno & ſapiencia continetur & uita perpetua. Eos autem qui deum ſciunt do
lis & aſtutia aggreditur ut cupiditate ac libidine irretiat: ac peccatis blãdientibus deprauatos im
pellat ad mortem. Vel ſi dolo nihil profecerit uiolentia deiicere conatur. Vulgi igitur & impe
ritorum opinionibus credunt qui fortunam putant eſſe quæ tribuat hominibus bona & mala.
Turpe eſt hominem ingenioſum id dicere quod ſi neges probare non poſſit. Hæc de parcis de
fatis atqꝫ fortuna uir illuſtris longiori ſermone fortaſſe diximus q̃ neceſſe fuit: Quæ tamen om
nia tuæ in primis & aliorum cenſurae iudicioqꝫ ſubicimus. Vale uirtus & eruditionis exẽplũ.

FINIS DE PARCIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SICVLI REPETITIO DE VERBO FERO.

Siculi defenſio apud iudices pro Antonio Porta diſcipu
lo & de uerbo fero & eius compoſitis perutilis repetitio.

I qua mihi res apud uos agenda fuiſſet iudices: quã ego uel hone
ſte deferere uel cuiq̃ patrono cõmitrere tuto potuiſſem: ad uos ipe
ueſtrũq; forũ cauſam meã acturus ꝑfecto non ueniſſem. Nam mi
hi tum ætas tum profeſſio mea tum ipſa quoq; uoluntas non a fo
ſ renſibus ſolum cauſis & inuidioſis clamoſiſq; litigiis ſed a cunctis
etiam communibus negociis & rebus humanis aliena iudices eſſe
Quas deus æmeritas iunxit honore pari.
Inter cœlicolas omnes animaſq; beatas
Vna tribus ſedes in regione poli.
Nam ſimul eſſe iubet merito pater optimus oīs
Virginitate deas martyrioq; pares.
Aurea uerticibus ſacris diademata portant:
Præmia uirtutis ueraq; ſigna ſuæ.
Hoſtibus æternas uictis meruere coronas:
Pro chriſto pugnans quæq; puella ſuo.
Tres equidem ſæuos conſtat ſuperaſſe tyrānos:
Hoc decus hæc illis inclyta palma dedit.
Vicit apolloniæ decium q̄ maxima uirtus
Agatha quincianum:lucia paſcaſium.

Lucii marinei ſiculi carmē ad Gonſaluū fernandū Terræ nouæ ſeſſe & ſancti āgeli ducē illuſtriſſimū & magnū capitaneū.

Hiſtoriæ ſi uera ferunt græcæ ſi uera latinæ:
Viderūt magnos ſæcula priſca duces.
Aduerſus teucros fortis pugnauit Achilles:
Fortis & in danaos non minus hector erat.
Gaudet alexandri repetitis pella triumphis:
Iactat & inuicta prælia geſta manu.
Pyrrus in auſonia geſſit lachrymabile bellum:
Pulſus in epyrum ſed tamen inde redit.
Laudibus extollens meliores roma quirites:
Multorum memorat fortia facta uirum.
Romulus illuſtrem famam:Marcellus: & ingēs
Ponpeius:Marius:ſcipio:cæſar habent.
Sunt etiam proceres fabia de gente feroces:
Inſidiis uno qui cecidere die.
Altius indomitos quos extulit inclyta uirtus:
Et decus armorum:militiæq; labor.
Cum quibus ingētes laudes ſua præmia pœn⁹
Hamnibal:& q̄uis uictus habere poteſt.
Qui ſi marte ſuo pugnaſſet ſcipio tecum;
Cunctorum primus iam foret ille ducum.
Hunc celebrant oēs mauri memorātq; iugurthā:
Collaudatq; uiros aphrica tota duos.
Noſtra ſed his merito ducibus te prætulit ætas:
Teq; uocant magnum tempora noſtra ducē.
Laudibus iſtorum nunc eſt tua gloria maior:
Et tua poſt cineres fama perennis erit.
Te duce perpetuas nacta eſt hiſpania laudes
Perpetuam famam perpetuumq; decus:
Altius aſcendunt noſtrorum nomina regum:
Celſaq; ſublimis ſydera tangit honor.
Et tua quæ magnis mater gaudebat alumnis
Clarior eſt geſtis corduba facta tuis.



Ad eundē magnum Capitaneum.

Non dux magne tibi meritas hiſpania laudes
Ferre poteſt:uirtute tua quæ uertice cœlum.
Tangit:& in totum fama difunditur orbem.
Non tibi ſi uellet depulſis hoſtia gallis
Victori:non roma potens perſoluere tantum.
Sufficeret quantum meruit tua maxima uirtus
Et genus antiquum claris a regibus ortum.
Non ueneti:teucros q̄ eorum regna petentes
Viceris:& multis captis tua dextera ſignis
Extollenda nouis confecit bella triumphis.

In laudem eiuſdem magni capitani ad regē Ferdinandum.

Quæ rex iura duci magno:quæ præmia tanto
Solues digna uiro'uel quos præſtabis honores?
Inclyta quo totum fertur tua fama per orbem?
Cuius magna fides fœlix & fortis in armis
Dextera parthenopes regnū populoſq; rebelles
Bis tibi reſtituit uictis certamine gallis.
Inuictos cæltas magni poſt cæſaris arma
Vicit:& obliqua pugnantes arte ſueuos.
Pluribus & captis o fœlix gloria:ſignis?
Extinxit proceres armis & ſanguine claros:
Deleuitq; duces animo belloq; ſuperbos:
Pro quibus amiſſis infœlix gallia plorat.

Lucii marinei ſiculi carmē ad chriſtianiſſimū uirum Franciſcum Ximeniū Toletanæ ſedis antiſtitem & Hiſpaniæ cardinalem.

Eccleſiæ ſpeculum & fidei pater inclyte noſtræ:
Pacis & aſſertor:iuſticiæq; ſinus.
Qui res humanas ratione tueris & armis:
Et feruore pio munera ſacra colis.
Qui regis heſperiæ cunctarum pondera rerum:
Milite qui regem conſilioq; iuuas.
Diuinæq; tuæ uigilanti lumine mentis
Omnia qui toto ſolus in orbe uides:
Si placet:hoc ſiculi carmen tua fata canentis
Et gratos placida percipe mente ſonos.
Sanctorum domus:& chriſti uenerabile templū
Roma:ſibi exultat cardine fulta tuo.
Hæc quia purpureum miſit tibi ſpōte galerum:
Te uocat ad ſummum pontificale decus.
Hanc tibi naſcenti fœlitia ſydera legem:
Et celſi motus conſtituere poli
Quam tibi conſeruāt animi bona:lumina caſtæ
Mentis:& ingenii grandia dona tui.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam tua cœleſtes uirtus tibi fecit amicos:
Et te culta tibi numina cuncta iuuant.
Fœlix ergo pater ſanctam proficiſcere romam:
Vt tua promiſſus tempora cingat apex.
Natus es ut toto ſis maior in orbe ſacerdos:
Vt capiti detur prima tyara tuo.
Vt ſis & in terris æternæ ianitor aulæ:
Et petri claues imperiumq; geras.
Vt per te populo chriſtus ueneretur ab omni:
Vt ſit & ignotis cognita noſtra fides.
Tu tibi nō deſis: ſed proſpera fata ſequaris:
Certa eſt namq; polo ſyderibuſq; fides.
Neue putes animū ſiculi tibi uana locutum
Omnia quem ſemper uera tuliſſe iuuat.
Olim: ſi neſcis: multis ego nempe futurum
Te cardinalem uaticinatus eram.
Rumpe moras igitur cœleſti ſydere ductus:
Et ſanctam fœlix ingrediare domum.
Hic eris optatus populo gaudente receptus:
Geſtiet ingreſſu proſpera roma tuo.
Hic caput alta tibi quum preſſerit infula ſactū:
Et petri ſedes fulſerit ore tuo
Omnia præſtabunt læti tibi iura quirites:
Et cardinales: obſequiumq; dabunt.
Hinc facile immanes teucros: mauroſq; feroces:
Vincere fernando rege iuuante potes.
Quos etiam contra pro chriſti nomine reges
Totius europæ te duce bella gerent.
Ad te nam ſanctæ fidei uexilla ferentem:
Confluet armatus miles & omnis eques.
Hiſpani galliq; ſimul tua ſigna ſequentur:
Et quoſcumq; duces maximianus habet
Necnon & ueneti terra pelagoq; potentes:
Diues & illyrici quos habet ora ſinus.
Maxima belligeros mittet tibi roma quirites
Quos ieſuana tenet ſollicitatq; fides.
Parthenopes uenient proceres: uenientq; ſicani:
Deq; ſua patria commoda multa ferent.
Vtraq; fertilibus tellus eſt utilis agris:
Vtraq; diuiciis: utraq; abundat equis.
Ad te confugient etiam degentibus illis:
Immanis teucri quas premit ira feri.
Læta tuis quoniam proſpectis græcia ſignis:
Irata in teucros diriget arma manu.
Agmina præterea chriſtus cœleſtia tecum:
Iunget: & in caſtris dux erit ille tuis.
Quo ducente tuas quecūq; ad bella cohortes:
Per mare per terras omne patebit iter.
Cuius imago tuis cum primum fulſerit armis:
Diffugient hoſtes: & tibi terga dabunt.



Viſa quibus magnū facient noua ſigna timorē:
Et genus armorum: chryſtiferæq; cruces.
Talibus ingenti ſignis terrore paueſcunt
Barbaricæ gentes: infera regna tremunt.
Talibus armatus totum potes ire per orbem
Tutus: & ignotas hoſte ducente uias.
Ire potes lybies omnes aſiæq; per oras:
Iam timet europes utraq; terra duces.
Victor ad ignotos perges garamatas & indos:
Et tua cum phario ſigna timebit arabs.
Quæ timet accenſis rutilans aurora capillis:
Miles & extremo quisquis in orbe latet.
Ibis ad extremas terras orientis: & unde
Magnus alexander uictus ab orbe redit.
Perfida romanis babylon ſpoliabitur armis:
Preſſus ubi inſidiis craſſus uterq; perit.
Qua latet ante diem phœbus perrexeris: & qua
Feruidus auſtrali uoluitur axe polus.
Miles idumeus: duro gens horrida bello:
Deuictus tecum ſentiet eſſe deum.
Tu quoq; uicta deū cognoſces barbara mēphis:
Iſidis & quiſquis ſacra nefanda colis.
Cogeturq; ninos fœlix: & celſa damaſcus:
Et diues leges gaza ſubire tuas.
Alta recognoſcet chriſtum caluaria tellus:
Quæ maduit regis ſparſa cruore ſui.
Impia hieruſalem chriſti pro ſanguine fuſo:
Pœnas ipſa tuo ſanguine uicta lues.
Deniq; legitimo ſolymis certamine uictis:
Lætus in optatum progrediare locum.
Sanctaq; fœlicis uenies ad lumina templi:
Lumina profanis non adeunda uiris.
Tum poplites terra feriens & pectora palmis:
In ſanctam lachrymans ingrediare domum.
Hic ferdinando ſanctum cum rege ſepulchrum:
Orantes lachrymas fundet uterq; pias.
Flebis enim magno gemitu cum uideris alti:
Membra redemptoris quo iacuere loco.
Hac ſanctum chriſti corpus celebrabis in æde:
Et gemitus fœlis audiet ara tuos.
Deſidiam tecum ueterū mirabere regnum:
Quos nullus chriſti ſollicitauit amor.
Pontifices etiam merito damnabis inertes:
Noſtra quibus culta ē: ſed minus aucta fides.
Tu cum rege pio Fernando primus honorem:
Hunc chriſto: primus tu noua dona feres.
Rex pius egrediens tecum Fernādus ad hortos:
In quibus orauit chriſtus: habebit iter.
Omnia ſollicitus domini ueſtigia quærens:
Et loca quæ ſancto tacta fuere pede

Universidad de Deusto
Biblioteca



Grata ſalutiferæ lachrymans dabit oſcula terræ
Pronus: & ut pluuia terra madebit aqua.
Talia fœlices tecum quicumq; uidebunt:
Et qui pro chriſti nomine bella gerent.
Namq; ſalutiferos parient tua bella triumphos:
Magna quibus totus gaudia mundus aget.
Nam tua parcendo populis uictoria uictis:
Omnibus æternæ cauſa ſalutis erit.
Gentes quippe ſuis contemptis legibus omnes:
Ad noſtram uenient te ſuadente fidem.
Tu bello ſubiges pater hoſtes: tuq; renatos:
Hauſta de ſacro fonte lauabis aqua.
Gaudebunt omnes culpa pœnaq; ſoluti
Atq; deo grates & tibi præſul agent.
Fernandoq; uolēt regi parere benigno
Semper: & eiuſdem nomen in aſtra ferent
Tunc deus unus erit toto & rex unus in orbe:
Et pater unus erit ſanctus: & una fides.
Deniq; tum poſitis armis fera bella quieſcent:
Secura & fœlix ocia mundus aget.
Tu pater hæc olim cum uideris omnia lætus:
Hæc ſiculus dices uaticinatus erat.

L.M.S. carmē ad Rodericū mēdoſiū marchionē zenetanū uirū magnanimū & illuſtrē de eius naturæ fœlicitate.

CErnere magnanimū multos optauim⁹ ānos
Muſa uirū: proceres interquē fama canebat
Heſperios primum: noſtroq; a rege ſecundum.
Hactenus inuidia noſtris ſed fata repugnant
Optatis: ſemperq; piis oſtantia uotis
Sydera: multorum quæ gaudia ſæpe morant̄
Spemq; trahunt dubiā miſeris optātibus: ex quo
Seruis optatis nihil eſt: communia teſtor
Vota hominū incertū rerū expectantia finem.
Sed modo cedenti fato fœlicia nobis
Tempora ſuccedunt: tandem pia numina nr̄as
Audiuere preces: & tota mente petitum
Oſtend'ere uirū: multis quem quærimus annis.
Hæc oculis clarum noſtris lux proſpera ſolem
Attulit: & longo quæſitum tempore lumen.
Hanc ego candenti primum numerabo lapillo:
Quolibet hāc merito poſt hac celebrabim⁹ āno:
Noſtra zenetani clara qua lumina magnum
Principis aſpectū uiderunt: gaudia cordis
Summa mei: o quantū ſuperat præſentia famā.
Huic adeo natura parens & fama nouerca ē
Muſa uiro: cuius diuini numinis inſtar
Vultus habet: ſūmumq; decus: nam corporis alti



Splendida uiſa meis oculis effulſit imago
Protinus: atq; nouam uiſus ſum cernere lucem.
Vidimus egregio præſtanti corpore formam.
Pictor alexandri qualem non uidit apelles:
Et ſublime caput: qđ pulchra & candida ceruix
Suſtinet: & longum niueo cum gutture collum.
Vidimus excelſa claros: In imagine uultus:
Vidimus erectam faciem: frontemq; ſerenam.
Vidimus illuſtres oculos: naſumq; nitentem.
Vidimus os placidum: roſeiſq; inſigne labellis:
Vidimus & niueo dentes candore micantes:
Formoſaſq; genas: necnon uenerabile mētum.
Vidimus æquales humeros: & pectora fortis
Signa uiri: & ualidis uires formamq; lacertis.
Deniq; muſa uiri totos inſpeximus urtus:
Cætera narratæ reſpondent omnia formæ:
Et mea perſpectis mirantur lumina membris.
Nouimus heſperios proceres comiteſq; duceſq;
Ex quibus hunc genuit ſolum natura beatum
Fœlicemq; uirum (placeat ſibi quiſq; licebit)
Et ſe læta ſuo nimium miratur alumno.
Parcite mortales contendere parcite forma:
Præſtat enim cunctos ſpecie menduſia proles
Inclyta præſentes: primaq; ab origine mundi
Qui fuerint: non talis erat pulcherrimus hoſpes
Propter quem dido regem deſpexit hiarbam:
Matre dionea natus. nec qui fuit olim
Iudex uera trium tamen eſt ſi fama dearum.
Obuius occurrit nobis egruſſus ab aula
Regis & illuſtri ſtatim mea lumina uultu
Percuſſit: ſolis radios quæ cernere poſſunt.
Nobilibus multis ibat comitantibus heros
Inclytus: & medio fulgebat in agmine ſolus:
Vt reliquas inter gemmas ſplendore pyropus:
Emicat: aut inter ſtellas & ſydera clarus
Lucifer: aut ortus poſt omnia lumina phœbus.
Ibat inornato candenti corpore primus
Victus equo: nigramq; gerens pro tēpore ueſtē
Reginæ ex obitu: totum qui luctibus orbem
Induit occiduum. quid ſi fulſiſſet in auro
Vultus? & in nitidis facies pulcherrima gmis?
Enſis at hærebat lateri formoſior illo
Plurima cui memor eneæ dedit oſcula dido:
Quoq; magis miſere flagrans ſua pectora fodit.
Sed quis nunc amini dotes numerauerit huius
Virtuteſq; uiri? poterit quis dicere laudes
Quas metuit teneris muſas ſectatus ab annis?
Et genus omne bonæ doctrinæ. munere cuius
Fortius aduerſis opponit pectora rebus.

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



Vtilibus monitus præceptis deſpicit omnes
Conatus fortuna tuos:nec cedit in armis
Belliger antiquis ducibus Rodericus ad omne
Natus martis opus:non his qui tempore noſtro
Victores fuerint:claras qui nouit & artes
Armorũ:& uarios didicit certaminis uſus.
Principis armati ſonipes ſi pondera ſentit
Protinus ardentes efflat de naribus ignes.
Nam ſi magnanimum cãpo fortiſſimus hæros
Armatus conſcendit equum:ſi currit in hoſtes
Cum toto ſubito tellus tremit excita cœlo.
Quod ſi conſertim clypeo pugnatur & haſta
fortis & acta ſatis uibrando dextera ferro.
Sin procul hoſtis abeſt nec uult cõmittere pugnã
Longius excuſſo mittuntur pila lacerto.
Quid memorẽ ingenii uires?quid cætera narrẽ
Munera naturæ?ueterum quid & alta parentũ
Nomina?quid claræ repetam primordia gẽtis?
Quid genus antiquũ referã?multoſq; ꝓpinquos
Illuſtreſq; duces?clari quid magna parentis
Facta canã & titulos?quibus eſt ſua gloria maior
Solus & ex cunctis mortalibus undiq; fœlix?
Naturæ ingenii fortunæ munere diues?
Quẽ modo de ſummo magnus demiſit olympo
Iuppiter:ut canerent eius tua carmina laudes:
Si ſapis hunc igitur ſolum tibi muſa colendum
Delige:nunc reliquis ducibus dominiſq; relictis
Hunc adeas:noſtras colit hic nunc unicus artes:
Solus amat doctos:ſolus largitur honores
Vatibus:& ſolus muſis ſua præmia confert.
Ergo ſalutatum noſtro cum carmine fœlix
Muſa uirum propera:ſed cum conueneris illum
Debita magnificæ primũ dabis oſcula dextræ:
Inde ſalutato noſtros ſibi læta labores
Offer & obſequium:diceſq; ſequentia uerba.
O decus O ſpecies æternis digna tabellis:
O ſolis radiis lux O ſplendentis olympi
Emula imaginibus facies:o gloria noſtris.
Inclyta temporibus:ſi quid mea carmina poſſũt
Ethere dum medio tellus librata manebit
Dũ maris undoſoni uenient ad littora fluctus
Dum cæli mundiq; uices uariauerit annus
Claraq; dum celeri uoluentur ſydera motu
Semper erit nomen ſemper tibi fama ſuperſtes.
O fœlix mulier talem ſortita maritum
Quæ fueris:durus ſed te pulcherrima nympha
Quid pater æqualis ꝓhibet coniungere formas?
Soluere quid ſanctos fruſtra conatur amores?
Non amor inuidia eſt quæ te uetat eſſe beatam:
Nec tibi tam rigidi pietas eſt æqua parentis.



At tu propoſitũ ſerua:& connubia pacti
Principis:iſte quidem te ſolus coniuge dignus:
Dignaq; tu tanti fueris quæ principis uxor.
Vos natura pares genuit:uos numina cœli
Cõnubio iunxere prius:uos una uoluntas
Nunc tenet:ac præſens & non uiolabile uerbũ.
Fœlix ergo tuo gaudebis nympha marito:
Et matrẽ pulchræ faciet te marchio prolis.
Ac tua ſæpe meis ſcribentur nomina chartis.
Da pater hunc ſociũ genitrix concede puellæ:
Veſtra dabit uobis optatos nata nepotes.
Quis prohibere ualet natã quæ flagrat amore
Legitimo?poſcitq; dari ſibi nupta maritum?
Non probo uos placido ueſtrã priuare puellã
Cõiugio:pactoq; uiro thalamoque petito.
Nam pater electũ ſi non cõcedat amantem:
Nata patrẽ matrẽq; ſuam cũctoſq; propinquos
Odit:& optatum fœlix amplexa maritum
Gaudet:& ipſorum uiuit ſecura parentum.
Immemor ipa ſui eſt:ſpõſum quæ diligit:uxor.
Cuius in amplexu feruens & amoribus hæret
Tota:nec occurrens pater illi gaudia rumpit.
Hoc olim multæ:noſtro ſed tempore plures
Hoc faciũt natæ:quibus eſt nõ æqua uolũtas
Patris:at illarũ iuſtis contraria uotis
Lex dedit hoc ipis:dedit hoc natura puellis.
Quecũq; ignitis ſtimulis agitantur amoris.
Tu mõ cõiugiũ:pactamq; fidẽ:uerbũq; puellæ
Marchio poſce tuæ:ac thalamũ lectũq; iugalẽ:
Nam tua Cidippe eſt:tu pactus aconcius illi.

L.M.S.CARMINVM LIBER SECVN dus. Lucii.M. Siculi carmen ad Ioannem Gothomanũ methymnæ ſydoniæ ducẽ.

Progenies excelſa ducũ ueteriſq; propago
Nominis & nebulæ ſydoniæq; domus.
O decus eximiũ Gothomanæ gẽtis & aulæ:
Inter & heſperios gloria magna duces.
Quem non immerito ueneratˀ bethica tellus:
Et præter reliquos Hiſpalis alta colit.
Cum te delectent muſæ:dulceſq; camoenæ:
Cum te militiæ fortia facta iuuent.
Hæc lege uirtutum princeps monumenta tuarũ
Carmina:uel laudi congrua ſigna tuæ.
Sed prius hanc nobis ueniam cõcede ꝑcamur:
Scribimus alternis ſi tua geſta modis.
Nam quãuis ueteres legimus celebraſſe poetas
Grandia:uel parua facta notaſſe lyra.

Universidad de Deusto Biblioteca



Talibus iſta tamen minime ſcribenda camœnis
Res erat: andina ſed memoranda tuba.
Parce igitur numeris mea ſi quibus uſa fuerũt
Incipiunt humilem plectra mouere lyram.
Romanus lybicas Marius cũ uenit in oras:
Et numidas animo uicit & arte feros
Captiuum uidit regem quum roma iugurthã:
Maurorũq; equitum milia capta decem:
Scipio pœnorũ forti quum marte coegit
Perfida romanũ colla ſubire iugũ:
Subſtulit excelſas uictæ carthaginis arces
Et duro æquauit mœnia magna ſolo:
Impiger hannibalẽ dirum belloq; ſuperbũ:
Compulit auctorem funeris eſſe ſui:
Aut cum ſicaniis pugnax marcellus in oris
Maurorum lætho milia multa dedit:
Cæſa ſiracuſios implerunt corpora campos:
Atq; arethuſa ſuas ſanguine tinxit aquas:
Vel quum maſyllum populos: regemq; ferocẽ:
Fregerunt magni cæſaris arma iubam:
Vtica cognomen uicto tumulumq; catoni
Tradidit: atq; ſibi quum dedit ille necẽ:
Nunq̃ fracta metu tantum fuit aphryca: quantũ
Audito nuper nomine fracta tuo eſt.
Nã tua ſpumoſum iacta eſt quũ claſſis ĩ æquor
Tempeſtas pelagi eſt maxima facta quies.
Neptũni timuere minæ: timuere procellæ:
Et placidũ thetis præbuit ipſa fretum.
Aeolus emiſſos uentos lateq; uagantes
Ad ſua te metuens antra redire iubet:
Clauſit & in tenebris alios: aquilone ſoluto:
Lictus adoptatũ quo tua claſſis eat.
Mox ubi delatæ maurorum ad lictora naues
Bellandi cupidos expoſuere uiros
Subſcedit tellus pedibus calcata tuorum:
Et maris inſolitum proluit unda nemus.
Heſperio nutans contrarius abila calpe
Horruit: a ſummis intremuitq; iugis.
Nec minus obſtupuit ſublimi uertice celſus
Ingenuitq; nouo pondere preſſus athlas.
Præcipitẽ cœli timuerunt ſydera lapſum:
Pronus in auſtrali nam fuit axe polus.
Vltima finito uenerunt ſæcula mundo:
Clamabant mauri: iudiciumq; dei.
Hinc conſpecta procul tua quũ uexilla fuerũt:
Viſaq; ſunt captis ſigna tremenda locis.
Quum turres micuere tuæ: micuere leones:
Et proauis fulſit parta thyara tuis.
Annexi & patulis angues cernunť ahænis:
Et monumenta tuæ cætera ſigna domus.



Tum ſimul ac nebulam ſimul ac tua noĩa tollũt
Vocibus: & curuæ concinuere tubæ.
Protinus ingenti mauri formidine preſſi
Intrepidum exanimes procubuere ſolũ.
Sanguinem ubi tandẽ cor ad ſua mẽbra remiſit
Languida ſurgentes terga dedere fugæ.
Mox tamen aphrorũ ueniens exercitus ingens
Et collecta manus prælia dura gerunt.
Diffugiunt feſſi bello: uictiq; recedunt:
Militibuſq; fuit tuta melilla tuis.
Hinc equites redeũt uictricia ſigna ferentes:
Ad te uictores hinc rediere duces.
Proſpera captiuis plenas prædaq; reducunt
Vela rates: lænis quas iuuat aura noti:
Læta melilla tuis remanens & tecta ſub armis
Te uocat aſſidue: teq; uidere cupit.
Immanẽq; truces tyrii poſuere furorẽ:
Qui tua ne redeant claſſis & arma timent.
Quid tua fœdifragis modo ſi præſentia pœnis
Viſa foret: quanto quiſq; timore cadat?
Victa tibi magnũ certe daret aphrica nomen:
Iret & in titulos tota ſubacta tuos.
Vade igitur tãtũ quis nõ modo poſcat honorẽ?
Quem ſibi de lybicis ſcipio uictor habet?
Quis quoq; nõ mereat xp̃o? pro cuius amore
Fit leuis & ſancta religione labor.
Vt tamen agnoſcant poſt te tua facta nepotes
Et monumenta ſui clara ſequantur aui:
Ducito me tecũ: muſæ tua caſtra frequentent:
Quæ tua perpetuo carmine geſta notent.
At tibi ſi reliquos uates qui præſtet habẽdus:
Quærito flamminiũ qui tua geſta canat.
Hic uolet & poterit lætos celebrare triũphos:
Et non exiguis inclyta facta ſonis.
Vincit mæonidem ſuperat ſua muſa maronẽ
Cæcropides uates præſtat & auſonios.
Tu modo iam partũ noli differre triumphum:
Ne tibi tam magnus præripiatur honor.
Quis te per nudos dubitat garamantas iturũ?
Te uirtute tua teq; iuuante deo.
Principibus gratũ facies dux inclyte noſtris:
His tua nam uirtus: & bene nota fides.
Quæ mõ dux fœlix mitto tibi carmina: noſter
In te non paruus ſcribere iuſſit amor.
Cauſa quod heſperiae noui comiteſq; duceſq;
Inter quos nullũ par tibi numen habes.

Lucii Marinei Siculi carmẽ ad xp̃ianiſſimũ uirũ Franciſcum Ximeniũ Toletanae ſedis antiſtitem & hiſpaniae cardinalẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca



Gloria pontificũ ſalue cygneia proles
 Summa toletano ſpeſq; ſaluſq; choro.
Qui leuibus nunq̃ pennis cõfiſus in altũ:
 Sed uirtute micans ingenioq; uolas.
Te nimis optatũ præſul uenerande ſaluto:
 Indignuſq; manus oſculor ipſe tuas.
Sed concede moræ ueniã pater optime noſtræ:
 Vel quia tu clemens: uel quia dona fero.
Non tñ argenti ferimus tibi dona nec auri:
 Carmina uirtutis ſed noua ſigna tuæ.
Hæc pater antiſtes ſiculus mõ munera pauper
 Quæ tibi magnanimo mittere poſſit habet.
Parua quidem fateor: ſed tu maiora putabis
 Hæc opibus creſi: diuiciiſq; midæ.
Poſcit enim teſtes de ſe tua uita camœnas:
 Et tu digna gerens carmine: carmẽ amas.
Ergo tuarũ iam lætus præconia laudum
 Accipe tranquillo pectore noſtra precor.
Maxima uirtutũ præſul monumenta tuarũ
 Læticiam multis inuidiamq; mouent.
Nam te quiſquis amat te quiſquis tollit in altũ
 Quod uirtute tua uincitur ille dolet.
Tanta tua eſt probitas tanta eſt præſtantia uitæ:
 Vt tibi iam nemo ſe putet eſſe parem.
Quis uenerabilior quis te ſapientior uno?
 Te modo uel toto ſanctior orbe quis eſt?
Nam quis te melius præſtat ſua iura tonãti?
 Quis magis in noſtra religione pius?
Tu uita ingenio doctrina moribus omnes:
 Qui modo ſunt præſtas quiq; fuere uiros.
Nam uariæ mentes hominũ nam cæca ferunt
 Pectora: & his multum mens aliena tua eſt.
In domiti multis ueſana cupedia cenſus
 Imperat: & uiles perdominantur opes.
Tu contentus eo poſſis quo ducere uitam
 Pauperibus donas quod ſupereſſe uides:
Ampla nimis quoſdã & nitidis ſuffulta colũnis
 Et ueterum titulis aurea tecta iuuant:
In quibus aſpiciunt rerum monumenta ſuarũ:
 Quæ tamen ignari morte carere putant.
Tu pater hic paruos mauis habitare pœnates:
 Poſſis ut excelſi regna tenere poli.
Murice pontifices tyrioq; colore refulgent:
 Tu ueneto illuſtras teq; tuamq; domũ.
Fictilibus cœnas: aliis diſcumbitur auro:
 Quis niſi cũ gemmis pocula nulla placent.
Lauta uel in multam ducũt cõuiuia noctem:
 Vtilior tamen eſt ſed tua cœna breuis.
In mediumq; diem lecto ſomnoq; morantur:
 Te lux in ſacro munere prima tenet.



Vt quoq; principibus placeas pater inclyte nr̃is
 Vix tua nocturnus lumina ſomnus habet.
Te merito hac igitur rex & regina thyara
 Ornauere: tibi cultus uterq; prius.
Qui tua dicta probant: quis eñi non pbeat aures
 Carmina dũ niueus dulcia cantat olor?
Ocia delectant alios epulæq; uenuſq;:
 Te labor aſſiduus: te ieſ uana fides.
Multorumq; tenet uentoſa ſuperbia pectus:
 Qui miſeris gaudent omnibus eſſe metu.
Te nihil ĩ terris grauius: nihil ẽ te lænius ipõ
 Mitior antiſtes nemo nec eſſe poteſt.
Contempnũt plures inopes: ſpernũtq; cadẽtes:
 Humanũq; premunt deſpiciuntq; genus.
Tu miſeros clemens & paupertate coactos
 Reſpicis: & rebus conſilioq; iuuas.
Pluribus aſſidue quoniam pia dona miniſtras:
 Sacra nec oblitus ſoluere iuſta deo.
Sunt quibus aſſiſtit furtim qui ſabbata ſeruat:
 Et pronus digito qui ſibi purgat anum.
Tu non inſidæ: recipis commertia gentis:
 Sed proceres claros chriſticolaſq; foues.
O ſi pontifices uellent deducere uitam:
 Moribus: exemplis: ordinibuſq; tuis.
Aut ſi forte meis: quia iuſtis: inclyta uotis
 Pontificem talem det tibi roma deus.
Quanta bonis eſſent: doctis q̃ certa laborum.
 Præmia? quæ miſeris munera pauperibus?
Qualia uel totus ſentiret gaudia mundus?
 Quam chriſti cultus q̃ foret aucta fides?
Nam tunc ipſa ualent tunc & pcepta pbantur?
 Quum populis paſtor quod iubet ipẽ facit.
Quam decet eſſe aliis tali ſub præſule uitam:
 Qui populũ ſancto uiuere more docet?
Nos tibi quo talis ſedes toletana precamur
 Contigat paſtor: uiuat & iſte diu.
Sed iam carminibus faciam pater optime finẽ:
 Nam tecum ratio me monet eſſe breuẽ:
Mentis inops qm̃ ſenſus & pauper habet:
 Plurima qui docto dicere uerba poteſt.
Plura quid ergo feram? ſanus non eſſe uidebor
 Scribere ſi cunctis quod patet ipẽ uelim:
Hæc igitur numero legito ſex carmina tantũ
 A Siculo quæ ſunt uera nocata tuo.
Quicquid agunt alii cette delebitur omne:
 Sed tua non poterunt geſta probanda mori.
Nam cum diſcedes ſenio confectus & annis:
 Corpus humo cupiens reddere: facta deo:
Tunc populis tumulo tua conſpicietur imago:
 Clara: ſed elyſiis clarior umbra locis.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ioannis ſobrarii Alcagnicenſis carmẽ ĩ cõmẽ-
dationẽ operis a Lucio marineo ſiculo cõditi
de uita & geſtis diui Ioãnis regis Aragonũ.

Gloria ſi quemq̃ priſcorũ aut uita perennis
Detinet: aut pulchra lætatur imagine rerũ
Miles. & excelſa uirtute accendit: ipſos
Abneget antiquos uates: quos fabula inanis
Decipit inſanos permittens cæca furores.
Martia ſed regis legat hæc monumenta ioannis
Gentis aragoniæ: qui fœliciſſimus omni
Fortuna torquente manu glorioſa peregit
Prælia & hoſtiles domuit perſæpe furores
Rex ſacer eximiis uirtutibus undiqꝫ ſeptus.
Qui licet hinc uariis pulſatus & inde ꝓcellis
Ancipiti nunq̃ ueſtigia lubrica greſſu
Nec titubata loco tulit imperterritus ipſe
Et firmus ſtabiliſqꝫ manens uictricibus armis
Bellator ſtrenuus portu ſe condidit alto:
Incolumiſqꝫ ſui regni diadema recepit
Letigitimi: quod gens fœdiſſima mente rebelli
Turbarat diri cõmota cupidine martis
Inſanũ ſed rex cauſa meliore furorem
Conſilio ingenti: & ualidis compeſcuit armis:
Bellipotens nulli ueterum uirtute ſecundus:
Anchiſes alter nati pietate ſubactis
Quem tulit aeneas humeris per bella per ignes
Perque omnes fluctus ponti per littora terræ.
Aſt hunc fernandus ceruice & uertice ſacro
Subſtulit: & celſum retulit ſuper æthera cœli
O pietas: O ſancta fides: O ſecla beata
O nimiũ fœlix princeps: poſt mille labores
Bacchanteſqꝫ ſuis luſitanos marte fugatos
Finibus: & poſtq̃ mauros excuſſit ab orbe
Heſperio: uires cuius bis gallia ſenſit
Quid ualeant: poſthac renuens cõmertia belli
Formidoloſa ſuis diffidens uiribus: atque
Tandem poſt hoſtes domitos & bella paracta
Immemor eſt propriæ laudis: dum geſta parẽtis
Erigat: atqꝫ pii perſoluat munia nati
Impatiens uinci meritis: cui omne quod uſq̃ eſt
Victori obſequitur: uariis hinc inde tropheis
Qui decorat mũdũ: cuius nunc inclyta facta
Reſplendent terris: uelut altera ſydera olympũ
Illuſtrant radiis fœlix cui geſta poetæ
Talia magnanimi regis ſcribenda dabuntur.
Non illũ bacchus: non illum linquet apollo:
Sed calamis totis reſonans: uerſuqꝫ canoro
Omnibus æternos muſis cumulabit honores.
Quales nunc ſiculus uates: ſic carmine quãuis



Liber & incẽſu deſcribat cuncta ſoluto
Viuet in æternum Luci tua fama: latino
Dogmate qui primus noſtros deſcribere reges
Incipis: o quantũ tibi debet iberia: ſed tu
Plus illi debes campũ quæ præbuit amplum:
Liber ubi ſonipes tuus æquora luſtret aperta.

Ioannis Sobrarii carmẽ ad Luciũ. M. Siculũ

Nõ unum nomen tibi præbent tẽpora noſtra:
 Lucius & lucas dicitur eſſe tibi.
Quærebã quo nam tibi carmina noſtra dicarẽ:
 Tutatur partes nomen utrumqꝫ ſuas.
Hoc ait: a luce eſt: qua natus: lucius aſt hoc
 Lucas: quod lucem contulit ip̃e uiris.
Alterutro ſi te nunc pingã nomine: parce:
 Ius & fas linqunt dicere utrumqꝫ mihi.

Eiuſdem ſobrarii.

Scripſimus hos raptim uerſus currente camœna:
 Hos cape: nam noſtri pignus amoris eunt.
Quos ſi tu dignos cenſebis perpete cedro:
 Munera præbebo dehinc meliora tibi

Eiuſdẽ ĩ aduẽtũ Lucii Marinei Siculi.

Viſite nũc ſiculũ mea carmina: dicite & auctos
 Noſter in aduentu gaudet amice tuo

Eiuſdẽ ad Luciũ Marineũ Siculũ

Promiſi nuper miſſurum carmina: uerũ
 Pertimui uulgi ſcommota uana rudis.
Sed quid cum uulgo? ſatis eſt mihi: iudice cũ te
 Carpere non ullus carmina noſtra queat.

Eiuſdẽ ad Luciũ Marineũ Siculum.

Quod te detinuit mea proxima littera Luci
 Miror ſobrarii non ciceronis erat.
Nullo eſt eloquio: nullo reſperſa liquore:
 Sed calamo pingui barbara ſcripta fuit.

Eiuſdẽ ad Luciũ. M. S. de quodã poeta

Dilacerat uates nouus iſte poeta priores:
 His pectus rumpens: his caput: hiſqꝫ pedes.

Lucius Marineus Siculus Petro alliato

Universidad de Deusto Biblioteca



Vrbs mea:ſi neſcis:ualido pugnatur ab hoſte:
Qui:tua ni properent agmina:uictor erit.
Nam modo me feſſo iam cœpit ſcādere muros:
Quid facis ergo? ueni:ſubſidiū q; feras.
Hoc etenim bello ſpes omnis pendet ab armis
Noſtra tuis:hoſtes te ueniente cadent.

Lucius Marineus. S. Ioanni Fonſequo epo
Palentino & perniæ comiti illuſtri.

Inclyta ſacrarū præſul cuſtodia rerum:
Et fidei cultor continuuſq; comes:
Feruida ſollicitat ſummi quē cura tonantis:
Et pius aſſidue relligionis amor:
Mirantur cuius rex & regina labores
Corporis:atq; animi grandia dona tui.
Alta pater ſiculo uati ſecreta canenti
Magna ſit in magnis rebus habenda fides:
Res eſt magna quidē nimiū ſed cognita paucis
Quam tibi cōceſſit pontificalis honos:
Sed ne carminibus teneam te pluribus audi:
Et ſenſus hylari concipe fronte meos.
Quæ fauet ingeniis flaua quæ gaudet oliua:
Et quæ de patris uertice nata ſui eſt:
Quam colis inſignem pallas ſibi condidit urbē:
Nomine deq; ſuo nomen habere dedit.
Illa quidem proprio pallantia nomine dicta
Palladis:& fœlix munera ſancta colit.
Quæ ſunt magna fides:ratio:prudentia:ſenſus
Integer:& ſapiens quicquid habere poteſt.
Hæc pater antiſtes numerantur dona mineruæ
Omnia:quæ ſancto pectore cuncta tenes.
Virgini ob hæc nimiū uiuis dilectus ab illa
Quæ te pontificem fecit in urbe ſua.
Nam dea cū ſapiens eſſet ſibi præſul habendus.
Te ſacri curam iuſſit habere ſui.
Te quoq; fœlicis faciūt inſignia clarum
Militiæ:titulos cuius & arma geris.
Omnis in hac igitur patria tibi præſul honores
Inuidet:& titulos optat habere tuos.

Gratulatio ſiculi de aduētu gutterii a tholeto ſal
māticēſis gymnaſiarchi præſuliſq; placētini.

Optima gymnaſii ſalue ſpes unica noſtri:
Iuſticiæ cuſtos aſſiduuſq; comes.
Cultor & æquarū ſalue ſanctiſſime legum:
Et noſtrū ſancto qui regis ore forum.
Vt te uenturum in noſtram fœliciter urbē
Fama tulit:cœpi ſoluere uota deo.



Qui nos & alto tandem reſpexit olympo:
Et tam præcipiti tempore miſit opem.
Triſtis enim facies ſtudii uidebatur & urbis:
Et ſine te longa ſola relicta die.
Quam tua nunc hylarem nimiū præſtātia fecit:
Magnus & in tota ſplendor in urbe manet.
Nondum uiſus eras:non hāc ingreſſus in urbē:
Cum ſenſit populus numen adeſſe tuum.
Iam uenit exclamant noſter gutterrius omnes:
Gaudentis populi uox fuit una uenit.
Iuſtior in terris quo non fuit alter iberis:
Qui generi & patriæ eſt gloria prima ſuæ.
Qui ſtudet & clarum nomen ſuperare patternū:
Et genus & proauos uincere poſſe ſuos.
Hæc de te populus facunda uoce canebat:
Sed male carminibus uerba notata meis.
Nam quis te digne laudet? quis dicat ad urbem
Hic tuus aduentus cōmoda quanta tulit?
Diſcipuli tecum ueniunt:qui forte timebant
Ne quid & horrendæ peſtis in urbe foret.
Gymnaſium colitur:tranctāt ſua munera ciues:
Nunc eſt magna ſalus:nunc timor oīs abeſt.
Nos quoq; quos timor īgēs & mors ſæua p̄mebat
Protinus incolumes te ueniente ſumus.
Ergo uale ſtudii & populi ſpes unica noſtri:
Et fœlix noſtra ſemper in urbe mane.

Ad Petrū Aquilarē marchionē domus Aqlaris
uirū nobilitate generis & litteris ornatum.

QVi modo parnaſi niſa cyrrhaq; relictis
Munera mortali plena labore colis:
Quæ dedit ad caſtos uires tibi diua labores
Quæ fauet ingenio petre minerua tuo:
Mœſta relinquentem te ſacras arguit artes:
Teq; nouem queritur deſeruiſſe deas.
Illius in ſomnis triſtis mihi uenit imago:
Verbaq; iuncta thoro pauca locuta meo eſt.
O qui perpetuos uates ſectaris honores:
Et bona pro meritis non moritura tuis.
Atria nobilium latiis qui uerſibus ornas:
Hiſpanoſq; doces uerba latina uiros.
Nobilis egregios uates ſectetur alumnus:
Atq; iterum muſas nunc aquilaris amet.
Quid ualet ingenio cernes in gentibus uti
Viribus ingenii cum uolet ille ſui.
Hei mihi regna patent ſolum cœleſtia paucis:
Et quibus in cœlum ſcandere cura fuit.
Altaq; ſublimis ſapientes regia cœli
Accipit:ignauos infera regna manēt.

Universidad de Deusto Biblioteca



Hæc ait & tenues ſubito diſceſſit in auras:
Cœleſtem noui petre fuiſſe deam.
Diuinas igitur repetas cum fratre camœnas:
Eſt aliquid magnæ poſſe placere deæ.

Siculus ad Alfonſum aragoneũ uillæ formoſæ ducem.

Munera pyeridum claras qui diligis artes
Et res egregias perpetuaſq; colis.
Hæc lege quæ ſiculus mittit tibi carmina uates
Dux uenerande tuis gloria maior auis.
Perlege lecta quidẽ te carmina noſtra iuuabunt:
Nam mogis hoc nihil ẽ ſcire quod ipſe uelis.
Venatum nuper noſtro cum rege profectus
Indenſas ſiluas: umbriferũq; nemus:
Dum rex uectus equo ceruos ſectatur & apros
Et ualida torquet fortia tela manu:
Dum facit hoc princeps: & cætera turba ſequẽtũ
Quiq; colunt ſiluas pulcra diana tuas:
Ipſe per obſcuras ſiluas nemorumq; receſſus
Ingredior: magno per loca plena metu.
Dant animo uires muſæ: ſic alta ferarum
Luſtra peto: gelidus iam timor omnis abeſt:
Deuia peluſtrans nimphas cõtemplor agreſtes:
Atq; poetarum carmina more cano.
Siluarum cupidus paulatim longius ibam
Solus: me comitum nemo ſecutus erat:
Occultum ſiluis denſis ingreſſus in antrum:
Corpus humo uiridi feſſaq; membra dedi.
Ecce nouen ueniunt formoſo corpore nimphæ
Et manibus pulchris laurea ſeptra gerunt.
Protinus ingreſſæ cunctæ ſua ſeptra reponunt:
Omnis & in primo limine turba ſedet.
Aſſurgunt iterum ſimul & ſecreta locuntur:
Me tamen interea ſpeſq; metuſq; tenent.
In me torſerunt omnes ſua lumina tandem:
Ac mihi dixerunt talia uerba deæ.
Quem tam nobiliũ genus alto a ſanguine regũ
diligis alfonſum magnanimumq; ducem:
Hunc te ſcire docet doctum uatemq; futurum.
Egregium: ſiculos ſi colit ille uiros.
Hic erit hiſpanis decus indelebile regnis:
Hic erit & doctis omnibus unus honor.
Huic dabit in terris ingentia munera uirtus:
Serius hunc cœli regna parata manent.
Nos ſumus heſperiæ nimphæ doctæq; ſorores:
Turbaq; muſarum pyeridumq; chorus
Vade igitur fœlix & noſtri nuncius eſto:
Et nos obſerues magnanimumq; ducem.



Siculus ad Franciſcũ chironem diſcipulum.

Nuper ad intactæ progreſſus lamina diuæ
Virginis ad flumen debita uerba tui.
Hic me complures iuuenes doctiq; poetæ
Virginis orato numine conueniunt.
Aſſurgunt omnes: hoc me ſermone ſalutant
Summa tuæ ſalua gloria trinacriæ.
Quis ego reſpondens & uos ſaluere iuuemus
O decus hic ueſtra maius in heſperia.
Illico ſe comitem: quedam quia dicere uellent:
Præbuit illorum turba benigna mihi.
Haud equidem dixi tanto ſum dignus honore:
Me comitem uultis ſi tamen ipſe ſequar.
Eya agite & noſtros greſſus deus ipſe ſecundet:
Dirigat & noſtros inclyta diua pedes.
Sæpe recuſantem medium me ducere certant:
Nouimus egregia nobilitate ſatos.
O q̃ delectat ſi quos offendimus unq̃
Moribus ornatos: officioq; pares:
Protinus egreſſis de templo qua ſit eundum
Et ratio nobis conſiliumq; fuit.
Per uirides omnes tãdem iuuat ire per hortos:
Ripaq; nos placidi thormis amœna tenet.
Hic dũ colloquimur lõgã conſumpſimus horã:
Nec niſi de doctis uerba fuere uiris.
Interea quidam ſummis te laudibus effert:
Oſtenditq; tua carmina ſcripta manu.
Protinus agnoui: quoniam formoſius ipſe
Scribis: & es latio doctior eloquio.
Hæc ego non tenui legi ceciniq;: ſed illa
Qua ſoleo magnum uoce maronis opus.

L.M.Siculus ad Ioanem triguerum.

Hanc tibi malueram q̃ mittere ferre ſalutem:
Conſpectuq; tuo colloquio frui.
Sed me terret hyems: terret me frigidus imber:
Impediunt curſus tempora dira meos.
Ergo ſalutatum nunc te mea muſa iubetur
Ire: precor ſiculo tu modo parce tuo.
Vade ſalutatum nobis qui munera miſit
Muſa uitum: ſiculo tu quoq; parce tuo.
Vade precor noſtram noli differre ſalutem:
Vade ſalutanti munera forte dabit.
I mea nunc fœlix & noſtri ingreſſa penates
Hoſpitis: iſta meo nomine uerba refert.
Munera facundis arii comitata camœnis
Reddita ſunt nobis: & cumulata ſatis.
Lenta ſoluturus multo maiora dediſti

Universidad de Deusto
Biblioteca



Illa mihi:longam penſat uſura moram.
Serius interdum ſic cum tribuiſſet amicis
Magnanimus dando munere cæſar erat.
Sic fortuna uelim ſemper mea uota moretur:
Dum mihi det plena munera larga manu.
Sera licet ſiculo mittantur dona poetæ:
Illa tamen magno fœnore ſera placent.
Omnia ſera placent:igitur quæ miſſa fuerunt
Officium:ſtudium:carmina:piſcis:amor.
Sed magis illa mihi placuiſſent munera:ſi tot
Cæpiſſem piſces carmina quot fuerant.
Tu modo ſi piſces ſiculum mirare petentem
Da ueniam quæſo:muſa guloſa mea eſt.
Ad te:ſi neſcis:modo miſſa libentius ibat:
Nec ſine muneribus credo redire uolet.

Siculus ad amicæ ſpeculum.

Cum̄ mea marmoreis radiaret amica feneſtris
Proh dolor arripuit me ueniente fugam.
Sed mihi per ſpeculum uiſa eſt fugientis imago
Pulchrior:o ſpeculum debeo quanta tibi.

Siculus ad Iacobū Bergantium ducem.

Scribe quid illuſtris faciat Bergantia proles:
Quid magnum magni principis ingenium.
Quid regina potens hiſpani gloria regni:
Quid domitor mundi rex modo noſter agat.
Non tibi defuerit magnarum copia rerum
Scribe quid expectas omnia nota tibi.

L.M.S.carmē in cōmēdationē cōmētariorū.Io.
ſobrarii ſuper ſeduliū poetā.

COnferat eximios ſi quis me iudice uates:
Sedulii magna eſt gloria:magnus honor.
Magna canunt alii:fateor ſed ficta poetæ
Plurima:ſedulius non niſi uera docet.
Multorum ſunt ſcripta ſtilo maiore:ſed huius
Maior ut eſt finis ſic quoq; maius opus.
Bella ducum memorāt alii uanoſq; triumphos:
Hic canit æterni munera ſacra dei.
Sancta nouæ ueteriſq; refert miſteria legis
Et teſtamenti narrat utrumq; genus.
Maxima quæ chriſtus fecit miracula mundo:
Per quæ ſe nobis ædidit eſſe deum.
Hic canit & ſancti quicquid cecinere prophetæ:
Quos deus aduentum miſerat ante ſuum.
Dona ſalutiferi celebrant paſchalia chriſti
Sedulii:& ſanctam ſcripta diſerta fidē.



Hæc legito populis igitur uenerande ſacerdos:
Cultores ueri quos cupis eſſe dei.
Hæc lege:crede mihi:doctos ſanctoſq; magiſter
Diſcipulos facient carmina ſancta tuos.
Nam:ſi quæ fuerint occulti carmina ſenſus:
Omnia ſobrarii uerba ſoluta docent.
Explicat hyſtorias doctor ſobrarius omnes:
Vatis & illuſtrat quæ loca lucis egent.
Sit tamen interpres ubi uatis:& unde requiris:
Nam bene factorem noſcere quemq; decet.
Vtitur urbs medico fœlix ſaldiuia quōdā:
Cæſaris auguſtæ quæ modo nomen habet:
Eſt alcagnicii fœlicis magnus alumnus
Qui medicus nuper uenit ab italia.
Hic in ſedulium nunc cōmentaria ſcripſit
Aurea dum medicat:diſcipuloſq; docet.
Atq; almazano gratus dum ſeruit amico
Obtulit egregio munera digna uiro.
Pro quo nunc:pietas alto ſi regnat olympo:
Sedulius debet iure rogare deum.
Sobratius meritis quoniam pro talibus altum
Inter cælicolas dignus habere locum.
Quem non ambitio:non gloria mouit inanis:
Non lucrum:magnæ ſed pietatis amor.

Lucius marineus ſiculus ad lectorē operis Ebri
aſtrologi.

SI quid fata parant:ſi res præſcire futuras
Te iuuat:hoc ebri cuncta docebit opus.
Quæ dabit hinc tellus: quæ ꝓximus afferet ān9:
Pax ubi:marſq; ferus:non aliunde petas.
Ebrus in excelſum nuper conſcendit olympū:
Quæ tulit inde alios multa futura monet.
Ingenio ſcandit:dictu mirabile:cœlum:
Mente uidet quicquid uertice fulcit atlas.

Siculus in laudem Magnetis adoleſcentis Alca-
gnicenſis poetæ clariſſimi.

AOnii quondam ſacro de fonte liquores:
Nunc ſycoris uates unda repente facit.
Aedidit heſyodus poſtq̄ ſe proluit illo
Carmina:de ſycori tu modo lotus aqua.
Sed quæ tam faciles dictāt tibi carmina magnes
Te mihi ne dubita conciliaſſe deas.
Nam cum ſegura:quid maius dicere poſſim?
Semper eris nobis iunctus amore pari.

Siculus ad Ioannem uelaſcum.

Univerſidad de Deusto
Biblioteca



CLarũ muſa uirũ merito celebrare ioannem
Velaſquum debes fernando a rege ſecũdũ.
Atqꝫ aliis q̃uis magnis præponere noſtrum
Nõ dubites dominũ:regũ q dignus in aula ẽ:
Carmina cui merito debentur plurima: nomen
Eternum laudeſqꝫ nouæqꝫ: ul' fama perennis.
Summus honor patriæ eſt:dubiis in rebus:iberis
Principibus ſpectata fides:atqꝫ inclyta gentis
Gloria uelaſquæ:natorum magna ſuorum
Nobilitas:cultorqꝫ ſui:laus alta parentum.
Tu chriſti cultum pietas inſignis:honeſtæ
Omnibus exemplum uitæ : uirtutis & auctor
Maximus:ingenio fœlix:grauitate uenerãdus:
Cõſilio prudẽs: aĩo ſapiẽs:&corpore magnꝰ.
Talem muſa precor dominũ ueneremur: & eius
Inclyta perpetuis mandemus nomina cartis.
Huic ſatis haud faciam uatis ſi munera tantum
Offero:cui propriã poſt omnia debeo uitam.

Ioannes ruffus Archiepiſcopus Conſentinus legatus ſummi pontificis in Siculi commendationem.

Luci magna mei quicumqꝫ uolumina cernis
Clarũ pyerii quod dedit oris opus.
Libera ſoluto currẽt ſeu uerba palato:
Culta ſiue adictæ carmina legis erunt.
Docta meduſei oſtendent tibi ſcripta poetæ.
Melliflui:necnon & ciceronis opus.
Vni ſicanio fœlix hiſpania debes:
Quantum facundis inclyta roma uiris.

Ioannis ſobrarii Alchagnicenſis in laudem libri Siculi de parcis carmen.

CVncta licet rũpant dextra properãte ſorores
Fila hominum:gladio percutiantqꝫ ſuo.
Non tamen hunc poterit ſua dira potẽtia librũ
Rumpere:ni tribuant uulnera magna ſibi.
Hic fatis culmen:lapſo quo fata lababunt:
Durabunt aſt hoc ſoſpite fata diu.
Hoc uires capient:capient hoc robora parcæ:
Dum fundent radios ſydera celſa polo.

Epitaphiũ ſiculi ꝓ tumulo Ioãnis hiſpaniæ & Siciliæ principis:quẽ rex Ferdinãdus & Hiſabella regina parentes eius:Ioanne uelaſco procurante fieri pientiſſime iuſſerunt.

Flebile quæ cernunt aliqua pietate ſepulchrum
Effundant lachrymas lumina mœſta pias.



Quo iacet hiſpanus princeps ſiculuſqꝫ ioannes:
Cuius erat uirtus maxima uita breuis.
Quem ſolymi mauriqꝫ ſimul turciqꝫ timebant:
Nam chriſti cunctis hoſtibus hoſtis erat.
Heu qualem regis genitum regemqꝫ futurum
Perdidit heſperiæ trinacriæqꝫ domus.

FINIS.

¶ Impræſſum Valliſoleti per Arnaldũ Gulielmum Brocarium & exactiſſime caſtigatũ Anno domini Milleſimo Quingenteſimo decimo quarto pridie kalendas Martias.

1514

Regiſtrum.

a b c d e f g h i l m n o A B C D E. Oẽs iſti ſunt quaterni præter.a.qui eſt ſimplex &. A. qui eſt quinternus &.B.qui eſt ternus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter [illegible] festinationem

[illegible] est i signalize

[illegible] mas humil de Pedro [illegible]

[illegible] de [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca